Comparavit
Adrianus Klinkó
Presbyter Capucinus
Amicis Usibus
Anno 1837.

Do ruštiny přeložena byla Pogodinym a Ševyrevým v Petrohradě 1833 (Dubenský, russ. dostopam. 3 díl, obsahující výklad slova o polku Ig., str. XLV. Pochvaly tu pronešené nezasluhuje Dobrovský.) Vostokov byl proti překladu bez „pořadě, tak popolnenij i sokraščenij" (Zapiska Kočubinskeho str. 1 (?) *)

Nedbali tedy Rusové na vady její, které Dobrovský již r. 1823 sám uznal, napsav v měs. květnu do výtisku Palac„kému darovaného toto distichon:

> Cum relego, scripsisse pudet, quia plurima cerno,
> Me quoque, qui feci, judice digna lini.

(Palacký v článku „die altb. Hschr. u. ihre Kritik", vyšlém v Sybel's hist. Zeitschrift, München 1859. III. B. S. 99) Gedenkblätter r. 1874. str. 244. Nejdříve však v biografii Dobrovského 1833 str. 52.

Jest ono citát z Ovidia Pont. 1, 5, 15. (jak tež i Lamanskij: Žurn. minist. n. prosv. 1880. č. (209 str. 323) dodal.)

Srv. s tím Filologičeskija nabljudenija A. Ch. Vostokova, vydal I. Sreznevskij v Petrohradě 1865. str. XXVI a XXVII.

J. Grimm ji vzal do úvahy v Göttingische gel. Anzeigen 1823. St. 35, S. 337–352, co v Kleinere Schriften IV, 186–196 znova otištěno.

JOSEPHI DOBROWSKY
PRESBYTERI, AA. LL. ET PHILOSOPHIAE DOCTORIS,
SOCIETATIS SCIENTIARUM BOHEMICAE ATQUE ALIARUM
MEMBRI

INSTITUTIONES
LINGUAE SLAVICAE
DIALECTI VETERIS,

QUAE

QUUM APUD RUSSOS, SERBOS ALIOSQUE RITUS GRAECI,
TUM APUD DALMATAS GLAGOLITAS RITUS LATINI
SLAVOS IN LIBRIS SACRIS
OBTINET.

CUM TABULIS AERI INCISIS QUATUOR.

VINDOBONAE,
SUMTIBUS ET TYPIS ANTONII SCHMID, C. R. P. TYPOGRAPHI.
MDCCCXXII.

Praefatio.

§. 1.

Sermo Slavenicus, rectius Slovanicus aut Slovenicus, sensu latissimo sumptus in duo genera idiomatum dispescitur: in Idioma ordinis primi (A); et in Idioma ordinis secundi (B).

Horum idiomatum characteres sunt:

	A.	B.
1.	раз : разꙋм.	роз : розꙋм.
2.	из : издати.	вы : выдати.
3.	л epentheticum:	
	корабль.	корабь.
	землѧ.	земѧ.
	поставлен	поставен.
4.		д epentheticum:
	сало, крило,	садло, кридло,
	правило.	правидло.
	молитисѧ.	модлитисе.
5.	пещи, мощи.	пеци, моци.
	пещ, мощ.	пец, моц.
	(печи, мочи).	

6. звѣзда, цвѣт.	гвѣзда, квѣт
7. тъ, (той).	тен.
8. пепел.	попел.
9. птица.	птак.
стꙋденец	стꙋдница.
10. десница.	правица.

Secundum hos characteres si dialectorum species, quarum Grammaticae prostant, examinentur, quinque earum sub A, aliae quinque sub B comprehendentur, et quidem:

Sub A.	Sub B.
1. Russica.	1. Slovacica.
2. Slavica vetus.	2. Bohemica.
3. Illyrica seu Serbica.	3. Sorabica seu Vendica in Lusatia superiori.
4. Croatica.	4. Sorabica in Lusatia inferiori.
5. Slovenica s. Vindica in Carniolia, Stiria, et Carinthia.	5. Polonica.

Differunt autem dialecti, etiam ejusdem ordinis, non solum vocabulis, sed maxime formis et flexionibus. Linguae Slavicae veteris, quam Caramanus aliique literalem, alii liturgicam aut ecclesiasticam appellant, characteres et discrimen ab aliis facile nunc ex Gramma-

matica hujus linguae cognoscent ii, qui de vera ejus indole judicare voluerint.

§. 2. Alphabeti slavonici auctorem Constantinum philosophum, alias Cyrillum dictum, encomio celebravit Johannes VIII. Pontifex in epistola ad Svatoplukum. »Literas sclavonicas, inquit, a Constantino quodam Philosopho repertas, quibus Deo laudes debitae resonant, jure laudamus». Initium translatorum in linguam slavicam ab eo et fratre Methodio librorum sacrorum, ad officia Missae celebranda maxime necessariorum, in Bulgaria factum fuisse, testatur Biographus Clementis Archiepiscopi Bulgariae. Ad Moraviam et Pannoniam circa annum 863 evocatus Methodius »noviter inventis slavinis literis«, ut loquitur Anonymus de Conversione Carantanorum, inducto nimirum ritu slavico id effecit, ut populo vilescerent Missae et Evangelia ecclesiasticumque officium eorum, qui hoc latine celebrabant. Frustra itaque egit, qui nobis Alphabetum Proto-slavicum e Codice sec. XIII., quem centum annis Cyrillo antiquiorem somniavit, obtrudere voluit; frustra etiam ii, qui clericorum Dalmatiae traditionem seculo XIII. ortam de Hieronymi Versione slavica literis dalmaticis (glagoliticis) perscripta pluris aestimant, quam documenta legitima. Nec me movet Nicolai clerici Arbensis, qui Psalterium slavicum ad Hieronymi ex Hebraeo versionem accommodatum anno 1222 descripserat, suspecta adnotatio, se Psalterium hoc

de-

descripsisse ex eo, quod Theodorus ultimus Archiepiscopus Salonitanus scribi fecerit. Voluit nimirum Nicolaus scriba fucum facere lectori, et eum hac ratione inducere, ut crederet jam ducentis annis ante Cyrillum versionem slavicam Psalterii exstitisse. Nec mirum id Scemensi (Seniensi) episcopo jam fuisse persuasum, qui petens ab Innocentio IV. licentiam, sacra peragendi lingua slavonica, traditionem clericorum asserentium, se literam specialem, quam observarent in divinis officiis celebrandis, a B. Hieronymo habere, etiam apud summum Pontificem valere posse credidit. Concessit licentiam Pontifex an. 1248 hisce verbis: »Nos igitur attendentes, quod sermo rei et non res est sermoni subjecta, licentiam tibi, in illis duntaxat partibus, ubi de consuetudine observantur praemissa, dummodo sententia ex ipsius varietate literae non laedatur, auctoritate praesentium concedimus postulatam«.

Ab hoc itaque tempore distinguenda sunt duo Alphabeta Slavonica, alterum Cyrillicum, alterum Hieronymianum dictum. Distinguendus quoque ritus Slavo-graecus a Slavo-latino, quorum primus Codicibus Cyrillicis (Russicis, Serbicis, Moldavicis, Bulgaricis), alter Codicibus Glagoliticis continetur.

§. 3. Cyrillo, ejusque fratri Methodio, Slavicas ecclesias debere primam versionem librorum sacrorum, prorsus dubitare non licet. Si vero quaeras, quos in specie libros e graeca lingua in slavicam transtulerint, non facile

cile reperias testem idoneum, qui accuratius nos hac de re doceat. Diocleatis testimonio si fidem tribuas, audies: »Constantinum (Cyrillum nimirum) literam lingua slavonica composuisse, commutasse Evangelium Christi atque Psalterium et omnes divinos libros veteris et novi testamenti de graeca litera in Slavonicam, nec non et Missam Presbyteris ordinasse more Graecorum.« Alii similia tradunt, adduntque Odarum librum, ab octo tonis Octoechum dictum. Strzedowskius cum in Annalibus Sarnicii legisset, Erfordiae in Bibliotheca Reuchlini servari manuscriptum exemplar characteribus slavonicis exaratum libri Cyrilli Alexandrini contra Julianum, suspicatus est etiam hunc a Cyrillo nostro fuisse conversum. At cavendum profecto, ne librorum slavonicorum, qui fortasse aliquot seculis posterius translati sunt, Cyrillum interpretem fuisse statuamus. Nec scio, quid moverit editores, ut libri минеа wбщаа dicti anno 1600 editi auctorem Cyrillum Philosophum, Slavorum et Bulgarorum doctorem, dicerent, siquidem titulus libri iis verbis conceptus sit, quae Sopikovius in Bibliotheca Russica recitat. Idem etiam editionem principem Evangeliorum sine anno in fol. editorum N. 274. descripturus prolixo titulo a se concepto adjecit, Evangelia e Graeco fuisse in Slavonicam linguam seculo IX. a Methodio et Cyrillo, Slavorum episcopis, conversa. Quae quidem etsi vero similia sint, tamen titulo libri non erant inserenda, sed in notula aliqua subjungenda, uti

N.

N. 725, postquam N. T. editiones consignasset, factum est, ubi Nestoris, qui tamen hoc in capite interpolatus esse videtur, testimonium pro Methodio et Cyrillo tanquam auctoribus versionis N. T. adducitur, quamvis Nestoris verba non de integro novo Testamento, sed de Evangeliis, Actis et Epistolis, minime vero de Apocalypsi intelligenda sint, cum hujus in ecclesiis Graecorum nullus sit usus. E veteri Testamento praeter Psalterium, cujus usus semper maximus fuit, certe vix aliud, quam paucae lectiones e quibusdam libris a Cyrillo aut Methodio seculo nono conversae sint. Hoc ex iis, quae Johannes VIII. in epistola ad Svatoplukum Moraviae ducem de libris slavicis pronunciavit, consequi videtur. »Nec sanae fidei aut doctrinae, ita ille, aliquid obstat, sive Missas in eadem Sclavonica lingua canere, sive sacrum Evangelium vel l e c t i o n e s divinas novi et veteris Testamenti bene translatas et interpretatas legere, aut horarum officia omnia psallere.»

Facto feliciter per Cyrillum initio non defuere alii, qui coepta continuarent. Dominum Kolajdoviч cujusdam libri Johannis Damasceni versionem slavonicam a Johanne Bulgariae exarcho seculo IX. factam nuper detexisse, eundem etiam proxime editurum sermones Cyrilli, episcopi Turoviensis sec. XII., Annales literarii Vindobonenses Tom. XIV. indicant. A Johanne presbytero Exarcho conscriptum (съписано) Hexaemeron Basilii, descriptum an. 1263, vidit in bibliotheca synodali

Mos-

Mosquae Dn. Vuk Stephanovich, pluribusque de eo egit in literis serbice scriptis (писмо) Vindob. 1821 editis. Ad finem sec. X. libri liturgici slavonici cum sacris Christianorum ad Russos pervenerunt, quorum duces sec. XI. interpretes librorum e Graeco transferendorum liberaliter aluere. Hoc tempore et Chronicorum lingua slavonica scriptorum initium factum est per monachum Kieviensem Nestorem, quem mox alii imitati sunt. Circa annum 1030 etiam S. Abbatem Procopium Bohemum, quem literis slavonicis a Cyrillo inventis canonice imbutum annales domestici tradunt, monasterium Sazaviense in Bohemia erexisse, et in id fratres regulam S. Benedicti professos lingua slavonica in sacris utentes induxisse scimus. Hos ob suspicionem haereseos Latinorum odio sub Spitigneo duce loco motos, ex Ungaria revecatos benigne recepit Wratislaus, qui et usum linguae slavonicae in sacris a Gregorio VII. Bohemis concedi frustra postulavit. Post Wratislai obitum latinis monachis inductis fratres ritus slavici alio commigrarunt; relictis quidem libris slavonicis in monasterio, qui tamen temporis lapsu omnes periere.

§. 4. In Russiae bibliothecis qui, quamque antiqui reperiantur codices biblici, e catalogis, quos Griesbachius primo et secundo Volumini Novi Test. graeci praefixit, cognosces. Sunt inter eos Bibliorum integrorum codices tres; Novi testamenti cum Apocalypsi codex unus, qui Alexii Metropolitae manu scriptus creditur. Novi testa-

menti

menti sine Apocalypsi unus. Quatuor Evangeliorum codices tres. Evang listaria (lectiones ex Evangeliis continentia) duo. Apostolus integer, Acta et epistolas Apostolorum continens, unus. Codices Apostoli quem апракос (i. e. ἄπρακτος) vocant, lectiones ex Actis et Epistolis continentes, tres. Epistolarum Pauli cum Commentario unum. Apocalypseos, cum Andreae Caesariensis Commentario, duos. Horum plerosque vidi partim Petropoli, partim Mosquae, et examinavi, e quibusdam etiam specimina dedi. (Vide Gramm. p. 70 et 672 et sqq.). Veteris testamenti libros, praeter Psalterium, vix ullos spectare licet, qui seculo XV. antiquiores sint. Inter Codices slavicos Bibliothecae Coislinianae San-germanensis, quos Montfauconius in Bibliotheca bibliothecarum Mss. enumeravit, reperitur N. 2. Veteris Testamenti codex unus, Nr. 3. quatuor Evangeliorum codex unus, N. 12. liber Tobiae, N. 22. Evangelia cum notis charactere elegantissimo et antiquissimo. Patrum et scriptorum ecclesiasticorum opera longe plura ibidem consignata leges. De horum omnium aetate altum silentium. Idem Montfaucon in Diario Italico indicat in armario bibliothecae Ambrosiane esse »codicem Rutheno charactere, quem vocant S. Cyrilli, argenteis tabulis compactum, in queis anaglypha». Constat vero ex responso bibliothecarii Bugati, quod in adversariis Fortunati Durich legitur, codicem hunc continere quatuor Evangelia, sec. XV. scripta.

Re-

Refert porro in Itinerario Bernardus Montfaucon Codicem Ruthenicum de officio divino in Bibliotheca Ducis Mutinensis, et codicem non spernendae vetustatis, in quo Psalmi charactere slavico, in coenobio Canonicorum regularium S. Salvatoris Bononiae a se visos. (Vide ex eo specimen N. VIII. p. 686). Inter codices Slavonicos bibliothecae regiae Berolinensis memorat La Croze haberi disputationem Gregentii in manuscripto 400 fere annorum integram, cujus operis initium, cum in Codicibus graecis absit, a se latine conversum Alberto Fabricio miserat. E codicibus Ruthenicis, quos in Specimine codicum manuscriptorum bibliothecae Zaluscianae Janoцkius an. 1752 descripsit, quidam vetustiores et praestantiores memoratu digni sunt. In folio Ritualia duo N. CCXI et CCXII. In quarto Codex membranaceus remotissimae antiquitatis, judicio Janoцkii, e bibliotheca Meletii Smotriscii, Archiepiscopi Hierapolitani, Archimandritae Dermanensis, continens Canones Apostolicos, N. CCCLXXXV. Codex antiquissimus membranaceus N. CCCLXXXVI., cui inest Synaxarium de Sanctis Ecclesiae Ruthenicae. E minoribus Codex perantiquus N. CCCCLXXXVII. in membrana tenui, literis minusculis aureis exaratus, quo continetur Officium de S. Vladimiro. Integrum officium latine reddidit atque in Appendicem ad Specimen Ecclesiae Ruthenicae p. 1 — 15 intulit Ignatius Kulcziński. Menologium

Sanc-

Sanctorum Ruthenorum N. CCCCLXXXVIII, forma minima, in membrana tenuissima, literis minutissimis scriptum. Liber liturgicus N. CCCCLXXXIX, vetustissimus in charta nitidissima, literis elegantissimis, magna ex parte coccineo colore pictis consignatus. — »Carus et jucundus haberi meretur, (hoc manus recens adnotavit), quoniam Gosacis in cruentissima illa ad Beresteciam pugna a Nostris cum multis aliis spoliis est detractus, A. D. 1651 in Julio.« Hos et alios dum e Russia rediens an. 1793 mense Januario Warшaviae inspicere vellem, responsum mihi fuit, illos pridem a possessore Zaluscio Ecclesiasticis Slavo-graeci ritus fuisse donatos. Mirum videri possit, inter omnes a Janoцkio recensitos nullum esse codicem, qui Evangelia aut Apostolum contineat, cum tamen Evangeliorum codicem in charta scriptum Lundii, et alterum a Sparfwenfeldio e Russia allatum Upsalae viderim.

Codices Ruthenicos duos bibliothecce Vaticanae, quorum alter lectiones evangelicas per anni circulum secundum ritum ecclesiae graecae, alter quatuor Evangelia continet, descripsit Jos. Sim. Assemanus in Calendariis Slavicis. Matthaeus Sovich eos rectius Cisdanubianos quam Ruthenicos appellare maluit, cum Serborum more in iis ε pro ѧ scribatur. Primum Assemanus sec. XI. esse censuit. Hujus lectiones cum textu Speciminis VII. p. 679 convenire observavimus, excepta Orthographia. E secundo p. 75. specimen adduxi-

duximus. Cum is Joh. 1, 1. вначелѣ pro искони legat, seculo XIII. scriptus esse non potest, sed ad finem sec. XIV. aut sec. XV ineunte. Tabulas Capponianas, Calendarii Sanctos repraesentantes, quas in eodem opere apte explicavit, facile admiserim a Serbicis monachis circa annum 1300 fuisse pictas.

Chronicon Constantini Manassis, quod eadem bibliotheca servat, anno 1350 scriptum slavonicus interpres Regi Bulgariae Johanni Alexandro dedicavit. Codicem cyrillicum, anno 1406 scriptum et Duci Spalatensi Hervojae Bosnae Starostae dicatum, Acta et Epistolas continentem, Facciolatus Benedicto PP. XIV obtulit. Alium graeci ritus antiquum codicem in peculiari bibliotheca ejusdem Pontificis extantem, qui Novum Testamentum cum Psalterio continebat, examinarunt Caramanus et Matthaeus Sovich. Hic eum cisdanubianum (i. e. Serbicum) appellat, additque se eum non satis commode examinasse, et id circo aetatem ejus statuere non potuisse.

Praeter duos ab Assemano descriptos Codd. vaticanos tertium Caramanus in Apologia (Considerazioni) Cap. CXXXVIII. nominavit et examinavit. Continet Psalterium, decem Cantica, Canones et Officium B. Virginis ritu graeco. Charactere tam minuto et antiquo exaratum dicit Caramanus, ut forte non reperiatur codex, qui similes literarum figuras habeat. Has ille in Apologia calamo efformatas exhibet. D. Mich.

Bo-

Bobrowski Canonicus Vilnensis graeci ritus, cum Codicem hunc nuper Romae inspexisset, eum in literis ad D. Kopitar his verbis descripsit: »Reperi etiam Codicem membranaceum in 16. nitide exaratum, continentem Psalterium et hymnum acathisticum (акаѳїстъ) Slavonica quidem lingua, sed charactere scriptum mirum in modum reformato ex Cyrilliano, quum Alphabeti literas vix non omnes mutatas aut potius mutilatas exhibeat, videlicet pro Cyrilliano ⲁ scribendo etc. (Literarum figurae typo exprimi non possunt) ita, ut scriptor, quisquis ille fuerit, artem tachygraphicam fingere videatur. Codex pertinet ad recensionem Danubianam, aetatis posterioris«.

Cyrillicum Bosnensem parvum codicem graeci ritus apud se exstitisse Matth. Sovich refert. Complectebatur is Apocalypsim, cum initio Evangelii S. Joannis. Scripsit eum Radosav Christianus Gonsavo Christiano diebus regis Tomaш et avi Ratko. In postremo folio versus 13. cap. 2. epist. ad Titum glagolitico charactere sed non obvio perscriptus erat.

Evangelia slavonica lingua exarata religiose Remis servata, quae reges Galliae coronandi praestando jusjurandum tangere solebant, furor tumultuantium, proh dolor! igni tradidit.

Venetiis in bibliotheca S. Marci ante annos 26 examinavi codicem Novi Testamenti Serbicum, membraneum in 8vo, apud Griesbachium N. 11. Hic quamvis

in

in fine mancus (desinit enim Hebr. 1, 6.) continet tamen et Apocalypsim post Evangelium Johannis. Nominavi eum p. 676 et potuissem ex eo lectionem cum textu speciminis VI. conferre. Legit enim Luc. 1, 3. изволисе мнѣ хождшꙋ испьрва — дьржавны теѡпиле. Voce хождшꙋ utique aptius graecum παρηκολȣθηκότι exprimitur, quam corrupto, ut videtur, vocabulo хꙋжшꙋ. Post Apocalypsim inserit narrationes: a) de decem verbis scriptis in tabulis lapideis. b) Dorothei episcopi Tyri de 68 discipulis Domini. c) Epiphanii de Apostolis. d) De Pauli ortu et martyrio. Prologi praemittuntur Actis, epistolis canonicis, sed longior Pauli epistolis. Cum се pro сѧ, есамь pro есмь, et аопа pro алфа in eo legatur, patriam ipse prodit suam. Nec male in catalago «serviano idiomate» scriptus esse censetur. Adest et alius codex, idiomate serbiano, chartaceus in fol., qui odas, et lectiones pro festis SS. per menses Septembrem et Octobrem continet.

P a u l u s S o l a r i c h in memoriis literariis (поминак книжескый) an. 1810 Venetiis editis, memorat se vidisse, apud D. Johannem Pericinotti. ICtum, Biblia slavonica, manu Monachi Gabrielis anno mundi 6937 (Christi 1429) sub duce Moldaviae J o h a n n e A l e x a n d r o et ejus uxore M a r i n a, in monasterio нѣмц pulchre descripta. Per Biblia hic partem aliquam Novi Testamenti intelligi haud dubito, cum de codice aliquo, qui integra Biblia contineat, ante annum 1499 nullum

sit

sit indicium. Existimavit quidem Caramanus ex Inventario rerum mobilium, quae 1475 princeps Frangipani Vegliam miserat, colligi posse, praeter Missalia Illyrica (literis glagoliticis scripta), etiam sacra Biblia extitisse; sed metuo, ne de Bibliis latinis hoc intelligi debeat, aut de lectionibus e libris biblicis, quales in Breviriis obviae sunt. Bibliorum versionem illyricam, quam in Seminario Poglicensi Prici non procul Almissa extare Appendini in notitiis historico-criticis perhibet, vulgari lingua et recentius confectam arbitror, Latinoque charactere conscriptam, non Glagolitico aut Cyrilliano.

E Parisino uno specimen leges N. X. et ex altero lectiones p. 691. Ex iis, quos Bern. Montfaucon enumerat, velim codicem veteris Testamenti examinari, ut de aetate codicis aut saltem de libris in eo contentis certiores reddamur.

Lubet et Angliam invisere. Servat Bibliotheca Bodlejana in Academia Oxoniensi codices Russicos (certe Slavonicos; an in Russia scriptos?) duos; impressos longe plures exhibet Catalogus A. 1674 editus, e quibus hic non nisi P r e c e s lingua serviana, Ven. 1527 in 8. et Biblia Ostrogiensia 1581. nominare licet. Rariores pronunciarem Grammaticam Slavonicam Vilnae 1516, 8. et aliam Ostrog. 1518, nisi mendum cubaret in numeris. Constat enim ex accurate delineatis titulis, quos D. Holmes Altero miserat, primam esse Laurentii Zizaniae Grammaticam 1596, et alteram esse elementa-

tarem libellum pro pueris, non Ostrogiae sed Vilnae 1618 impressum. Henricus Wharton in Auctario historiae dogmaticae Usserii Apostolum hisce descripsit: »Extat etiam MS. in bibliotheca Lambethana codex lingua et literis Slavinicis (quales a Cyrillo inventae dicuntur) pulcherrime exaratus. Illum animadverti continere Acta Apostolorum (D a e a n i a A p o s t o l e s c a), et alia quaedam, forsitan Epistolas Pauli, Canonicas et Apocalypsim, cum Liturgia ad finem addita. An versio Cyrillo debeatur necne, non habeo quod affirmem, cum linguam minime intelligam». Ita ille satis modeste. At certe fallitur in eo, quod Canonicas post Pauli epistolas nominet, et Apocalypsim et Liturgiam etiam codice hoc contineri putaverit. Ejusmodi libri, qui прахеш (pro πράξεων) seu Apostoli appellari solent, nil aliud comprehendunt, quam Acta, Canonicas, Pauli epistolas et Synaxarium seu collectionem mensium. Tales sunt apud Griesbachium Ribayanus N. 5, quem nunc Budae servat bibliotheca nobilis Domini de Jankovics, N. 7. Petropolitanus, N. 8. Vindobonensis, cujus lectiones A l t e r u s in Novo Test. Graeco exhibuit, chartacei omnes; addam infra Vindobonensem membranaceum, qui post Alteri editionem N. Test. graeci Bibliothecae Caesareae accessit.

Codices Pragenses Evangeliorum chartaceos duos, apud Griesbachium 4. et 7. paucis descripsimus. Primus, familiae Serbicae, in bibliotheca regia publica, retinet

vocabula antiquiorum Codicum. Habet enim vocem година pro час, ктер pro нѣкый, книгы pro писаніє, опона pro завѣса, вдѣ pro вложи, нечю pro неѹвѣдѣ, отежчени pro ѡтагчени etc. Alter, quem e Russia an. 1793 Pragam allatum servo, frequenter confundit ж et а, ut solent codd. Moldavici; legitque, ut alia taceam, само, huc, pro сѣмо.

Monasteria Serbica in Sirmio si lustremus, magno numero se nobis offerunt codices biblici atque liturgici, immo et historici. Horum plerosque consignatos lego in descriptione Monasteriorum an. 1772 facta, quae olim Fortunato Durichio pro augenda Bibliotheca Slavica communicata fuit. In monasterio крѹшедол inter 51 ibidem inventos recensentur quatuor codd. Evangeliorum; duo an. 1540 et 1579 scripti, et duo sine anno. Scala coelestis (лѣствица) dictus, e Graeco translatus 1453 sumtibus Georgii Brankovich Despotae. Jus canonicum an. 1453. Vita S. Chrysostomi Semendriae sub Lazaro Despota an. 1458, alia an. 1593. Typicum seu norma Cerimoniarum ecclesiasticarum 1574, Cantiones festivales vulgo Postile. Sermones 1519. Regulae vitae christianae 1558. Libri ecclesiastici quatuor. De aliis in genere notatur: »alii porro sunt, quorum etsi titulus et annus emanationis ob vetustatem attritorum resciri non poterat, quantum tamen ex contextu colligere licuit, partim ecclesiastici, partim vero historici argumenti esse dignoscuntur«. E novem in monasterio Reme-

mete consignatis notari merentur Evangeliorum liber 1684. Duo Psalteria sine anno. Homiliae Gregorii Nazianzeni 1629. Liber ecclesiasticus Minej dictus 1568. Inter 17 consignatos in monasterio Opovo praecipui sunt Evangeliorum tres, quorum primus an. 1630, alter typo veteri illyrico editus, 1675 argento obductus fuit. Psalteria 1622. Aliud cum expositione 1637. Panegyricus 1509. Menaea, Prologi, Octoechus, Typicon. Liber Hymnorum seu Troparium ad SS. 1615, ad B. Virginem 1654. Jus canonicum (законник) scriptum in urbe Jassy (Яш) per Damianum Grammaticum 1495.

In monastercio Jazak inter decem Mss. reperti sunt duo libri Evangeliorum sec. XVI., duo Apostoli quorum unus 1541 scriptus fuit; duo Psalteria, ac praeter Menaea, Prologos, Ephremi Syri librum ad Monachos 1577, Vita et Encomia Regis Uroш conscripta per Paisium Patriarcham Pekiensem 1642. In monasterio Beшenovo quatuor libri Evangeliorum 1536, 1575, 1592 conscripti, quarti annus ob vetustatem dignosci nequit; Acta et epistolae 1652, praeter septem libros Menaeorum, Jus canonicum, Typicum. — In monasterio Шишатовац libri Evangeliorum duo, unus an. 1560, alter in membrana, ejusdem aetatis cum Apostolo (Lectionibus ex Apostolo) in membrana in Patriarchatu Pekiensi, regnante Stephano tertio Uroш Rege Serborum, jubente Archiepiscopo Nico-

 de-

demo per hieromonachum Damianum 1324 scripto, quem mox pluribus describemus. Acta et epistolae in monte Atho descriptae 1670, praeter quinque Menaea, Panegyricum Sanctorum 1545, Liturgiarium seu Missale a Johanne Alexandro, filio Jeremiae Vojvodae Moldaviae 1596 huic monasterio transmissum, atque alios. — In monasterio Кꙋвеждин Psalterium valde attritum, Menaeorum libri decem, quorum tres sec. XVI. scripti, Dorothei Sermones ascetici, Exhortationes ad Monachos. — In monasterio Pribina Glava Evangelia 1560, Apostolus 1646, Psalteria tria 1643, 1646, 1654. Vita S. Athanasii in monte Atho scripta 1646. Menaeorum libri duo, Triodion 1563, Prologi 1560, praeter librum Canonum, et Panegyricum SS. 1615. — In monasterio Rakovaц Apostolus, Psalteria duo; praeter Vitas nonnullorum Sanctorum, scriptas 1592 in monasterio Bosnensi Озрен dicto, et librum Prolog.

Non miror, nullum Veteris Testamenti codicem inter tot Evangelia et Apostolos reperiri, cum ipse Constantinus Ostrogiensis dux fateatur, in omnibus regionibus nullum fuisse inventum, qui V. T. libros complecteretur. In ipsa etiam universa Russia nonnisi tria exemplaria Bibliorum integrorum (excepto tertio Macchabaeorum libro) manuscripta extant. Chr. Fr. Matthaei in Appendice II. ad Apocalypsim de Novi Testamenti libris haec an. 1785 pronunciavit: »Codices Sla-

vo-

vonicos, ita ille, qui omnes Novi Test. libros contineant, paucos eosque recentiores et in charta scriptos vidi. Hujusmodi est unus in forma maxima, qui in bibliotheca SS. Synodi Mosquae servatur. Secundum vidi in monasterio S. Trinitatis, Sanctique Sergii. In utroque annus et nomen scribae, si recte memini, notata sunt«. Utrumque ego codicem, integra Biblia continentem, anno 1792 lustravi Mosquae; nam et secundus e monasterio S. Trinitatis post cl. Matthaei abitum ad Bibliothecam Synodalem perlatus fuerat. Hic autem caret nota temporis. Primus vero an. 1558 per monachum Joakimum scriptus est. Tertium vetustius exemplar Petropoli Mosquam 1791 missum, catalogo Synodalis bibliothecae, quae 649 libros slavonicos et inter hos antiquissimos non paucos servat, 7. Jul. 1792 inscriptum fuit. E quo, cum exemplar ipsum in cista sigillo munita inspicere non licuisset, notavi Biblia haec an. 1499 scripta fuisse sub magno Duce Joanne Basilii F. et Metropolita Simone, in domo Archiepiscopi Novogrodensis Gennadii. Etiam ex iis Evangeliorum et Apostolorum codicibus, quos e catalogo typographei Synodalis recitat Matthaei, multi ad Bibliothecam Synodalem translati fuerant, quorum plerosque ibidem inspexi. In catalogo monasterii Novae Hierosolymae quinque Evangeliorum exemplaria consignata legi; at bibliothecae a Nicone Patriarcha variis et raris libris ecclesiasticis ditatae codicibus voluta-

tis

tis non nisi lectionaria et unum Evangeliarium seu quatuor Evangelia integra reperi. Codex hic chartaceus in fol., emtus 1430 per hieromonachum Athanasium Russum in Monte Atho in Pantocratoris laura, translatus fuit in urbem Tver sub Magno Duce Boris Alexandri filio monachophilo, et datus S. Mariae Dei Genitrici 1436 sub hegumeno Jona. Procul dubio et alii libri in monte Atho scripti, in Russiam perlati sunt. De Basilii Hexaemero cum praefatione Joannis Exarchi Bulgariae, qui in bibliotheca Synodali N. 325 servatur, certo constat, id in laura Chilandar A. 1263 manu Grammatici Theodori descriptum esse. Vide specimen ex eo in Vukii literis (писмо) p. 11. Rituale Serbicum (Trebnik) in monte Atho an. 1624 scriptum fuisse catalogi perhibent.

In catalogo bibliothecae Academiae Petropolitanae, A. 1768. confecto, 232 Mss. omnis generis et aetatis consignata reperio, quorum aliqua Joh. Bacmeisterus in descriptione ejusdem bibliothecae nominavit. Evangelia in membrana A. 1317 non sunt integra, sed Evangelistarium, apud Griesbachium N. 2.; Evangeliorum codicem alterum (apud Griesbachium N. 3.) perhibet ille scriptum a. 1392. Ego notam chronologicam frustra quaesivi, quamvis de vetustate ejus non dubitem. At Seculo XIII. antiquiora Mss. ibidem non exstant. Et Menaea Aprilis in membrana non sunt 1296, sed 1396 scripta, seu anno Mundi 6906, non

6806,

6906, ѧ enim denotat 900. E seculo XIV. adduxit Dionysii Areopagitae de coelesti Hierarchia librum per monachum Isaiam translatum A. 1371 (corrige 1471), Menaeum Martii 1348, Ephremi Syri sermones in membrana 1377, Octoechum 1387 in charta.

Utinam montem Atho sine periculo adire liceret! Inde profecto tot Patrum et Historicorum opera, olim in bibliothecam Seguerianam illata, accepta sunt. Vix tamen credo antiquiores ibi codices adhuc servari, quam sint Evangelia Ostromiri (1057) et Ducis Mstislavi, nuper detecta in Russia, quorum pleniorem notitiam desiderem. In his certe et aliis aetate supparibus antiquam Cyrilli versionem contineri haud dubito. Quis non optet, ut haec ceu linguae Slavicae monumentum antiquissimum, et ad Criticam sacram insigne subsidium, aliquando prorsus immutata ac characteribus vetustam formam referentibus in lucem edatur. Huic ego operi, quo universa gens Slavica et gloriari et proficere posset, lubens consecrarem operam meam, si quis Maecenas sumtibus ferendis par inveniretur.

Sed jam Vindobonam redeamus. Caesarea bibliotheca servat Tetraevangelii codices duos chartaceos in folio N. 355 et 356. Horum primus a principe Petro, senioris Stephani Vojvodae Moldaviae filio monasterio Xeropotamiensi an. 1535, alter a Krunia, dicta Monacha Maria, an. 1651 ecclesiae SS. Michaelis et Gabrielis in urbe Belgrad donatus fuit. Ex utro-

que

que lectiones excerpsit sedulus Alterus pro editione sua N. Test. graeci. In Cod. Belgr. librarius ѫ et ѧ confundere solet, quod Alterum saepe fefellit. Xeropot. Serbicorum codicum more є pro ѧ amat: сє pro сѧ, петь pro пѧть, хотєи pro хотѧи. Discrimen inter ы et и rarius negligit, at inter ъ et ь fere semper, ubique pro ъ scribendo ь; porro euphonicas vocales є aut о ante ρ et л non inserit, sed ь apponit literis ρ et л: пρьвѣньць, вльклъ, въстокь. Ex Adversariis Fort. Durich, qui diligentius ratione Orthographiae utrumque olim examinavit, lubet differentias utriusque paucas notare. E Matthaeo: ѿ грєдѹщаго гнѣва, Belgr. бѫдѫщаго; имами, Belgr. имамы; грєдїи, Belgr. грѧдыи; нѥго, Belgr. нєго; н҃ъ, Belgr. нѫ҆҆; землѩ, Belgr. землѣ; нынѩ, Belgr. нынѣ; єзыкь, Belgr. ѧзыкь; начєть, Belgr. начѧть. E Marco: поѧс оусніань, Belgr. п. оусмѣнь; въ врѣмє, Belgr. въврѣмѧ. E Luca: многыи, Belgr. многы; звáннышимь, Belgr. званнымь; соуть въсѧ, Belgr. сѫть въсѣ̀; селѐ, Belgr. се́ло alia sede accentus; ѥ eos, Belgr. ѧ; мє, Belgr. мѧ; поѥх, Belgr. поѧх; нищѥѥ и бѣдныє, Belgr. нищѧѧ и бѣдныѧ; сѣмо, Belgr. само; моєѥ вечєрє, Belgr. моєѧ вечерѧ; чєдь, Belgr. чѧдь. etc.

Eadem Bibliotheca palatina servat duos codices Actorum et Epistolarum, unum chartaceum in 4. N. CI., alterum elegantissime in membrana scriptum in fol. N. 3275. Chartaceum in 4., ex quo lectt. variantes Vol. II.

Nov.

Nov. Test. Alterus inseruit, apud Griesbachium N. 8. (inter Codd. Act. et Epist.) descripsimus. 1 Joh. 5, 8. ita habet: ꙗко трїє соуть свѣдѣтелствоующе. дꙋх. и вода. и крьвь. и трїє въ єдино соуть. Eum esse Serbicae familiae orthographia prodit. Membraneum (праѯєѡ dictum) imaginibus, rubricis aureis ornatum 1610 scribi fecit Archiepiscopus Anastasius Krimkovič, Metropolita Moldaviae seu Sučaviensis, eumque monasterio recens aedificato Dragomirnensi donavit. Hunc codicem Alterus pro editione sua N. Test. conferre non potuit, cum duobus annis serius (1789 mense Aprili) Zamoscio missus fuerit. Descripsit vero eum in Appendice ad Homeri Iliadem, et lectiones ex eo in Miscellaneis adduxit. Ab Ostrogiensi textu non nisi in paucis differt. Act. 3, 1. observante Durichio legit Dragom. въ цр҃ковь, Ostrogiens. въст҃илище, v. 3. Dragom. ѿ възлазащїих, Ostrog. въходащих, v. 5. Dragom. servat Dualem ѿ нею, Ostrog. ѿ них, in plur. v. 8. Dragom. хождааше, Ostrog. omittit д. Dragom. scribit прѣд, Ostrog. пред. Dragom. utitur non raro vocali ѣ pro а: всѣко pro всако, опалѣюще pro опалающ, помышлѣюще pro помышлающ, вышнѣа pro вышнаа, ближнѣго pro ближнаго, immo et трѣва pro трава. Amat нж pro нъ seu но. Servat tamen а in са, ма, азык. Jacobi epistolam ex hoc codice et antiquiore chartaceo cum editis conferre si cui lubeat, videbit rarius omnes tres differre; ac saepius,

pius, ubi chartaceus differt, Dragomirnensem cum editis convenire. Jac. 1, 6. pro Instrumentali вѣтры, quem habent editi et Chart., legit Dragom. ѿ вѣтр, at възмѣтаемꙋ Drag. cum editis, Chart. vero възмꙋщаемꙋ. Pro развѣвлемꙋ vero, Cod. Chart. развѣвающꙋсе, a quo Dragom. solum orthographia differt, cum сѧ, pro се retineat. V. 7. pro да не мнит, Dragom. да не непщꙋет. V. 8. Chart. legit неоустаменики ἀκατάςατος, inconstans, et ab utrisque differt, qui неꙋстроен habent. V. 13. неискꙋшает Dragom. et editi, exigente Syntaxi slavica particulam не, Chart. vero не non admisit, cum in Graeco non legatur ȣ̓. V. 23. законꙋ i. e. νόμȣ pro словꙋ i. e. λόγȣ. Cap. 2, 4. pro злых editorum Codices habent Dativum, Dragom. злыим, Chart. лꙋкавыим. V. 19. Drag. страшꙋтсѧ, (quod ex трасꙋтсѧ antiquiorum Codd. ortum sit), Chart. оужасаютсе, edd. трепещꙋт. V. 25. Dragom. такожде же cum editis, Chart. подобнѣже. Cap. 4, 5. Chart. тьщетно, Dragom. сꙋетно, editi всꙋе. V. 6. Chart. et Dragom. благодѣть, editi благодать. Cap. 5, 1. ἄγε νῦν, Dragom. оубо и нн҃ѣ, editi прїидѣте нынѣ. V. 3. Chart. скровищевасте ἐθησαυρίσατε, Drag. cum editis снискасте. V. 11. Chart. многоблагоꙋтробен πολύσπλαγχνος, Drag. cum editis многомилостив. V. 14. Chart. et Dragom. immo et Ostrog. попы, et маслом, correcta пресвvтеры, et елеем. V. 17. conspirat Drag. cum aliis Codd. p. 697.

Co-

Codex Serbicus chartaceus in 4., Psalterium continens, ejusdem Bibliothecae N. XCVIII. seculi XV., vix unquam differt ab edito Venetiis 1561. Uterque Psal. 1, 3. mascul. иже male legit pro neutro еже, cum istud, uti graecum ὃ ad ξύλον, ad дрѣво referatur. Ps. 121, 8. Ms. ближник in Genitivo plurali, pro ближик editionis Venetae, quod certe vitiosum est, pro ближних aliarum. Confer Gramm. p. 314. Ps. 77, 28. ѡкрсть ѡчрьсти их, ed. Ven. ѡчрьщ in plurali. Pro veteri ѡчрьщ seu ѡчрьсть, cum quo черга et чардак Serbis usitata conferre liceat, Ostr. et aliae editiones жилищ legunt.

Codex Serbicus Odarum, quae in Octoecho leguntur, paulo aliter dispositarum, membraneus in 4. sec. XIV. N. XLVI. Adhaerent Canones poenitentiales minori charactere (foll. 35.) ex alio codice, nec non tria folia rudiori charactere, in quibus Evangelium de Lazaro (Joh. 11, 1.) inchoatur hisce: бѣ етерь болеи лазарь. ѿь витание градьцјa марина. Editi habent нѣкто pro етер, болл pro болеи, веси pro градцја. Confundit librarius non raro ы et и, scribendo ex. gr. мы, mihi, pro ми.

Codex slavonicus in Russia scriptus, membraneus in 4. sec. XIII aut XII, apud Griesbachium N. 1. Continet praeter Canones anastasimos aliasque odas Octoechi, etiam lectiones ex Evangeliis et Apostolo, et in marginibus rubro colore снаѯарь (Synaxarium). Accessit is Bibliothecae Caesareae post mortem posses-

so-

soris Aloysii Hanke ab Hankenstein, qui peculiari dissertatione, quam inscripsit: *Rezension der ältesten Urkunde der Slavischen Kirchengeschichte, Literatur und Sprache, eines pergamentenen Kodex aus dem VIII. Jahrhunderte*, Budae 1804 in 4. impressa, aliis persuadere conabatur, Codicem hunc esse linguae slavicae antiquissimum monumentum, et ante Cyrillum seculo integro scriptum. At scribam Russum fuisse, omnia clamant. Fol. 271. in inferiori margine здоров полко, in Calendario 8. Junii перенесѣнье legitur. Martius березозωл appellatur. Euphonicum Russorum о, quamvis pro eo alias vix non semper ъ scribatur, tamen jam in eo invenias: плоть pro плъть, волъхвомъ pro вълъхвомъ, но pro нъ, сотъ (Genit. plur.) pro сътъ a сто, вопию pro въпию, вонь pro вънь in eum, восиѣ, вотьмѣ, возрѣти pro възрѣти, ко pro къ, отоиде, отокнязь, надовсѣми. Adde мароъ, Martius, pro мартъ. Confer ex eo Specimen VII. p. 679, et aliud p. 72. Gramm. Plura quidem dedit auctor recensionis, sed non sine erroribus excusa, ut taceam signa ъ et ь admodum confusa. Quam presse vetus interpres Octoechi graeca slavicis vocibus reddere soleat, uno saltem tropario, e Canone anastasimo toni primi desumto, doceamus:

Ὁ χερσὶν	ἀχράντοις	ἐκ χοὸς,	θεουργικῶς
роукама	прчстыма	ѿ персти	болѣпно
			κατ'

κατ' ἀρχὰς διαπλάσασμε, χεῖρας διεπέτασας
испрьва съзьдавъ мѧ. роуцѣ простьрлъ кси
ἐν τῷ ςαυρῷ, ἐκ γῆς ἀνακαλέμενος, τὸ φθαρένμυ
на крстѣ. ѿземлѧ възъіваѩ. тлѣньнок ми
σῶμα, ὃ ἐκ παρθένυ προσείληφας.
тѣло. кже ѿ дѣвъі приꙗтъ.

Sic Cod. Vindob. olim Hankianus. Cod. Vindob. Serb. differt quoad vocales et Orthographiam in his: ѿьпрьсти, испрьва, създавьме, простръль, ѿь земле, вьзивак, приеть, additque ѣко прослависе.

Cod. Serb. meus legit иже ante рѹкама cum editis, прѣчистыима; испрьва бг҃олѣпно (hoc ordine et Veneta ed. an. 1537), распростреть, (ed. Venet. распрострѣть), землк, вьсприетъ (Venet. вьсприкть).

Editiones posteriores, uti Buzeana in Valachia 1770 in fol., legunt богодѣтелнѣ pro бг҃олѣпно, распрострѣл еси, всзываѧ, приѧл еси.

Nôn est tacendus Codex Philolog. graecus N. CLXXI. chartaceus in 4. sec. XIV. glossarium graecum continens, quod ob superscriptas in primis 15 foliis voces Slavonicas Graeco-Bulgaricum Durichius in Bibl. Slav. p. 270 appellavit, quamvis ex eo exemplum varietatis russicae, nimirum борзоног, produxerit. A Russo, non a Bulgaro slavica vocabula scripta fuisse, pluribus exemplis doceri potest. ἄβελλον. ταπεινόν. et supra hanc vocem кроток. — ἀγαθός. ἀνδρεῖος. хра-

кор.

кор. — ἄγοντα. ἡγούμενον. вож (pro вождь). — ἀγετά. λεπτά. тонка. — ἀδάνης. ἐγρήγορος (sic), корзъıи. — ἀδηφάγος. γαστρίμαργος. чревополнец. — ἀδροὶ. ἄρχοντες. кназı. Bulgarus aut Serbus кнези scripsisset. — αἴγιον. τὸ ἀπ αἰγὸς γάλακτος ἢ ἡ πόλις. козьк молоко или городъ. Bulgarus scripsisset млѣко aut млеко et град. — αἰζηοὶ. νεανίσκοι. молоди. — αἰθυία. ἐναλία κορώνη. морскага борона, etc.

Praeter Missale glagoliticum 1368, e quo specimen XII. pag. 697, et Breviarii lectiones, e quo specimen XIII. pag. 698 dedimus, exstant in Bibliotheca Caes. codices glagolitici manuscripti quatuor. a) Missale in fol. sine nota anni. b) Psalterium cum Canticis in 4. in charta et membrana an. 1463 scriptum. c) Liber Kvadrige dictus, tractans de fidei articulis, de decalogo et de aliis, an. 1493. scriptus. d) Expositio Evangeliorum (тлмаченїе еванкеліи) incipiendo a prima dominica quadragesimae, in charta in 4. an. 1503.

Non repetam glagoliticorum Missalium et Breviariorum descriptiones, quae e Caramani Apologia sumtae apud Assemanum leguntur. At Matthaei Sovichii verba e Praefatione ad versionem latinam Grammaticae Smotriskianae, quibus Codicem suum describit, hic adducam: »Glagol. meus olim Codex, nunc autem Alberti Fortis, loco S. Georgii parum a Segnia distanti adscribendus, a scriptore ignoto Michaeli

eli Soltich presbytero an. 1462 dicatus. Continet varias lectiones S. Scripturae, Sanctorum gesta, Visiones, morales sermones, Missam auream, aliaque partim semivernacula, partim literali lingua, tum in membranis, tum in charta scriptus.« Ita ille. Servari nunc codicem hunc in Bibliotheca, quam diligentissimus et scientissimus rerum Slavicarum collector Baro Sigismundus Zois Lublanae posteris reliquit, ex catalogo librorum Slavicorum mecum quondam communicato video.

Nominandi mihi sunt praeterea duo Codd. Evangeliorum Vindobonenses, quos inspexi, chartacei in folio. Alter Serbicus Dni. Kopitar, alter familiae russicae in bibliotheca libris ad historiam praeprimis polonicam spectantibus instructissima, quam Excellentissimus D. Maximil. Comes Ossolinski patriae suae Poloniae consecratam voluit. Cod. Kop. recte legit Luc. 7, 25. в царскых ἐν τοῖς βασιλείοις, pro vitioso царствїи (Mardar. цр҃ствих in plur.) editorum. Confer in correcta glossam во дворѣх. Non tamen caret naevis. Marci 15, 7. male legit в кровѣ cum Ostrog. pro в ковѣ, quod Mardarii editio e correctiori Cod. exhibet. Inserit saepe vocalem euphonicam а inter duas consonantes, quae alias sine vocali conjunguntur: дащи filia pro дщи, даскы pro дскы, дащица pro дщица, лажа pro лжа; манїй, мазда, ластац pro мнїй, мзда, льстец. Sic et in fine: оганьь pro огнь, седамь,

осамь pro седмь, осмь. Adde нѣсомь pro нѣсмь. Saepissime vero а vel ь vocalem euphonicam е aut о Russorum supplet: на et нь pro но, ка et кь (rarius къ) pro ко, вась et вьсь pro весь, мачь pro мечь, лажь et льжь pro лож mendax, начан pro начен, бадр pro бодр, дабрь et дьбрь pro дебрь; жазл et жьзл pro жезл; петал et пѣтал, силан et сильн, осьл et осал, стꙋденац, вѣнац, сꙋчац pro пѣтел, силен, осел, стꙋденец, вѣнец, сꙋчец. At жарц seu жьрц pro жрец. Inde Adject. жарьчаск et жарачаск. Hinc et петак pro паток; крѣпак, ѡпрѣснак pro крѣпок, ѡпрѣснок. санмище et сьнмище pro сонмище; стагна pro стогна; паприще et пьприще pro поприще. Apparet hinc, поприще non esse compositum ex Praepositione по, cujus vocalis non est ambigua. Malim ergo поприще potius a radice peregrina пъпр ope formativae ище, quam a попрати (Gramm. 117.) deducere. Retinet plerumque antiquas voces. Luc. 7. 2. тьчан pro честен editorum. Alibi книгы pro singulari книга et pro писанїе, ктер pro нѣкїй. Miscet et flexiones vulgares recentiores Serbicas, sed non nisi rarissime: вѣмо pro вѣмы, дамоли или недамо, Joh. 10, 5. чюждега гласа pro чюждаго. Luc. 4, 29. да бы и низринꙋли pro да быша etc. At Cap. 5, 1. more antiquo да выше слышали. Marci 6, 40. pro лѣхы substituit мѣста: на мѣста на мѣста. Ossolinianus

cum

cum editis retinuit phrasin antiquam на лѣхы на лѣхы. Correctorum glossa на кѹчи, in cumulos, prodit eos vocem лѣха non satis intellexisse. Hic quoad Orthographiam ad Moldavicos codices accedit. Habet enim нѫ pro но. Confundit ѧ et ѫ. Pro ѧ subinde substituit ѣ: всѣ pro всѧ,варѣет, praecedit, pro варѧет, immo трѣва pro трава. Marci 10, 38. conspirat cum edd. antiquis, legendo невѣстаса. Correcta delevit сѧ, quod etiam in Kop. abest. Luc. 24, 11. retinet Ossol. antiquum блади (Kop. блѣди, alii Codd. Serb. бледи) pro лжа, quod jam in Ostrog. legitur. Matth. 28, 19. negligens scriba omisit и сына.

Chronicon slavicum apud RR. PP. Benedictinos Scotos, Alterus e graeco Dorothei Metropolitae translatum, at multis capitibus auctius pronunciavit pluribusque descripsit in Miscellaneis philologico criticis. Auctor versionis est Arsenius Satanowski, monachus Kieviensis.

Apostolum in membrana (lectiones ex Apostolo) Monasterii Шишатовац, qui sub Stephano Urош tertio, jubente omnium regionum Serbicarum Archiepiscopo Nicodemo, Pekii in urbe seu arce жрѣло (оу пеки вь градѣ рекомѣм жрѣлѣ) ab hieromonacho Damiano anno mundi 6832 (i. e. 1324) descriptus est, cum frequentissime citaverim, de ejus Orthographia nihil jam adjiciam, nisi eum ь subinde in fine vocum duplicare: пророкьь, мѹжьь, временьь, лѣтьь, in

 his

his vocibus ad designandum Genitivum pluralem; rarius in pronominibus тьь pro ть, et сьь pro сь. Cum solo ь (pro ь et ъ) utatur, etiam solum ы, nunquam ъı occurrit. Et vocibus et formis vocum ac lectionibus multum differt ab editis et Codd. junioribus. Act. 27, 16. legit отокже нтерь прѣтахавше, editi vero островже нѣкїй мимотекше. Novit tamen et vocem островъ, insula, alibi occurrentem. Mundus ei est весьмирь, sed subinde et свѣт. Sic et мѣсецъ pro лѹна, лѹка pro нѣдро sinus (maris); скрижаль скандалѹ petra scandali, pro камень соблазна. мѹченик *μαρτύριον*, pro свѣдѣтелство 1 Tim. 3, 6. nemo probaverit. Gal. 4, 17 цр҃квы вась хотеть pro ѿлѹчити вас хотат, quasi legisset *ἐκκλησίαι* pro *ἐκκλεῖσαι*. Philipp. 4, 3. *σύζυγε γνήσιε* socie germane, (Vulg. germane compar) de femina dici putavit, cum habeat: присна сьврстьнице pro сѹпрѹжниче присный. 1 Cor. 11, 10. librarius erravit scribendo власи pro власть et 1 Thess. 5, 8. дне вини сѹще pro сн҃ове сѹще дне. Sequitur hic Slavus Codd. graecos, qui *υἱοὶ* addendo legunt *ἡμέρας υἱοὶ ὄντες*.

§. 5. Juverit saltem typographeorum slavicis literis instructorum initia breviter perstringere, cum lingua slavica impressorum librorum catalogum in specimine Bibliographiae russicae integro Volumine primo Basilius Sopikovius dederit. Primus omnium Slavicorum lingua literali seu ecclesiastica editorum librorum est Mis-

Missale glagoliticum anni 1483, sine indicio loci in fol. Caramanus in Apologia cap. XXXIX. Missalia glagolitica antiqua an. 1528, 1531 recensens, non nisi fragmentum hujus Missalis se vidisse apud Patres S. Joannis Zarae testatur, quod characteribus majoribus (più rilevanti) differre ab aliis et defectum majuscularum in eo suppletum calamo observavit, de tempore editionis nihil statuendo. Matthaeus Sovich exemplar, quod possedit, in Praefatione Grammaticae Meletianae ita describit: »Missale secundum legem Romanae curiae, praemisso Calendario (sed manco), sine literis majusculis — sine loco: anno Domini (uti in fine notatur) 1483 mensis Februarii die 22 haec Missalia fuerunt absoluta«. Ipsum hoc exemplar in Bibliotheca Caesarea spectare licuit. Clausula finalis (transformatis literis glagoliticis in cyrillicas) sonat: лѣт гн҃их Ч. Ѹ. О. В. м҃ца перва д҃нь I. Б. ти мисли бише сврьшени. In Bibliotheca Vaticana duo exemplaria, unum integrum literis initialibus manu pictis, alterum mancum se vidisse scribit D. Mich. Bobrowski.

In domum Archidiaconi Segniensis Sylvestri Bedriccich Magister Gregorius Segnia ortus, ad imprimendos literis glagoliticis libellos illyricos at vernacula lingua scriptos ex urbe Venetiarum Segniam 1507 vocatus fuit. Istorum tres nominat Sovichius, quos possedit: 1) Transitum Hieronymi, 2) Manipulum Curatorum 1507. 3) Quadragesimales fratris Ro-

berti 1508. Secundum, Guidonis Manipulum Curatorum (наручник плебанушев), 27. Augusti an. 1507 editum, servat Bibliotheca Caesarea. Missalis glagolitici curante fratre Paulo de Modruша Ordinis S. Francisci Conventualium apud Franciscum Bindoni et Mafeum Pasyni Venetiis 1528 in 4. impressi exemplar servatur Pragae in bibliotheca regia, aliud mancum in Rudnicensi Principis de Lobkowitz. In Vindob. Caes. vero reperitur A z b u k v i d a r i u m glagoliticum, rarissimum cimelium, quod eodem tempore ibidem in 4. editum videtur. Constabat 6 foliis, quorum quintum hic deest. Post Rubrum Іс маріа, sequuntur 32 literae glagoliticae, quibus loco ultimo figura)(, latinum X repraesentans, addita est; deinde P a t e r n o s t e r, quinque Psalmi Dominicae ad Vesperas (109 — 113), Canticum M a g n i f i c a t, Canticum Simeonis, Psalmi 129, 50, 90. Hymnus (Іман) T e D e u m; I n t r o i b o a d a l t a r e, C o n f i t e o r, A b s o l u t i o n i s formulae duae, Salve regina (спаси кралице мати etc.); Evangelium Joannis, Cap. I. искони бѣ слово. и слово бѣ у бога. и бог бѣ (omisso слово). се бѣ искони у бога вса тѣм баше и безнегоже ничтоже бист еже-бист втом живот бѣ. Symboli singulis articulis nomen et imago Apostoli praefigitur. Benedictio mensae. Benedictio mane dicenda. Denique Oratio cum rubro млитву ону киу буде говрл з дивоцйоном вѣки дан etc.

Anno

Anno 1531 tertium Missale imprimi curavit Flumine in aedibus propriis Simon Cosicich seu Begna illustri familia Jadertina ortus, Episcopus Modrussiensis.

Idem episcopus, Sovichii verba recito, librum de vita Romanorum Pontificum et Caesarum an. 1531 aliosque libros edidit, ut ipse in Praefatione testatur. Ejus editiones non exhibent purum Slavonismum. Exemplar Missalis mancum e Bibliotheca L. B. de Zois Vindobonam missum nuper inspexi. Breviarii a Nicolao Brozich, plebani de Omiscel (Castel-Muschio) in insula Veglia, Venetiis apud filios Joh. Franc. Turresani 1561 in 8. editi duo exemplaria in Bibliotheca Caes. spectare licet. — Libri ab Antonio Dalmata et Stephano Consule translati et typis glagoliticis Tubingae et Urachii 1562—1364. editi, cum lingua vulgari scripti sint, eos hic recensere nolim. Eos, post Schnurrerum et me, plerosque ad exemplaria Bibliothecae Caesareae, plene descripsit D. Barth. Kopitar in Appendice Grammaticae suae Slavicae (dialecti Carniolanae).

Ad Cyrillicos libros, quorum longe major est numerus, transeamus. Seculo XV. editos non nisi quinque aut sex nominare licet. Tres Cracoviae in Polonia an. 1491.

Octoechi (осмогласник) ibidem in fol. impressi notitiam dedit G. Sam. Bandtke in dissertatione de primis Cracoviae in arte typographica incunabulis

Psal-

Psalterii meminerunt Joh. Bacmeister et alii, et ex his Sopikovius. Breviarium seu Horologium (часословец) in 4. in Bibliotheca episcopali Munkačinensi exstans nominavit Fort. Durichius in Bibliotheca Slavica p. 126, ejusque ampliorem descriptionem promisit. Postremo folio sub Insigni urbis Cracoviensis clausula legitur iisdem verbis concepta, uti in Octoecho apud Bandtke: докончана бысть сия книга оу великомъ градѣ оу краковѣ. при державѣ великаго короля казимира, и докончана бысть мищанинωмъ краковскымъ швантолтом фѣол, изъ нѣмецъ нѣмецкого роду, франкъ. и скончашася по божїемъ нарожениїемъ. дї сътъ. девятьдесятъ и а̃ лѣто.

Tetraevangelium (четверо благовѣстїе) in fol. sine nota anni edidit Johannes Biegner de Brassovia (i. e. Corona urbe Transilvaniae). In fine editor se ipsum nominavit hisce: азъ жѹпанъ ханьшь бѣгнерь ѿ брашев. Serbum fuisse editorem ex Orthographia colligi posse autumavit Sopikovius. At cum in speciminibus ab eo adductis ѧ legatur in vocibus сѧ, бышѧ, обьѧтьи, мѧ, врѣмѧ, potius e Codice Moldavico hanc editionem factam fuisse censeo.

Anno 1493 editi Breviarii Slavici in 8. meminit Chr. Th. de Murr in Memorab. Biblioth. Norimberg. P. I. p. 222. Impressit Magister Andreas de Thoresanis de Asula die 13. Martii. 1493. (Venetiis). Videtur esse часословец.

Anno 1493 — 1494 Octoechus jubente Georgio Cernoevich (црьноевић) principe, et Babyla episcopo, editionem curante Monacho Macario de Monte nigro, impressus est, cujus exemplar Budae vidit Georgius Ribay. Aliud servari Miragnae in ecclesia Serborum refert Caramanus, apud quem librarii forte errore 1474 pro 1494 legitur.

His adnumerandum est Euchologium (молитвник) rudioribus typis impressum in 4. mancum apud me. Post duernionem 31, cujus signatura in primis quatuor foliis est Zı, Zıı, Zııı, Zıııı, et in octavi folii pagina versa ⷣⷣ, continuantur signaturae latinis literis Ii, Kk, Ll, Mm; signaturae Mm, non nisi quinque folia adsunt, reliqua desiderantur. Secundam editionem curavit Vincentius Božidari Vukovikь filius iisdem typis, quibus Psalterium 1561 Venetiis impressum est. In hac editione singulae paginae respondent paginis primae; sign. Oııı apparet superne Nomen бож i. e. божидар. Hic uti et alibi inscriptio чин бываемъıи legitur pro послѣдование et надь коутикю, pro надь коливом primae editionis: Alia fere immutata mansere. Exemplar Bibl. Caesar. duernione ле finitur, videturque folium cum notatione anni et loci deesse. Textum evangeliorum et epistolarum in hoc Euchologio pro usu Serbicarum ecclesiarum edito parum differre ab Ostrogiensi observavi. At lectiones ex Prophetis minus conveniunt.

In acoluthia festi Epiphaniae, Isaiae Cap. 35. integrum legitur, cujus v. 7. sic sonat: и боудеть безьводное вь блго. и вь жеждоущїи земли, изтечникь водѣ боудеть. тоу коудеть вьселенїе птицамь и вьдворенїе сvринномь и трьстїе и блата. Pro vitioso блго certe блато edendum fuit, et post земли comma delendum. Ostrog. legit: и безводнаѧ бѹдетъ въблата (corr. ѥзера), и на жаждѹщеи земли источникъ водныи бѹдетъ. тѹ бѹдетъ вселенїе (corr. веселїе) птицамъ и стаѧ вельбѹдомъ и лѹѕи. (corr. post птицам: и селитва трости и лѹзи). Cameli in Ostr. orti sunt ex *καλάμȣ*, pro quo male legerit interpres *καμήλȣ*.

Anno 1519 Venetiis sumtibus suis paravit typos longe elegantiores vojvoda Božidar Vukovikь de Gjurikь submontanus (подгоричанин) ab urbe подгорица sic dictus. His imprimi fecit слѹжебник seu librum Liturgias Basilii et Chrysostomi continentem in 4. Finita est editio 1519, 7. Julii, quam curavit hieromonachus Pachomius de Nigro Monte de loco R e k a dicto. Pro ѧ ubique ꙗ, pro initiali е semper ѥ locum habet. Hujus et secundae editionis, an. 1554 sumptibus Vincentii filii ibidem factae, in qua paginae et lineae respondent primae, exemplar vidi apud D. Kopitar, secundae alterum olim Olomucii. Etiam in secunda, mortuo jam Božidaro, fol. 3 apparet syllaba бо et supra ж.

Anno 1537. 27. Julii completus est liber Octoechus (ѡхтоих) Venetiis in fol., jussu Božidari, cujus in-

insigne (бѣлѣг) a Carolo V. ei concessum exhibetur. Liber alias осмогласник dictus hic петогл҃сник appellatur, certe propterea, quod a quinto tono incipiat. Post octavum tonum tamen стихиры e primis quatuor tonis leguntur Operam huic editioni impenderunt sacerdos Theodosius et Gennadius Paraecclesiarchus Monasterii Miljeшeva, natu de Prijepolje. Typi differunt ab iis, quibus Liturgiae 1519 impressae sunt. Exemplar habet Dn. Kopitar.

Anno 1538. 19. Januarii iisdem typis (quos ad patriam perferre volebat Boжidar), cum figuris ligno incisis in fol. Venetiis (оу бнецїех) prodiit liber Minej, qui hic et сьборник appellatur. Editionem curavit hierodiaconus Moyses e monasterio Deчan in Macedonia prope Magnos Montes, oriundus de Budiml prope monasterium Шudikov. Exemplar habet Dn. Kopitar.

Post obitum Boжidari, cujus corpus ad patriam 1540 devectum et sepulturae traditum fuit, filius ejus Vincentius eodem zelo animatus continuat laudabilia patris coepta Venetiis.

Anno 1547 in 8. edidit libellum precatorium pulcherrimis parergis ornatum, cujus exemplar et Sopikovius vidit et, sub titulo молитвослов in bibliographia russica, impressum in Serbia asseruit. Exemplar Bibl. Caes. integerrimum fol. ult. signat PP seu л҃и docet, libellum sacrarum precum (свети писание) 1. Junii 1547 finitum esse Venetiis per Vincentium Boжidari

Vu-

Vukovikь filium, cujus insigne et in ultima pagina conspicitur. Secundam editionem, paucis quibusdam initio solum mutatis, et demtis parergis curavit idem anno 1560. In Oratione dominica (Signat. Cu) legitur насоущьвны҃, at in Psalterio, quod sequitur, насоущины҃. Exemplar in Bibl. Caesarea.

Anno 1561 edidit Psalterium in 4. cum adnexis Tropariis, Menologio (мѣсецословїе), initio magni Jejunii, Horologio secundum ritum S. Sabae Hierosolymitani. Fol. tertio insigne Vincentii conspicitur. In epistola fol. 4., vulgari dialecto concepta, quam Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Sacerdotibus, Monachis et reliquis Religiosis, similiter et piis rectoribus et regibus Macedoniae, Serbiae (шербїе), Bosnae et Sirmii, et reliquis principibus christianis magnis et parvis, et hujus linguae literatis inscripsit, se ipsum nominat виценцо де господинь божидара вȣковикь ѡтстарца. In hujus fine petit, ut ei e Serbia mittantur libri antiqui manuscripti, quos ille imprimere velit. Num per verba старе книге писане ѿ срьбске земле chronica Serbiae intelligat, nolim definire. Suspicor autem Psalterium hoc esse editionem repetitam antiquioris, sicuti Euchologium Vincentii curis impressum, de quo supra. Anno 1638 Psalterium a Vincentio editum cum adnexis omnibus iterum in 4. Venetiis excudit Bartholomaeus (барто) Ginammi typis antiquis, quos Marcus Ginammi Venetiis reperisse

ŕisse dicitur. Sunt autem typi hi (кипари) iidem, qui primi Euchologii. Utriusque psalterii exemplar est in Bibl. Caes. Reimpressi, apud me unum, apud Dn. Kopitar alterum foll. 274, in Bibliotheca S. Marci Venetiis quartum, folio uno, in quo Alphabetum, auctius, a Paulo Solarich descriptum in Pominak p. 26 — 30. Operam suam huic editioni impendit Hieronymus (ієролим) Zagurovikь Patricius (властелин) de Cataro.

Habeo prae oculis Psalterii folium ad Dn. Kopitar spectans, cujus typi rudiores sunt, quam Vincentiani, Signaturae д҃іи paginam primam 25 lineae occupant. Linea 10 incipit Canticum Isaiae cap. 26, 9—21. Textum et Orthographiam non differre a textu aliarum editionum Serbicarum collatio docet. Legit enim v. 9. ѿ нощи оутрьнюєть доух мои ктебѣ бж҃е, занє свѣть повѣленїа твоꙗ поземли. правдѣ наоучитесе живоущеи наземли. 10. прѣста бо нечьстивы etc. Vincent. melius повелѣниꙗ. Ostrog. et correcta на земли. Vincent. male наоучитсе in 3. sing. pro 2. plurali. Ostrog. помолче, at corr. преста πέπαυται. Vellem nunc definiri, utrum folium hoc sit e Psalterio Serbico anni 1545, cujus meminit Sopikov p. XCIII, an ex alia hucusque ignota editione.

Anno 1561 Venetiis in fol. typis Vincentii Vukovikь prodiit T r i o d i o n, apud Sopikov трипѣснец, male 1562. Exemplar in Bibl. Caesarea. Primo folio comparent а҃фч щпана оу мнетке, posito ч pro ѯ seu 60,

60, et щпана pro штампана. In fine vero аф҃ѯа генуара ѕ, i. e. 1561 Januarii 6. Operam editioni corrigendae impendit Stephanus ab urbe Skodra (ѿ града скадра) qui spem fecit, partis secundae propediem edendae. Post triodion quadragesimale secutura fuit illa pars, quam тріодь цвѣтнаꙗ seu пентикостарь appellant. Utrumque, et Triodion et Pentecostarion Mosquae 1759. fol. cum multis aliis libris ecclesiasticis, Menaeis, Prologis, Menologio, Liturgiariis, Hirmologio, Octoecho, Paterico, Rituali, Vitis SS., Commentariis et Homiliis Patrum, Bibliis Ostrogiensibus 1581, Evangeliis Leopoli 1736 fol. Concordantiis in Psalmos, Evangelia et Acta, et Epistolas, anno 1787 Leopoli huc transmissis, servat Bibliotheca Caesarea.

Anno 1571. 12. libellus Calendarium, Officia B. Mariae, S. Crucis, S. Spiritus, Mortuorum, septem Psalmos poenitentiales, Litanias omnium SS. et alias preces continens, Venetiis impressus fuit literis Serbicis seu Bosnicis, quales Postellus 1538 in linguarum XII. characteribus differentium Alphabeto primus exhibuit, nosque Tabula IV. linea septima ex aliis opusculis editis sistimus. Post а figura prima est в, sequentes tres sunt в; post н sequuntur duo д, deinde ж, Serbicum тьерв, postea ц, (cum quo et figura octava lineae sextae conferenda est), ultimo loco duo ч. Libellus hic longe rarissimus Bibliothecae Caesareae post Calendarium SS. in ecclesia Latina cultorum in fo-

folio singulari figuras Alphabeti repraesentat, post has Ave Maria (здрава марию милости пꙋна) et Pater noster: ѡче нашь. кои кси на небксиех. — и ꙋклони нась ѡдь зла. Ямень. At mox fol. 3 alia formula quam ob vocem лꙋкаваго, πονήρυ, Graeco-Slavicam dixerim, recitatur, in qua illud prorsus singulare, quod pro насꙋщныи hic насити нась legatur: хлебь нашь насити нась дажь намь данась. In fine libelli bibliopolarum nomina, locus et annus impressionis notantur: щанпано ꙋ бьнецнех. накобь. дк бaромь. и аброжо. корсо. кꙋмь пано. алаcена. дкла. скала. ꙋ ч. ф. о а. Insigni scalae etiam titulus ornatus est, sub quo M. D. LXXI. Alios libros asceticos Venetiis ejusmodi literis impressos a Paulo Solarich aliisque recensitos studio praetermitto, cum solum initia typographiarum nobis hic exponenda sint.

In Ugrovlachia loco incognito anno 1512 in 4, prodiere quatuor Evangelia, quorum exemplar ante annos 30 Mosquae in Typographeo synodali inspexi. Clausulam finalem integram Sopikov pag. L. descripsit. Editionem curavit jussu Johannis Basaraba magni Voevodae hieromonachus Macarius.

Anno 1517 — 1519 in 4. Pragae in urbe majore veteri Franciscus Skorina de Poloyk, Medicinae Doctor, varias partes Veteris Testamenti a se in Russicam linguam translatas edidit. Harum indicem habes apud Sopikovium. Nominabo hic eas, quae in indice lau-

laudato desiderantur, seu de quibus nondum constat, utrum impressae aut ab auctore translatae fuerint. Sunt autem hae: Libri Paralipomenon, Esdrae, Prophetarum (exceptis Threnis et Daniele, quorum exemplaria cognita sunt), et Macchabaeorum. Psalterium Slavicum, quibusdam vocibus hinc inde mutatis, post aliquot annos in 8. cum aliis libellis, qui Canones et Acathistos continent, ejus curis editum est, et quidem, ut videtur, Vilnae. Ibidem enim, in domo J a c o b i B a b i ч а senioris Magistri civium urbis Vilnae, an. 1525 Apostolum in 8. excudit. Ex eo specimina leguntur in Sopikovii Bibliographia p. 10—17.

Antequam in Russia vel unus liber ederetur, Evangelia pro usu Ecclesiarum Serbicarum jam bis edita fuere per hieromonachum M a r d a r i u m e monasterio Мрькшина црква prope Nigrum Montem. Prima vice an. 7060 (i. e. 1552) 4. Augusti, Belgradi (оу бѣлградꙋ) in fol. Pro hac editione, cujus exemplar Consil. Reg. Sabbas Tököly servat Aradini, alterum in monasterio annunciationis sub monte Kablar in sinistra ripa Moravae in Serbia vidit Vukius, typos formavit R a d i ш a D m i t r o v i k ь, et post eum sumtus suppeditavit T r o j a n u s (трьꙗн) G u n d u l i k ь ex urbe Ragusa. Altera vice in fol. an. 7070 (i. e. 1562) 24. Junii, ad aedem Ascensionis in мркшина црква ad pedem Nigri Montis. Pro hac editione, cujus exemplar est in Bibl. Caesarea, Mardarius ipse, patria de flu-

vio

vio Drina, typos magno labore e ferro et cupro se confecisse (роукодѣлисах) testatur. Textum secundae non differre a prima ex collatione зā б̃ (quae Matthaei 1, 18. incipit et Cap. 2, 12. desinit) concludere licet. Lectiones ejus in Grammatica laudavi saepius. Luc. 7, 10. legit cum Cod. Kop. вьдомь quod Ostr. et corr. male omittunt. Ibidem initio v. 41. iterum cum Cod. Kop. conspirat, non addendo и рече aut іс̃ же рече, quorum primum Ostrog. legit, alterum correcta. Differt tamen etiam ab hoc codice. Hic enim Luc. 11, 25. legit оупражнен, пометен и оукрашен, *σχολάζοντα, σεσαρωμένον, και κεκοσμημένον*, Mard. sine пометен. Editi habent quidem пометен, sed omisso оупражнен. Luc. 6, 20, Mard. cum Ostrog. post нищїи non habet дх̃ом, *τῷ πνεύματι*, quod Ms. Kop. cum aliis editis addit.

Versionum Antonii Dalmatae et Stephani Consulis, Augustanae Confessioni addictorum, literis cyrillicis et glagoliticis ab an. 1561 — 1564 Tubingae (aut Urachii) impressarum, licet illyrica (croaticam illi appellabant) lingua vulgari factae sint, hic iterum meminisse oportet. Quae de iis in Appendice Vol. I. Sopikovius congessit, non carent erroribus. Novum Testamentum, quod N. 1714 nominavit, non est Croaticum, nec literis cyrillicis 1554 impressum, sed Primi Truberi Versio Carniolica Matthaei, et editio N. 1715 adducta est Novi Test. prima pars 1557 lit. latinis edita. Recte quidem N. 1717 dicitur, N. Test. Tubingae 1563

in

in 4. literis cyrillicis prodiisse, at male N. 1718, 1719, 1720, novas ejusdem editiones an. 1565, 1577, 1581 factas fuisse. N. 1721 recte habet Croaticum N. Test. Tubingae in 4. glagol. Falsum vero illud, quod addit: sine notatione anni. Nam prima Pars praefert annum 1562, secunda 1563. Annos hos ipse jam N. 705 recte consignaverat, sed ficto et monstroso loci nomine: трагѹріа въ брандебѹргіи. Falli eos, qui post mortem Johannis Ungnadii, cujus sumtibus typographia Tubingensis erecta fuit, typos glagoliticos Tubinga in Austriam, et inde Romam translatos suspicati sunt, alibi ostendimus. Vide Glagolitica mea.

Non ausim praeterire, typis cyrillicis Nesvizii in Lituania 1562, 4. Catechesim russica lingua (dialecto alborussica) fuisse editam, quam triumviri novae doctrinae propagatores Matth. Kaweczinski, Simon Budny, et Laurentius Kriszkowski Principibus Radziviliis dedicarunt. Exemplar seculo XVI a Jesuita Vilna allatum servatur in Bibl. regia Pragae.

In Russia coepta quidem 1553 consilia instruendae typographiae, sed primus omnium librorum Mosquae impressorum Apostolus prodiit demum anno 1564 in fol. Exemplar tractavi manibus in typographeo synodali. Ridiculum est, quod titulo libri Sopikov Nr. 73 apposuerit verba: перевод etc. i. e. Apostolum e graeca versione LXXII. interpretum translatum fuisse. Operarum Magistri erant Johannes Fedorow (ѳедоров) Dia-

co-

conus, et Petrus Timofejew (тимоѳеев) Mstislaveц. Uterque eorum, cum male audirent, nec optime haberentur, patriam deseruit. Prior Leopoli impressit Apostolum 1573 in fol. Ejus nomen sub Insigni urbis Leopolis folio ultimo subscriptum legitur: иванъ ѳедоровичь дрꙋкарь московскїй. De fatis ejus vide plura apud Sopikovium p. LX. seqq. Alter subscriptus legitur in editione Evangeliorum, quae Vilnae 1575 in fol. impressit. Exemplar exstat in Bibliotheca Comitum de Nostitz Pragae; quo et Durichius et ego saepe usi sumus. Tredecim annis ab editione Apostoli elapsis, impressum fuit Mosquae Psalterium 1577 in 4. Post plurium annorum decursum prodiere A. 1590-1592 duo Triodia (постнаа и цвѣтнаа) in fol. Editionem curavit Typographus Andronicus Timothei filius (тимоѳеев), невѣжа dictus. Anno 1594 Octoechus in fol. A. 1597 iterum Apostolus in fol. A. 1600 Menaeum commune (минеа общаа). A. 1602 Liturgiarium (слꙋжебник) in 4. A. 1606 Tetraevangelion elegantissimis typis, cujus exemplar servat Bibliotheca Caesarea. Typographo nomen fuit онисїм михаилов радошевскый e Volynia oriundus (волынец). In subscriptione mendum est in annis Christi а҃ х҃ дı҃ i. e. 1614. Nam annis Mundi ҂з҃р҃дı. i. e. 7114, et primo anno regiminis magni Ducis Basilii Ivanoviч respondet A. Chr. 1606, non 1614. Hanc editionem Evangeliorum dialecti veteris ecclesiasticae

 prae-

praecesserunt sex aliae, prima sine anno, secunda 1512 in Ugrovlachia, tertia Belgradensis 1552, quarta 1562, quinta Vilnensis 1575, sexta Vilnensis 1600 sumtibus et typis Lucae Mamoniч, ut adeo Mosquensis an. 1606 ordine septima sit. Reliquos post annum 1606 Mosquae impressos libros slavicos vide sis in Sopikovii Bibliographia Russica.

Idem ille Johannes Theodori filius, Mosqua oriundus, qui Mosquae 1564, et Leopoli 1573 Apostolum impresserat, Ostrogium, Volyniae urbem, aut sponte aut a Constantino Duce Ostrogiensi vocatus venit, ubi jussu religiosi Ducis Novum Testamentum cum Psalterio A. 1580 in 8., mox etiam integra Biblia in fol. excudit. Bibliorum titulus annum 1581 exhibet, at clausula fol. ultimo docet, ea jam an. 1580, 12. Julii fuisse absoluta per Ivanum Theodori filium Moscovitam (иваном ѳеодоровым с҃ном москвитином). Huic infra subjunctum conspicitur signum typographi, in quo I et ѳ nomen illius indicant. In Spenceri Catalogo et titulum et typographi signum ligno incisa spectabis. Habent autem quaedam exemplaria aliud folium ultimum (in exemplari integerrimo, quod est apud RR. PP. Benedictinos Scotos adest utrumque), in quo oratiuncula eucharistica graeca et Slavonica typographi signo praemittitur, et post signum typographi in clausula annus 1581, et dies 12. Augusti nominantur. Verbis напечаташа мною многогрѣшным Іоанном ѳеодоровым

сы-

сыном змосквы respondent in formula graeca haec: *τετύπωνται ὑπ' ἐμοῦ ἁμαρταλωτάτε Ἰωάννου, τε Θεοδώρε υἱοῦ ἐκ τῆς μεγάλης ρωσίας.*

Titulum libri rubrum: библїа сирѣчь книгы ветхаго и новаго завѣта по ıазыкѹ словенскѹ latine sic reddideris: Biblia i. e. libri veteris et novi Testamenti lingua slovenica. Post orationem eucharisticam Ducis pientissimi graecis et slavonicis verbis conceptam, consilium operis ipse Dux exponit. Gratulatur sibi, se a Magno Duce Russiae J o h a n n e B a s i l i e v i ч assiduis precibus per Michaelem Garaburdam scribam magni Ducatus Lituaniae exemplar Bibliorum integrum obtinuisse, cum antea frustra ejusmodi exemplaria, quae omnes Vet. Test. libros complecterentur, in Serbicis et Bulgaricis monasteriis quaeri curasset. Credidit ille in transmisso exemplari (aut illius apographo) veterem versionem Slavicam, quae e Septuaginta Interpretum graeco textu ante annos 500, et quod excurrit, tempore Vladimiri primi Ducis christiani facta sit, contentam fuisse. (Confer Gramm. p. 701). Excipiendi certe erant libri Tobiae, Judith et tertius Esdrae, quos non e Graeco, sed e Vulgata translatos facta collatione mox advertere potuissent ii, qui editionem curarunt. Libri tertii Macchabaeorum versio, cum in exemplari transmisso reperta non fuisset, recens editioni accessit. Ad finem enim libri tertii haec nota legitur: сїа третїа книги маккавеискїа въпрочїих библїах не обрѣта-

 ют-

ютсѧ ниже всамои тои словенскои, и ни влатинскихъ ани влатскихъ точїю вгреческои и вческои, но̃ и мы ихъ неоставихомъ i. e. hic liber tertius Macchabaeorum in reliquis Bibliis non invenitur, neque in ipsis illis *Slovenicis*, nec in latinis, nec in Polonicis, tantummodo in Graecis et Bohemicis; verum et nos eum non omisimus. Male Kohlius et qui eum secuti sunt, voce лaтских (alias лaцких) *Letica* biblia, quae nondum exstabant, hic indicari putarunt.

Tempore Vladimiri ad Russos delatam Versionem Slavicam Evangeliorum, Apostoli, Psalmorum et librorum liturgicorum non dubito, at libros Veteris Testamenti omnes aut aliquos praeter Psalterium translatos exstitisse vix credi potest. Seculo XII. Proverbiorum versionem jam Nestori, qui librum frequentius citat, ad manus fuisse, et ex usu ecclesiae paroemias legendi, colligi possit. Sapientiae liber, Ecclesiasticus, Prophetae et Job sec. XIII. et XIV. in Serbia, Pentateuchus aliique sec. XV. in Russia aut Polonia translati videntur. In unum vero corpus circa finem sec. XV. (non tamen ante editionem Bohemicorum Bibliorum Pragensem 1488 aut Kutebergensem 1489) collectos et secundum exemplar Bohemicorum Bibliorum dispositos fuisse existimo. Hac occasione plerique Vet. Test. libri, antea e Graeco translati, secundum Vulgatam recogniti fuere. Cujus rei indicia cum ubique obvia sint, miror id non advertisse editores Ostrogienses. De conferendo textu Sla-

vo-

vonico et ex graecis fontibus emendando ne cogitatum quidem fuerit, cum illi exemplari transmisso nimium confidentes nihil immutandum censerent. Non miraberis itaque tot manifestos librariorum errores in Ostrogiensi editione inveniri. Sunt et alia ejus vitia, textus nimirum multis in locis corruptissimus, interpunctiones confusae saepius, praeter Polonismos et Russismos in libris, qui a Russis serius translati sunt. In editione Mosquensi 1663, in qua textus Ostrogiensis recusus fuit, non nisi pauci, iique leviores errores sublati sunt. Longe plures et graviores mansere incorrecti, qui tamen vel obiter inspecto textu graeco facile emendari potuissent.

Quis enim non advertat, Jobi 41, 19 pro лѹк метен legendum fuisse лѹк мѣдан, cum Graecus *τόξον χάλκεον* habeat? Restitui etiam facile potuissent Job. 9, 9. post твораи власожельца и проходню, *ὁ ποιῶν πλειάδα καὶ ἕσπερον*, vocabula male divisa et pessime in Ostrog. expressa: нарек тѹ, раи южь наложа. A primo interprete certe scriptum fuit и арктѹра и южьна ложа, convenienter graeco textui: *καὶ Ἀρκτοῦρον, καὶ ταμεῖα νότου.* Editores autem Mosquenses non restituto textu veteri, maluerunt in margine notare: греч҃е плїадѹ и еспера и арктѹра и сокровища южнаа. In Orthographia emendanda, flexionibus vocum immutandis faciliores fuere editores Mosquenses, licet eis injunctum fuerit, ut textum Ostro-

gi-

giensem immutatum (неизмѣнно) exprimerent. In Psalmis, (quibus et Athanasii epistola ad Marcellinum de interpretatione Psalmorum praefixa est, quae in Ostrogiensi abest), vocabula alia in Mosquensi legi, p. 187 monui. In his enim excudendis non Ostrogiense, sed aliud exemplar secuti sunt. Addam de exemplaribus Ostrogiensis editionis observationem Dn. Kopitarii, nimirum folium сѻѕ (276) fuisse reimpressum, cum Jobi Cap. XLI. linea ultima exemplar Bibliothecae Caesareae legat сᲅдца sine sequenti мо, quod in exemplari RR. PP. Scotorum lineam claudit. Praefatio de utilitate lectionis S. Scripturae, et disticha slavonica, quibus editio haec et laudes Ducis Constantini celebrantur, auctorem habent Gerasimum Danilovич. Gravissime halucinatus est Jacobus Suша, qui in libro »Saulus et Paulus Ruthenae unionis — sive Meletius Smotriscius Archiepiscopus Hierapolitanus« inscripto et Romae 1666 edito, hunc Gerasimum, Danilovич (Smotriski), patrem Meletii, olim Vice-capitaneum castri Camenecensis, deinde rectorem academiae Ostrogiensis, auctorem versionis Slavonicae Ostrogii editae asseruit. Cum enim eum Graecarum Latinarumque literarum, nec non Slavonicae linguae gnarum fuisse dixisset, addit: »cujus rei argumento sunt perutiles toti Russiae ejus lucubrationes, Biblia scilicet e Graeco et Latino sermone in Slavonicum versa et Ostrogiae ducis memorandi impensis edi-

edita; quorum etiam exemplar Eminentissimus Cardinalis Franciscus Barberinus suae recens adscribi locupletissimae curavit Bibliothecae«. Si Jac. Suша Praefationem Gerasimi inspexisset, potuisset laudare ejus modestiam, qua tenuitatem ingenii sui excusat. Ait enim sibi, qui scholas nunquam vidisset, (ибо оучилища николиже видѣх), injunctum fuisse ab ipso Duce, ut hanc Praefationem scriberet. Equidem vix ei tantam linguae graecae peritiam tribuendam censeo, ut vel libri tertii Macchabaeorum versio ab eo profecta credi possit. Inter libros supra memoratos, qui Leopoli ad Bibliothecam Caesaream missi sunt, est rarissimum opusculum foll. 10, ab eodem Gerasimo Smotrickio Ostrogii A. 1587 in 4. editum: Календаръ римски новы. Sub finem: написано ѹ Академии Острозьской etc. йікцир-томє чиволинад мисареГ. Additur: qui arabica legerit, eum facile haec intelligere posse. Alios Ostrogii impressos libros enumerat Sopikovius. Librum Basilii de Jejunio, quem ille N. 193 recenset, 1594 in fol. 14. Martii ex Ostrogiensi typographia (з дрѹкарнѣ острозєкоє) servant Bibliothecae Caesarea et Ossoliniana.

Emendatior quoad libros Vet. Test. editio prodiit tandem 1751 fol. Petropoli (Mosquae), in cujus Praefatione correctionis negotium latius exponitur. Textum hujus editionis repetunt aliae omnes, quarum pleniorem indicem dedit Sopikovius. N. 113 habet Mosquensem 1756, et N. 114 Petropolitanam ejusdem anni in

fol.,

fol., quae fortasse non nisi nomine loci differunt. N. 116 Petropolitanam 1759, fol. Rectene? cum postea N. 117 Kieviensis 1758 sequatur. Post hanc N. 118 Mosquensem 1759 in 8. Voll. 4. (apud me Voll. 3). Sequuntur Mosqu. 1762, et alia 1763 in fol. (Apud me in Slovanka 1766), Kieviensis 1779 in fol. Mosqu. 1778 in 8. Voll. 5; Mosquensis (octava) 1784. fol. Kiev. 1788 in 8. Voll. 5. (Mosqu. 1790, in fol. deest apud Sop.) Mosqu. (decima) 1797 fol. Poчaev. Part. 5, 1798 in fol. Mosqu. (undecima) 1802 fol. (Budensis Voll. 5. 1804. in 8., secundum Kiev. 1788 impressa, deest apud Sopikov). Mosqu. Voll. 4. 1806 in 8. maj. Mosqu. (duodecima) 1810 fol. Addamus primam stereotypis 1816 in 8. a Societate biblica editam, quae 1820 jam undecima vice recusa fuit.

§. 6. Superest, ut Grammaticas Slavonicas dialecti literalis saltem nominemus. Earum aliquas recensuit Leon. Frisch. Pleniorem earum indicem dedit Franc. Alterus, quem inscripsit *Literatur der Slavischen Grammatiken*, et Miscellaneis philologico-criticis (Vindob. 1799) N. VIII. inseruit, sed etiam in eo quaedam supplenda sunt. Alium in Sopikovii Bibliographia Russica invenies, qui et aliarum dialectorum, uti Carniolicae, Illyricae hodiernae, Slavo-Bohemicae, Grammaticas sub generali nomine Slavonicarum complectitur, quin hae satis distinguantur a Grammaticis veteris slavonicae linguae. Nostrum igitur erit, eas

so-

solum accuratius, supplendo simul alibi omissas, consignare, quae proprie sensu strictiori Slavicae dici possunt. In harum censum venire non potest Grammatica graeca slavonice translata a studiosis scholae graeci ritus, atque Leopoli 1591 in 8. »in usum inclytae nationis Russicae« edita titulo: ΑΔΕΛΦΟΤΗΣ. грамматика доброглаголиваго еллинословенскаго ꙗзыка. (Apud Alterum N. VI.) Recte Fort. Durich in adversariis suis adnotavit: in rem Grammaticam Slavorum omnia ferme vocabula technica ex etymologia graeca transisse nemo negaturus est, quicunque hanc Grammaticam legerit. συλλαβὴ enim in ea vocatur слог, ὄνομα имѧ, ἀντωνυμία мѣстоимѧ, ῥῆμα глагол, μετοχὴ причастїе, πρόθεσις предлог, ἐπίρρημα наречїе (apud Maximovium надглаголїе), σύνδεσμος съоуз. Articulus vero, ἄρθρον, est различїе.

Primus omnium Grammaticam linguae slavicae ecclesiasticae composuit Laurentius Zizania, Vilnae 1596 in 8. in typographia Fraternitatis impressam, quam inscripsit: граммаτіка словенска (male apud Sopikovium славенска) съвершенаго искѹства осми частеи слова и иных нѹждных. новѡ съставленна а. в. Fusius eam, ob raritatem, describit episcopus Eugenius in lexieo historico Scriptorum status ecclesiastici, notatque, in ea casum Narrativum seu Praepositionalem in declinationum paradigmatibus desiderari, totamque 59 foliis absolvi. Ejusdem Zizaniae alphabeta-

rius libellus словенскаа азбука dictus, Vilnae 1596 editus, continet 34 foliis Lexicon seu collectionem vocum slovenicarum russica vulgari dialecto expositarum.

Libelli in 12. nomine Grammaticae ab Altero N. I. e Bibliotheca Bodlejana adducti, titulus Slavicus est: грамматіка. албо сложеніе писмена, хотащимъса оучити Словеньскаго азыка. младолѣтным отрочатом. в вилнѣ. року. а҃. х҃. нг҃. Apparet autem vel e titulo, eum pueris discentibus destinatum atque adeo nihil aliud esse, quam unum ex innumeris alphabetariis букварь dictis, quorum complures Sopikovius consignavit.

Plenius linguae Slavonicae regulas exposuit Meletius Smotriski, (monachus coenobii Vilnensis descensionis S. Spiritus, cujus vitam latius Jac. Suша, concinnius nuper Eugenius enarravit), edito Anno 1619 (1618) in 8. Jevii (prope Vilnam) libro, cui titulum fecit: грамматіки славенскиа правилное Сунтагма, потщаніем многогрѣшнагѡ мніха мелетіа смотрискагѡ etc. в евю. foll. 252. In Praefatione vernacula summopere commendat studium linguae literalis Slavonicae, cum sit ecclesiae graeco-russicae naturalis et connata (природный). Ejus praecepta ab omnibus semper aestimata fuere. Non poterant autem ex hac Grammatica, utpote quae ipsa lingua slavonica conscripta esset, praeter Russos et Serbos proficere alii. In Dalmatarum praeprimis usum et

com-

commodum eam latine convertit Matthaeus Sovich Cathedralis ecclesiae Auxerensis Archidiaconus, cui olim in collegio Urbani cathedra linguae Slavonicae a Benedicto XIV. decreta fuit. Adjecit ille Alphabetum Glagoliticum et praemisit longiorem praefationem, in qua codices cyrillicos et glagoliticos sibi notos et quosdam impressos literali ac etiam vulgari sermone scriptos libros enumerat. Exemplar operis, nobis benevole concessi, exstat Lublanae in Bibliotheca Baronis Zois, qui illud nescio utrum ex Autographo an ex Apographo describi fecit. Versioni latinae e regione respondet textus ipsius Smotriskii, slavonice, charactere cyrilliano.

Non diffitetur Sovichius, Grammaticam hanc »accuratioribus Bibliorum animadversionibus adhibitis« perfectiorem reddi posse ab aliis, promittitque in fine praefationis, se ad perficiendum Dictionarium quo fieri potest uberius progressurum. Obiit Sovichius 1774, post cujus mortem de edenda hac versione Grammaticae nemo erat sollicitus.

Repetitis autem vicibus Grammatica Meletii Slavonice scripta edita fuit; pro usu Russorum Mosquae 1721 et pro usu Serborum Rimnicii in Valachia 1755, paucis in ea mutatis et additis.

Anno 1638 edita fuit Cremenecii Grammatica (письменница) in 8., apud Alterum N. III. foll. 104.

Auctor Grammaticae Slavonicae in 4. Mosq. coeptae 1648, finitae 1651, Meletio quidem vix non omnia debet.

bet. Cum tamen quaedam omiserit, alia addiderit et mutaverit, nolim cum Sopikovio opus hoc singulare editionem Meletii tertiam aut secundam (cum Vilnensis A. 1629 vix exstet) appellare. Appositae in fine sunt tres appendices: 1) Discursus Maximi Graeci de utilitate Grammaticae. 2) Interpretatio slavonica Nominum Sanctorum. 3) Analysis duarum Orationum. Has et seorsim an. 1782 in 8. Mosquae impressas habeo. Male tribui ab aliquibus hanc Grammaticam Maximo Graeco recte monuit Sopikovius. Exemplari hujus Grammaticae, quod servat bibliotheca Upsalensis, passim versionem latinam margini adscripsit Sparfvenfeldius. Haec autem versio vix alia esse videtur, quam ea, ad quam perficiendam Sparfvenfeldius Mosquae an. 1686 hortatus est anonymum, qui Nissae MDCXC in 4. »Exemplar characteris Moscovitico-ruthenici duplicis Biblici et usualis« in quatuor, et Declinationum terminationes in quinque tabellis aeri incisis edidit. Is enim de studio linguae Slavonicae Mosquae continuato et de versione Grammaticae a se confecta loquens ait: »Quod meum studium cum approbasset nobilis Dominus Joannes Spahrenfeld Svecus, juvenis praeclarissimns et suae gentis spes maxima, plurimarum linguarum peritissimus, qui eo ipso tempore agebat Mosquae, eamque linguam didicit Rutheno pariter, porrexit mihi Grammaticam fusam sola lingua ruthenica editam, ut eam pro meo exercitio latinitate

do-

donarem. Qua ego perlecta utilius fore judicavi, si eam in compendiosiores terminos et clariorem methodum redigerem. Quod etiam auxiliante bono Deo brevi praestiti. Hortabantur et rogabant deinde omnes exteri, ut etiam pro eorum usu publici juris facerem, quod quidem libenter praestitisem, si alicubi typum Ruthenum cum Latino reperire potuissem. Occurrit nunc, ut saltem Alphabetum et quaedam eo pertinentia sculpi curarem, usibus illorum servitura, qui olim seu in Magna Russia, Circassia, Walachia, seu Servia, Sclavonia, Bulgaria, Bosnia pro re christiana sunt laboraturi, aut inter gentes illas versaturi, cum linguae hujus in plerisque illis regionibus, saltem in officiis ecclesiasticis, et libris sit usus. Has tabellas mihi proprias vendico; quas magno labore confeceram, etsi fundamentum aliquod ex dicta fusa Grammatica desumpserim, sed valde mendosum, confusum et pene usui nulli aptum«. Haec ille.

An et quibus rebus differat editio 1719 in 8. non possum dicere, cum eam cum priore conferre non licuerit.

Compendium ex illa pro usu scholarum confecit scholae Novogradensis discipulus, hypodiaconus Theodorus Maximov, idque Petropoli in monasterio Alexandri Nevensis 1723 in 8. imprimi fecit. Apud Alterum N. V. Constat Grammatica pag. 212. Praefatio 4 et Index alphabeticus 8 foliis.

He-

Hegumenus Eugenius brevi Lexico slavonico 1784 in 8. Petropoli edito praemisit Paradigmata Declinationum et Conjugationum Slavonicarum.

Manuductio ad Grammaticam Slavonicam (Рꙋководство къ славенстѣй грамматїцѣ), quam pro usu scholarum nationis Serbicae e pluribus aliis collegit Abrahamus Mrazoviч scholarum nationalium director, primum Vindobonae 1794, deinde appendice trium foliorum, quae numeri dualis flexiones exhibent, aucta, Budae 1811 in 8. prodiit.

Brevis Grammatica Slavonica (краткаѧ славанскаѧ грамматика) a Petro Vinogradov conscripta XIV. capitibus pagg. 112. absolvitur. Petropoli 1813. 8. Slavonicam tradit lingua vernacula.

Grammatia slavonica Ms. A. 1643 Joannis Vsevicii Bibliothecae Colbertinae N. 3876, e qua Bandurius in Animadvers. in Constantini Porphyr. librum de administr. Imp. Tom. II. tabulam desumsit, a Jo. Ugevicio (Ужевик) Sclavono sacrae theologiae studioso conscripta. Inspexit eam Parisiis D. Kopitar, et ex iis quae notavit, video auctorem fuisse Polonum, aut Russum e Polonia, qui polonica slavicis miscuit. *Cf. Martinov p. 36.* Aliam a Johanne Sohier linguarum Slavonicae, Russicae et Polonicae interprete, an. 1724 confectam, N. 462 Bibl. regiae, citant Benedictini in novo tractatu artis diplomaticae. Hanc illi quidem Russicam dixere, at Slavonicam esse non dubito. *Hoc non esse verum docet Martinov (Les manuscrits p. 34 et 35)* De

De ea, quam Caramanus in Alphabeto an. 1753 edito promiserat, non constat, utrum vel inchoata fuerit.

Jacobi Bloniцki hieromonachi Grammaticam, (Граммáтика новостараго и славнаго ѩзыка) jam ante an. 1761 in monte Atho conscriptam, servari apud SS. Synodum, et Lexicon Slaveno-graeco-latinum in Kieviensi laura, Eugenius testatur. Quis non miretur et doleat, horum neutrum in lucem edi! Miror etiam non prodiisse Grammaticam, cui decem annorum operam Venetiis impenderat Justinus Viшnevski, legationis russicae capellanus. Hanc typo paratam ante A. 1799 Vindobonae viderat Alterus, apud quem vide sis illius conspectum.

Hac, quam linguae slavicae cultoribus nunc offero, etiam exteris, qui linguae hujus cognoscendae desiderio tenerentur, consultum esse volui. Methodo autem nova tractandam censui, Declinationum et Conjugationum numerum augendo et aliter disponendo. Pars illa, quae vocum formas exponit, prorsus neglecta fuit ab aliis. Meletii vestigia premens in iis, quae ille recte statuit, in eo multa alia probare non potui, quae auctoritate veterum destituuntur. Optabam equidem opus magis elimatum prodere in publicum. Sed continuis amicorum editionem urgentium hortatibus ante tempus cedendum esse existimavi. Inter quos praeprimis nominandus mihi est e Vindobonensibus con-

conjunctissimus Kopitarius, bibliothecae palatinae custos, qui corrigendis diligenter plagulis, oblatis e lectissima sua bibliotheca ultro, qui mihi hic deerant, libris, exquirendis, inspiciendis et sedule conferendis quum manuscriptis tum impressis codicibus, quaedam etiam opportune monendo, operam meam multum adjuvit. Brevi ille, spero, Lexico Sloveno-graeco-latino, quod parat, feliciter absoluto, justiorem symbolam conferet ad accuratiorem penitioremque sincerae dialecti veteris scientiam.

Vindobonae 1821. 21. Decembris.

Con-

Conspectus Operis.

Grammaticae Slavicae

Pars II.

De vocum Flexione.

Gra-

Grammaticae Slavicae

Pars III.

De vocum constructione.

In-

Introductio
in
Institutiones linguae Slavicae.

Caput I.

De literarum Slavicarum figura, pronunciatione, valore numerico, divisione, affinitate.

§. I.

Soni linguae Slavicae omnes et singuli neque latinis, neque graecis characteribus exprimi possunt. Hinc ingeniosa inventione opus fuit ad constituendam alphabetum omnibus numeris absolutum. Auctor illius Constantinus Philosophus, alias Cyrillus dictus, Methodii Pannoniae et Moraviae Archiepiscopi frater, Slavis primum Bulgariae, deinde Moraviae daturus Evangelium aliosque libros liturgicos, hoc consilio usus est, ut graecos characteres fundamenti loco substerneret, sonorum a graecis alienorum signa ex aliarum nationum, Armenorum videlicet et Coptorum, alphabetis mutuaretur, reliquisque adaptaret, ac, missis nominibus literarum graecis seu phoeniciis, Slavicas appellationes substitueret, pro Alpha enunciando *Az*, pro Bita seu Vita *Vjedi*, interposito

tamen *Buki*, quod Latinorum B respondet. Eadem ratione literae Zjelo, quae Graecorum signo numerico ϛ respondet, praemisit sonum živjete; in reliquis jam non turbato alphabeti ordine usque ad ѿ progressus est, nisi quod literas, Graecis duntaxat proprias, ѯ, ѱ, ѳ, ѵ, ad finem plane rejecerit.

§. II. Figuras et nomina literarum slavice scripta in tabula prima aeri incisa conspicienda exhibuimus; valorem earum nunc exponemus.

Respondet autem

А	а	az,	Graeco А	Lat.	a
Б	б	buki,	. .		b
В	в	vjedi,	В		v
Г	г	glagol,	Г		g
Д	д	dobro,	Δ		d
Є	е, є	est (jest)	Ε		e
Ж	ж	živjete,	. .	Gall.	j
Ѕ	ѕ	zjelo,	ζ		z
З	з, ꙁ	zemlja,	ζ		z
И	и	iže,	Η	Lat.	i
Ї	ї	i,	Ι		i
К	к	kako,	Κ		k
Л	л	ljudi,	Λ		l
М	м	mysljete,	Μ		m
Н	н	naš,	Ν		n
О	о	on,	Ο		o
П	п	pokoj,	Π		p

Alphabetum Cyrillicum.

А	а	а́зъ.	Ѹ	оу ȣ	оу́къ.
Б	б	бȣки.	Ф	ф	фе́ртъ.
В	в	вѣ́ди.	Х	х	хѣ́ръ.
Г	г	глаго́ль.	Ѿ	ѿ	ѿтъ.
Д	д	добро̀.	Ц	ц	цы̀.
Є	є	є́сть.	Ч	ч	че́рвь.
Ж	ж	живѣ́те.	Ш	ш	ша̀.
Ѕ	ѕ	ѕѣлѡ̀.	Щ	щ	шча̀.
З	з ꙁ	земля̀.	Ъ	ъ	є́ръ.
И	и	и́же.	Ы	ы	є́ры̀.
І	ї	ї.	Ь	ь	є́рь.
К	к	ка́кѡ.	Ѣ	ѣ	ꙗ́ть.
Л	л	лю́ди.		є	є.
М	м	мыслѣ́те	Ю	ю	ю.
Н	н	на́шъ.	Ѡ	ѡ	ѡ̂. ѡ̂.
О	о о	о́нъ.	Ꙗ	ѧ	ꙗ. ꙗ.
П	п	поко́й.	Ѯ	ѯ	ксѝ.
Р	р	рцы̀.	Ѱ	ѱ	псѝ.
С	с с	сло́во.	Ѳ	ѳ	ѳита̀.
Т	т	тве́рдо.	Ѵ	ѵ	и́жица.

Р	р	rci,	Graeco ρ	Lat.	r
С	с	slovo,	σ		s
Т	т	tverdo,	τ		t
ОУ	оу		ου		
Ѹ	ѹ	uk,	ȣ		u
Ꙋ	ꙋ				
Ф	ф	fert,	Φ		f
Х	х	chjer,	Χ	Germ.	ch
Ѿ	ѿ	ot,	ωτ	Lat.	ot
Ц	ц	ci,	(τζ)	Ital. / Germ.	z / z
Ч	ч	červ',	. .	Ital.	ce
Ш	ш	ša,	. .	Gall. / Germ.	ch / sch
Щ	щ	šča,	. .	Germ.	schtsch
Ъ	ъ	jerr,	. .		. .
Ы	ы	jery,	. .	Pol.	y
Ь	ь	jer,	. .	Boh.	'
Ѣ	є	je,	. .	Lat.	je
	ѣ	jat',			
ЮУ	юу				
Ю	ю	jus,	. .		ju
	ѭ				
Ꙗ	ꙗ	ja	. .		ja
Ѧ	ѧ				
Ѯ	ѯ	ksi,	ξ		x
Ѱ	ѱ	psi,	ψ		ps
Ѳ	ѳ	thita	Θ		th
Ѵ	ѵ	ižica	υ		y
Ѵ	ѵ				

§. III. Valor harum literarum numericus prorsus idem est, qui apud Graecos:

а҃	в҃	г҃	д҃	є҃	ѕ҃	з҃	и҃	ѳ҃	і҃
1	2	3	4	5	6	7	8	9	10
а҃і	в҃і	г҃і	д҃і	є҃і	ѕ҃і	з҃і	и҃і	ѳ҃і	к҃
11	12	13	14	15	16	17	18	19	20
к҃а	л҃	м҃	н҃	ѯ҃	о҃	п҃	ч҃	р҃	
21	30	40	50	60	70	80	90	100	
с҃	т҃	у҃	ф҃	х҃	ѱ҃	ѿ҃	ц҃		
200	300	400	500	600	700	800	900		
҂а҃	҂в҃	҂г҃							
1000	2000	3000 etc.							

Olim et ѧ valebat 900.


Ut itaque annus a condito mundo ҂зтк҃ѳ sit 7329, a quo si 5508 demas, annum ҂аѿ҃ка i. e. 1821 obtinebis.

§. IV. Figurae harum literarum graecas seculi noni referunt, his eo similiores, quo antiquiores codices inspexeris. Serbicos ductus, quales Postellus anno 1538 exhibuit, et Theseus Ambrosius A. 1539 pluribus descripsit, quidam typographi Veneti, imprimentes libellos catholicos Bosnica lingua scriptos seculo XVII. imitati sunt. Paulisper etiam a forma Cyrillicorum characterum antiqua deflectunt ii, qui versionibus illyricis Antonii Dalmatae et Stephani Istriani Tubingae annis 1561, 1562, 1563 impressis adhibiti sunt. His plane similes sunt, quos tabula II. e Bohorizhii Grammatica desumtos ante oculos sistit.

Rus-

Alphabetum Cyrillicum


Majus.	Minus.	Curr.	Nom. valor	N°	Majus.	Minus.	Curr.	Nom. valor.	N°
А	а	а	as	1.	Ѕ			ϙοκόπυτα	90.
Б	б	б	boga		Р	р	р	rezi	100.
В	в	в	vidil	2.	С	с	с	slovo	200.
Г	г	г	glagole	3.	Т	т	т	terdo	300.
Д	д	д	dobro	4.	Ѹ	оу	ȣ	uk	400.
Є	є	є	esti	5.	Ф	ф	ф	fert	500.
Ж	ж	ж	shivite		Х	х	х	hir	600.
Ѕ	ѕ	ѕ	selo	6.	Ѱ	ѱ	ѱ	psi	
З	з	з	semla	7.	Ѿ	ѿ	ѿ	ot	700.
	и		ishe		Щ	щ	щ	shzha	800.
Н	н	н	i	8.	Ц	ч	ц	ci	900.
Ѳ	ѳ		thita	9.	Ч	ч	ч	zherv	1000.
І	і	і	jota	10.	Ш	ш	ш	sha	
К	к	к	kako	20.	Ь	ь	ь	jer	
Л	л	л	liudi	30.	Ѣ	ѣ	ѣ	jad	
М	м	м	mislite	40.	Ꙗ			ja	
N	N	N	nash	50.	Ѥ			je	
Ѯ			xi	60.	Ю			jo	
О	о	о	on	70.			ѫ	jus	
П	п	п	pokci	80.					



Alphabetum Glagoliticum, aliter Hieronymianum dictum.

Majus.	Minus.	Curr.	Nom. valor.	N°	Majus.	Minus.	Curr.	Nom. valor.	N°
Ⰰ	ⰰ	ⰰ	az	1.	Ⱁ	ⱁ	ⱁ	on	80.
Ⰱ	ⰱ	ⰱ	buki	2.	Ⱂ	ⱂ	ⱂ	pokoi	90.
Ⰲ	ⰲ	ⰲ	widil	3.	Ⱃ	ⱃ	ⱃ	rci	100.
Ⰳ	ⰳ	ⰳ	glagolje	4.	Ⱄ	ⱄ	ⱄ	slowo	200.
Ⰴ	ⰴ	ⰴ	dobro	5.	Ⱅ	ⱅ	ⱅ	twerdo	300.
Ⰵ	ⰵ	ⰵ	jest	6.	Ⱆ	ⱆ	ⱆ	uk	400.
Ⰶ	ⰶ	ⰶ	živite	7.	Ⱇ	ⱇ	ⱇ	fert	500.
Ⰷ	ⰷ	ⰷ	sjelo	8.	Ⱈ	ⱈ	ⱈ	chir	600.
Ⰸ	ⰸ	ⰸ	zemlja	9.	Ⱉ	ⱉ	ⱉ	ot	700.
Ⰹ	ⰹ	ⰹ	iže	10.	Ⱋ	ⱋ	ⱋ	szcza	800.
Ⰻ	ⰻ	ⰻ	i	20.	Ⱌ	ⱌ	ⱌ	ci	900.
Ⰼ	ⰼ	ⰼ	je	30.	Ⱍ	ⱍ	ⱍ	czerw	1000.
Ⰽ	ⰽ	ⰽ	kako	40.	Ⱎ	ⱎ	ⱎ	sza	
Ⰾ	ⰾ	ⰾ	ljudi	50.	Ⱏ	ⱏ	ⱏ	jer	
Ⰿ	ⰿ	ⰿ	mislite	60.	Ⱑ	ⱑ	ⱑ	jat	
Ⱀ	ⱀ	ⱀ	nasz	70.	Ⱔ	ⱔ	ⱔ	jus	

Compendia Literarum ex M. S. Hohenfurt.



Г *cyrill glagol.*

Russici, qui politici seu civiles vocantur, ex ecclesiasticis orti, pro vario artificum conatu alii aliis elegantiores sunt. His nunc et Serbi, adjectis formis quibusdam propriis, utuntur. (Vide Parallelismum alphabeti Serborum cum viciniorum popularium et aliis cultioris Europae alphabetis', quem Vukii Lexicon Serbico-Germanico-Latinum p. LXIX. conspiciendum praebet).

§. V. A Cyrillico autem alphabeto, quo a medio seculo nono omnes Slavi graeco ritui addicti usi sunt, figuris plane differt alphabetum Slavicum, quod Glagoliticum seu etiam Bukvitja appellatur. Voluit nimirum auctor ejus, incertus Dalmata, cyrillicum antiquum in compendium redigere, retentis quidem literarum nominibus, sed ductibus pro ingenio suo formatis, a priorum forma valde diversis, quos tabula III. exhibet. Hoc alphabetum clerici Dalmatiae, ut liturgiae suae Latino-Slavicae, recenter inventis literis conscriptae, auctoritatem conciliarent, mox a prima ejus inventione, initio nempe seculi XIII., S. Hieronymo, quem, utpote Stridone natum, Slavum Dalmatam fuisse sibi persuaserant, tanquam inventori tribuerunt; hinc vulgo Hieronymianum appellari solet. Notandum vero, literas glagoliticas a cyrillicis differre primum valore numerico. Buki enim valet 2, Vjedi 3, Glagol 4, Dobro 5, Jest 6, Živjete 7,

Zjelo

Zjelo 8, Zemlja 9, Iже 10, I 20, Je 30, Kako 40, Ljudi 50, Mysljetě 60, Naш 70, On 80, Pokoj 90, Rci 100, Slovo 200, Tverdo 300, Uk 400, Fert 500, χjer 600, Ot, quod figuram Psi refert, 700, шta 800, Ci 900, черv 1000. Differunt deinde etiam numero et ordine. Inter I et Kako, Je ad exprimendum latinum j insertum est; literae autem graecae ksi, psi, thita, et ижица, tanquam inutiles plane omissae sunt, cum auctor literas ks pro ξ, ps pro ψ, t pro ѳ, u et i pro ѵ scribere maluerit. Literam ф retinuit, cum ei latinum f respondeat. Nec enim nomina Felix, Fabianus, Fortunatus apte scribere potuisset, licet subinde φ graecum seu ph latinum in p mutet, scribendo Pilip pro Philippus. Unico o contentus, Ot rescidit, quod graeci ω figuram referret, quamvis nomen Ot retinuerit, illudque figurae ex ψ ortae tribuerit. Inter Jerr crassum et Jer tenue seu molle, codicum Cyrillicorum a Serbis scriptorum abusum secutus, nullum discrimen observavit, ita, ut nescias, utrum in voce *dьn* n pronunciandum sit, uti n solidum, an vero uti ń liquidum. Cyrillicum ѣ et ѥ figura una expressit, sequendo consuetudinem patriae suae, quia Dalmatae illo aevo Jazyk et jezyk promiscue pronunciasse videntur. є initio pro ѥ etiam in codicibus cyrillicis, recentioribus tamen, usurpatur. Hos imitatus Dalmata, Jest

gla-

glagoliticum initio vocum pro к, et post consonantes pro є puro adhibuit. Šča, cum in medio et fine apud Dalmatas ut illyricum ch, non ut щ sonet, literae Ci praeponendum censuit. Solent autem щ glagoliticum, dum hac litera sonum cyrillici щ exprimere volunt Dalmatae, tribus punctis notare, aut ei literam ш praefigere. His defectibus alphabeti glagolitici mederi volentes Raphael Levakovich et Matthaeus Caraman, librorum liturgicorum correctores, variis signis literas glagoliticas notarunt ad exprimendos sonos omnes, qui aptissime literis cyrillicis redduntur.

Hoc consilio opera Caramani Jadrensis Archiepiscopi Romae 1753 Bukvar Slavénskij literis tam cyrillicis quam glagoliticis editus est.

§. VI. Qui alphabetis e latino aut germanico formatis utuntur, uti Illyrii in Slavonia et Dalmatia, Croatae, Carnioli, Poloni, Bohemi, et Venedi Lusatiae, diversa ratione sonos Slavis proprios signant, eos nimirum, quos simplici litera exprimere non poterant. Cape exempla:

Cyrill.	Illyr.	Croat.	Carn.	Pol.	Boh.
з	z	z	s	z	z
ж	x	s	sh	ż	ż
с	s	sz	ſ	s	s
ш	sc	sh	ſh	sz	ſſ, ś
ц	c	cz	z	c	c
ч	cs	ch	zh	cz	č

Ve-

Venedi Lusatiae Bohemos secuti ž pro ж, aliqui etiam ʒ pro з retinuere, alii vero litera ſ pro з, ʒ vero pro ц, ß pro с, ſch pro ш, tž pro ч utuntur.

In exprimendo щ plerique multum variant. Poloni scribunt szcz, Croatae sch: щоука, lucius, Pol. szczuka, Croat. schuka. Illyrii vero щ pronunciant uti шт (sht, sct), hinc shtuka, sctuka, Serbice штука. Bohemi quoque щ in ſſt' mutant, quamvis Slovaci ſč seu ſſč adhuc servarint: Ohnisst'e, ohnissče. Apud Carniolos plerosque terminatio iſze (ише) viget pro iſzcze (ище). In Infinitivis in щи, et gerundivis in ѹщ, ащ, et in fine vocum мощ, нощ et similibus, Illyrii pro щ amant ch, Serbi ћ, cujus defectum alii per ть supplent; Poloni et Bohemi his in vocibus non nisi ц pro щ et pronunciant et scribunt.

Pro χ Poloni, Bohemi, Lusatae scribunt ch, cui Croatarum et Carniolorum h aequivalet. Illyrii quidem h scribunt pro χ: hud, hoditi, uho, muha, suh, pro χоуд, χодити, оуχо, мѹχа, сѹχ, sed pronunciant ut latinum h. Serbi vero sonum χ plane negligunt aut subinde in в mutant: уд, одити, уво, муа et мува, сув, lege: ud, oditi, uvo, mua, muva, suv. Bohemorum autem h respondet slavico г: hora, гора, mons. Si enim г hiante gutture efferatur, quod et Russorum ali-

qui

qui faciunt, facile in h transit. Pronunciant autem h pro г, praeter Bohemos, Slovaci omnes, immo et Lusatae superiores. Polonorum sibilantes ź, ś, ć, rhinesmusque in pronunciandis vocalibus ą, ę, slavicis literis nullatenus exprimi possunt. Literae rz respondet quidem slavicum рь, sed sono longe diverso. Amant autem Poloni et Bohemi stridens rz in omnibus vocibus, in quibus ь, aut vocales и, ѣ, ѧ, ю, cum р conjunguntur: крило, krzidlo, рѣка, rzeka.

§. VII. Etsi Cyrillus literam к ante в, et ж ante з inseruerit, ingenio usus suo, aut Latinos et Armenos hac in re imitatus, noluit tamen ordinem alphabeti graeci in aliis ita turbare, ut sibilantes literas slavicas locis suis cum с conjungeret. Rejecit enim ц, ч, ш, щ, et signa ъ, ь, uti et vocales affectas, ad finem post ѿ. Recta autem methodus eum omnino ordinem sibi vendicat, qui literarum cognationi et affinitati innitatur. Habita igitur ratione organorum, primam seriem constituent vocales purae, quas pulmonales liceat appellare. His mox palatinae seu vocales affectae subjiciendae sunt.

Secunda series consonas labiales, tertia linguales, quarta dentales, quinta sibilantes omnes, sexta demum gutturales in tabula hic apposita conspiciendas praebet:

Vocales.

I.	1.	а,	о,	оу.
			є,	ы.
			ї, и,	
	2.	ꙗ,	ѥ,	юу seu ю.
		ѧ,	ѣ,	ѩ.

Consonantes.

II.	в,	б,	п,	м.
III.	н,	л,	р.	
IV.	д,	т.		
V.	з,	ж.		
	с,	ш,	(щ)	
	ц,	ч.		
VI.	г,	х,	к.	

Literam ф, quam hic consulto exclusimus, quod non nisi peregrinis vocibus scribendis serviat, si quis seriei secundae inserere velit, locum inter в et б occupabit. Literas ѯ, ѱ, ѳ, ѵ, utpote sonis peregrinis, non slavicis, exprimendis aptas eodem jure hic exclusimus, quo in alphabeto cyrillico extra seriem ad finem rejectae, in glagolitico prorsus exclusae fuere.

§. VIII. Vocalis ї, natura sua liquidissima, aliis vocalibus ita praefixa ut cum eis coalescat in unam syllabam, aequivalet latino et germanico j, adeoque naturam consonantis induit. Hinc syllabae ꙗ,

ѥ,

ѥ, ю̂у seu ю, uti *ja*, *je*, *ju* pronunciandae, pro diphthongis haberi non possunt. In fine vero post vocales alias appositum и, quando cum vocali praecedenti uno oris motu conjunctim effertur, diphthongum proprie sic dictam constituit. Tales sunt:

аѝ, оѝ, оуѝ
еѝ, ѣѝ
ïѝ.

Et praefixo ï: ꙗѝ, ѥѝ, юѝ.

Quo in casu и superne notari solet sigla, quam colliquescentem (слитнаꙗ) appellant Grammatici.

Consona в, licet affinis vocali оу seu ѹ, post vocales quascunque in fine posita diphthongos non efficit. в enim in terminationibus ав, ов, оув, ев, ив pronunciandum est eo fere modo, uti solet ante vocalem efferri, id est leni flatu, qui ad f latinum fere magis accedat, quam ad vocalem оу.

(a) Male igitur Meletius Smotriski, princeps Grammaticorum slavicorum, et qui eum ducem secuti, inter Diphthongos non solum ꙗ, ѥ, ю quas inproprias nominarunt, immo et оу, ꙑ retulerunt. Hinc syllabas оуѝ, ꙑѝ Tripthongos, ꙋѝ plane Tetraphthongum appellarunt, quod hanc e quatuor vocalibus (юуѝ) constare censuerint, cum tamen ꙋ sit aequale graeco ȣ, latino u, russico у, cui junctum и Diphthongum ѹѝ seu уѝ constituit. Diphthongos аѵ, еѵ et ѵѝ non nisi in graecis vocibus reperias.

§. IX.

§. IX. Orthographiam quod attinet, plura observanda veniunt. Primum circa vocales:

1. ѧ solidum paucas admodum voces inchoat: ѧ sed, ѧкїе mox, ѧщє si, ѧкы sicut. Pro ѧз in dialectis aliis olim ꙗз in usu erat, unde hodiernum ꙗ rejecto nimirum з. Supplet quandoque ѧ vices vocalis liquidae ꙗ, ut in ѧмо pro ꙗмо quo. Post ж, ш, ч olim ѧ scribebatur, nunc fere ubique а: юноша juvenis pro юношѧ, час hora pro чѧс, отроча puer pro отрочѧ; immo et post ц: оц҃а, срдца, лица, pro оц҃ѧ, срдцѧ, лицѧ. Librarii Serbici male вса omnia, всак quilibet, pro всѧ, всѧк, item кăa quae, pro кꙗ seu кѧѧ scripsere.

(b) Signari solent non solum а, sed et reliquae Vocales omnes initio vocum (in antiquis codicibus etiam initio syllabarum) sigla quam тонкꙗ, id est ψιλή, appellant, quaeque Graecorum spiritui leni respondet: а̓, и̓, ꙗ̓ etc. In Bibliis stereotypo A. 1816 Petropoli impressis signum hocce editores Russi, Orthographiam dialecti suae secuti, penitus neglexerunt, quos utique, cum vocum nunc a se divisarum initia etiam sine signo facile dignosci possint, mihi quoque sequi licebit.

(c) Spiritum asperum (гоустаꙗ, id est δασεῖα) plane non norunt Slavi, nec in ipsis vocibus quas Graeci adspirant: ад seu а̓д infernus, ᾅδης. Recentiores tamen quidam, praeeunte Meletio Smotriski, saltem voces ab ѵ incipientes aspero notandas censuere: ѵ҅пакои etc.

2. ѡ et о non differunt sono, sed usu vario. ѡ scribitur a) in vocibus peregrinis: Іакѡв, Іѡсиф, in quibus Graeci ω usurpant. In nimbo ima-

imaginum Salvatoris о ѡн est graecum ὁ ὤν. b) in interjectione ѡ҆ Vocativo praefixa; in Praepositionibus ѡ, ѡв, ѿ, et vocibus cum his compositis. Reperias tamen окрест, одежда, обычай, окласть, облак, образ, in quibus praepositiones о et об secundum regulam ѡ exigerent. c) non raro initio vocum aliarum in codicibus, ut ѡгнь, ѡцет, ѡн; rectius tamen alias огнь, оцет, он. In antiquissimo Izbornik a. 1073 plane отъ pro ѿ legitur. d) in casibus pluralis numeri, quos, subtilius quam opus erat, distinguere volebant librarii: ex. gr. in genitivis вѡин militum, пророк, отрѡк, законник, дѡлжник, quae in nominativo singulari scribuntur per о: воин miles etc. In genitivo in ѡв: жидѡв Judaeorum, non alia certe ratione quam ut distinguatur a possessivo жидов. Sic сѡт, genitivum a сто centum, distinguunt a сот favus. In dativis in ѡм, ne terminatio eorum cum instrumentali singulari in ом confundi possit: законникѡм, оученикѡм. Бѡлша, мнѡга nominativi plurales, generis neutrius, ѡ amant, ob discrimen a feminino singulari болша, многа. Hoc modo nom. plur. глагѡли *verba*, ab imperativo глаголи *loquere* differt. e) in adverbiis ob discrimen adjectivorum in о desinentium: зѣлѡ valde, тамѡ ibi. f) denique in Genitivo singulari Pronominum et Adjectivorum, quem nimia cura ab Accusativo, ut eis videbatur,

se-

secernendum voluere: кгѡ ejus, свꙗтагѡ sancti. In formula оузрѣ кго отецъ кгѡ vidit eum pater ejus, primum кго Accusativi vices sustinet, secundum vero кгѡ officio suo defungitur.

3. оу initio vocum, ѹ vero in mediis et ultimis syllabis scribi solet: оукрѹх fragmentum. Compendii causa Russi pro оу usurpant ubique у, quod et in Bibliis Slavicis novissime impressis initio vocum prima vice tentatum est.

(d) In libris Serbicis fere omni in loco оу, et non nisi rarissime ѹ legitur. In variis codicibus manuscriptis, antiquissimis aeque ac recentioribus, post consonantes ѫ pro ѹ legitur: рѫка manus, вѣрѫ правѫ fidem rectam. Russorum Ik seu у olim non nisi pro ѵ scribebatur, praecipue in codicibus Serbicis; мурo unguentum, pro мѵро. In Russicis tamen codicibus etiam antiquis у subinde jam pro оу reperias: рука etc.

§. X. Ab *Est* seu е solido nulla vox slavica inchoatur. In manuscriptis antiquis et libris a Serbis editis initio vocum к pro е scribebatur; nunc compendii causa є initio vocum scribitur, sed pronunciatur ut je. Inde factum est, ut е, etiam sine praefixo ї, *Jest* nominaretur. е et є omnino non differunt nisi usu; є initia vocum occupat: є id, єи ei (feminae), ємѹ ei (viro), єда num, єще adhuc. Praecipiunt autem Grammatici etiam in medio vocum post consonas, sed non nisi tum scribendum є, cum casus pluralis numeri a similibus singu-

la-

laris numeri distinguere volunt. Differt hac ratione Genitivus pluralis отєц a Nominativo singulari отец, Dativus pluralis мъıтарєм ab Instrumentali singulari мъıтарем, et plurales вєси, двєри, сєстрьı, a Genitivo singulari веси, двери, сестрьı. Genitivus plur. овец *ovium* scribitur per е, quod ei nullus casus in singulari respondeat; plur. nom. знамєнїа autem per є, quod ei Genitivus singularis знаменїа similis sit.

е igitur alias semper post consonas et vocales in medio et fine locum habet: берꙋ accipio, мед mel, бꙋдете eritis. Est autem inter е et ѣ tanta affinitas ut post consonas varias е saepius vices liquidae ѣ suppleat: пре, пред, время, древо, quae librarii Russici amant, pro прѣ, прѣд, врѣме, дрѣво, quae Serbici codices constanter retinent.

§. XI. Vocalis ъı ab и seu ї ita differt, uti а solidum a liquida ѧ. Igitur ъı inter vocales solidas, ї vero inter liquidas referri debet.

(e) Constat autem ъı, uti in antiquissimis Codicibus scribitur pro hodierno ы, e crasso ъ (non e tenui ь) et ї. Neglecto paulatim jam inde a seculo XIII. discrimine inter ъ et ь, librarii Serbici ubique ь pro ъ scribere coepere. Hos imitatus auctor alphabeti glagolitici, excluso altero, unico *Jer* contentus fuit, nullius fere usus, nisi ad separanda ab invicem vocabula, quae olim conjunctim sine intermedio spatio scribebantur.

Notandum vero literam ъı, seu, ut nunc scribitur, ы, initio vocum nuspiam occurrere. Suppo-

ponit enim consonam solidam praeeuntem crassius enunciandam. Differunt autem ъι et и consonis junctae non solum figura, sed ipso significatu et pronunciatione. Crassius enim et durius sonant syllabae въι, въι, пъι, мъι, gracilius et mollius ви, ви, пи, ми, quarum discrimen facile observabis, si ore Polono aut Russico prolatas audieris. Simili modo differunt нъι, лъι, ρъι a ни, ли, ρи. Stridentem syllabae ρи sonum, Polonis, Bohemis atque Moravis communem, quem per rz exprimunt, alii Slavi prorsus ignorant; latum tamen r a tenuiori recte distinguunt Lusatae inferiores.

Ad discrimen hoc notandum interpres veteris testamenti Sorabici, Cotbusii 1796 impressi, Joh. Frid. Fritze, duplici figura literae r usus fuit.

Дъι, тъι, a ди, ти, vix alii melius quam Bohemi et enunciando et scribendo dy, ty, et di, ti, distinguunt. Immo et post sibilantes з et с discrimen inter ъι et и observandum est. Post ц vero et densiores sibilantes ж, ш, щ, ч, locum suum и sibi vendicat. Post г, χ, к vero non nisi ъι, uti pluribus seculis constanter observatum fuit, et ipsa analogia exigit, scribendum est, etsi nunc in libris slavicis, quos Russi ediderunt, more Polonorum post gutturales и scribatur. Clariora haec fient exposita literarum ъ et ь functione.

XII. 1. Characteres ъ et ь, quos quidam literas aphonas (безгласнаꙗ) dixere, Smotriskius conjunctim sonantes (припряжногласнаꙗ) rectius appellavit, quod temperando sono consonantium syllabam aut vocem finientium inserviant. Crassius enim et durius sonant literae, quibus ъ crassum (дебелое) affigi solet, tenuius autem et mollius, quibus ь tenue (тонкое) apponitur. Sic finales consonae vocum кровъ tectum et кровь cruor, вонъ foras et вонь in eum, ленъ linum et лѣнь piger, оуглъ angulus et оугль carbo, ꙗдъ venenum et ꙗдь esca, медъ mel et мѣдь aes, перстъ digitus et персть humus, частъ frequens et часть pars, atque aliarum plurium differunt.

2. Post literas г, х, к, nec tenue *Jer* (ь) nec и seu ї, locum habere potest, sed duntaxat crassum (ъ): снѣгъ nix, страхъ metus, прорекъ propheta. Hinc in accusativo plurali non и, sed ъі scribendum erit: снѣгъі, страхъі, пророкъі; minime vero, uti solet pro arbitrio librariorum polonizantium снѣги, страхи, пророки.

3. Densiores vero sibilantes ж, ш, ч, uti et щ, postulant in fine ь: стражь custos, нашь noster, плищь strepitus, козлищь haedus, мечь ensis, врачь medicus, плачь fletus, жрецъ sacrificulus, заꙗць lepus. Hinc post literas has ъі locum habere non potest.

(f) Contra analogiam certe in libris impressis scribuntur прорoцы in Nominativo pro прорoци, сердцы in locali pro сердци, теци in Imperativo pro теци, нищым in Dativo plurali pro нищим, чающым expectantibus pro чающим, et similia alia.

§. XIII. Quando vero post consonantes labiales, linguales, et dentales, et post sibilantes з et с, scribendum sit ь, ex usu et pronunciatione, ex analogia grammatica, formis nimirum vocum et flexionibus, dijudicari debet. Usus ex. gr. docet scribendum et pronunciandum червь vermis, голубь columba, седмь septem, осмь octo, маріамь, аминь, день dies, конь equus, огнь ignis, моль tinea, вопль clamor, царь rex, звѣрь fera, дождь pluvia, пать quinque, путь via, тать fur, зать gener, тесть socer, гость hospes, кназь princeps, весь omnis, сь hic, unde et днесь hodie. De aliis index radicum consulendus erit. Analogia, et quidem regula discernendorum generum, docet, omnia Feminina in consonam desinentia exigere ь: сѣнь umbra, соль sal, дебрь vallis, пядь spithama, плоть caro, радость gaudium, смерть mors.

§. XIV. Sunt tamen et Masculinorum derivatorum formae quaedam, uti ень, ель, арь, quae ь amant: камень lapis, спаситель salvator, мытарь publicanus; item Adjectivorum possessivorum, quae a Substantivis ope ь et ень formantur: верблюждь cameli, Фараонь Pharaonis, Сіонь Sionis,

nis, Іакѡвль Jacobi, орль aquilae, Господень Domini. Adde исполнь plenus, свободь liber, чѹждь alienus.

Cum Imperativi flexio и postulet, in apocopatis даждь da, виждь vide, ь retentum fuit, absorpti и indicium. Idem dicendum de persona tertia singularis et pluralis есть, имать, сѹть, et paucis aliis anomalis.

(g) Olim omnium verborum personae tertiae in т *Jer* molli, non ut hodie crasso notabantur: бѹдеть бѹдѹть. Participiorum autem passivorum terminatio in м signo ъ finitur: питаемъ, творимъ, non питаемь, творимь, uti Grammatici subtilius distinguere haec tempora volebant a persona prima pluralis. Post м vero in Locali et Instrumentali codices antiquissimi constanter ь affigunt: въ томь, въ нѣмь, тѣмь, тѣмьже, прѣдъ нимь, къімь словомь. Joann. 1, 7 recte olim legebatur: да вси вѣрѹ имѹтъ имь, ut omnes crederent *per eum*, non емѹ, uti librarii locum hunc foede corruperunt, male supponendo имь esse Dativum pluralem. Dativi certe pluralis in имъ et омъ constanter crasso ъ distinguebantur a casu singulari: имъ eis, облакомъ nubibus, оученикомъ discipulis.

§. XV. Rarius nunc post literam aut syllabam primam in medio vocum ь scribi solet. Praeter voces польза utilitas, et пользѹю, свѣдѣтельство testimonium, льстити seducere, vix alias in Bibliis recenter impressis reperias. In antiquis libris, praecipue manu exaratis, plura occurrunt, uti: тьма tenebrae, сѹдьба judicium, татьба furtum, соньмъ synagoga. His adde ex antiquissimo codice, in quo alias ъ et ь exactissime distingui so-

 lent,

lent, правьда justitia, славьнъій gloriosus, кдиньство unitas, ї҆дольскъій idolis proprius, горьскъій montanus, адьскъій infernalis, крашьно cibus, помощьник adjutor, et centena alia.

(h) In eodem codice non solum смерть, плоть, sed etiam съмьрть, плъть scriptum invenitur. Supplevit enim vocalem о non raro crasso ъ, е vero leni ь. Sic испълнь, кръвь, дълго russico more legendum est исполнь, кровь, долго; оцьтъ vero et мьртвьць uti оцет, мертвец. Serbici codices in his minus accurati sunt, cum inter ъ et ь discrimen a multis seculis non observent, ubique ь leni utentes: сьмрьть, quod absorbendo vocalem euphonicam Russorum, pronunciant смрт; etsi in glagoliticis libris subinde семерт scriptum invenias.

§. XVI. Solebant autem etiam ope ъ compositae voces a simplicibus distingui. Aliud certe est свѣтъ lux, aliud съвѣтъ consilium (Russice совѣтъ), quod ex съ *cum*, et radice вѣт *sermo* constat. Sic съвѣсть (совѣсть) conscientia ex съ et вѣсть. Hac ratione disjunguntur etiamnum praepositiones separabiles a voce sequenti, cui praefigi solent: въ град in urbem, съ мною mecum, прѣдъ нимь, ante eum, Nunc usus obtinuit, ut praepositiones въ, къ, съ, item изъ, безъ, надъ, предъ, signo *Jerik* ʼ notentur: вʼ, кʼ, сʼ, изʼ, надʼ, nisi euphoniae causa potius о pro ъ assumant: во, ко, со, предо etc. Idem valet de conjunctione нъ verum, cui Russi apponunt о, Serbi vero а: но, на. Pro отъ ab, ubique ѿ in libris impressis legitur. In compositis ъ

prae-

praepositionibus affixum plane jam omitti solet: вселити pro въселити, изведꙋ pro изъведꙋ, воздвигнꙋ pro возъдвигнꙋ etc. In предидетъ tamen пред҆ sigla *Jerik* notatur.

(i) A *Jerik* differt sigla *Pajerk* ҆, qua olim in impressis libris, docente Smotriskio, suppletum fuit lene ь: перст҃ pro перстъ. Idem monuit lineolam lenientem quibusdam vocibus imponi: поли́ъіи (a поле), вони́же, сони́мъ, хвали́ный, сꙋдба. Sed has literas si quis accuratius exprimere velit, nunc potius iis affigendum erit lene ь: воньже, соньмъ. Obiter hic notandum, in Bibliis nuper impressis voces вонь et воньже male hoc modo dividi: въ онь, et в̔ оньже. Nam vocalis о non ad нь, sed ad в referri debet. Sicut enim нань, ex на et нь (pro и) constat, ita вонь ex во et нь: ideoque si dividenda sint, pro въ онь, въ оньже scribendum erit во нь, во ньже, cum orta sint ex во и in eum, во иже in quem, mutato и in нь.

§. XVII. Quotiescumque ся verborum personis consona finitis pressius apponitur, nullo ъ opus esse senserunt jam alii. Scribunt enim речется, мнится, ѿверзꙋтся, quin inter finalem literam т et ся interponatur ъ. Eodem modo кто scribitur, quod veteres ope ъ disjungebant: къто. Cum igitur singulas inter voces, quae olim uno tenore scribebantur, nunc etiam spatia relinquantur, ac literae mollius pronunciandae leni ь signentur, videtur et mihi superfluum finem vocum crasso ъ notare, cum illud ubique supponi debeat, ubicumque lene ь locum non habet. Manet tamen functio

tio illius ante ї in constituenda vocali solida *Jery* (ъі) admodum necessaria.

(k) Vis nominum кръ seu єръ et кръ seu єрь, quae Cyrillus figuris ъ et ь imposuit, in eo consistit, quod sono diverso finalis literae р functionem signorum ъ et ь, Armenorum R duplex, asperum et dulce, fortasse respiciens, exprimere voluerit. Huic discrimini explicando exemplum satis aptum praebent non solum vocabula яръ vehemens, et ярь fruges vernae, sed et plura alia, uti велъ et вель, бѣлъ et бѣль, данъ et дань, пятъ et пять et omnia alia in consonas ejusmodi desinentia, quae subinde durius, aliquando lenius sonant, ideoque utriusque signi ъ et ь capacia sunt, nimirum в, б, п, м, н, л, р, д, т; his enim pro vario soni temperamento et ъ et ь affigi solet.

§. XVIII. In regulis de scribendo ы et и, quas diligenter collegit *Abraham Mrazovics*, et in Grammatica sua in usum Serborum scripta clare exposuit, cum eae et rectae pronunciationi syllabarum radicalium, et analogiis formationum et flexionum atque communi usui innitantur, nihil fere est, quod jure reprehendam, duabus tamen exceptis, quae auctoritati librorum novorum a Russis editorum nimium tribuunt.

Quarum una praecipit, scribendum ы post ц, quod et codicibus antiquis et ipsa analogia refellitur. Si namque ex. gr. раб in Nominativo plurali и, non ы, postulat, certe et агнци, лици, мѹченици, uti haec in Serbicis libris antiquitus impressis recte exarata leguntur, scribendum erit.

Al-

Altera и post г, χ, к pro ы, ponendum docet. Codices autem antiqui tam Russici, quam Serbici omnes, immo et libri liturgici seculo XVI. a Serbis impressi constantissime post gutturales has, analogia id exigente, ы scriptum exhibent: гыбнꙋ, книгы, врагы, грѣхы, вѣкы, ликы, мꙋкы.

(l) Non ignoro, post alias consonas in codicibus Serbicis и et ы confundi saepius ita, ut винꙋ pro вынꙋ *semper*, любым pro любим, обылно pro обилно, обытель, (quasi a быти derivatum esset), pro обитель, *habitatio*, (ab об et витати *habitare*), imo subinde et Imperativi избавы, помозы pro избави, помози male scripta legantur; in eo tamen, quod orthographiam codicum antiquorum analogiae innixam, quoad ы post gutturales г, χ, к, illaesam servarint, libri Serbici novis Russorum inventis praeferendi sunt.

§. XIX. Vocales и et ї non nisi usu differunt. Ponitur autem и:

1. Initio vocum Slavicarum: и et, и̂ eum, ин alius, иже qui, ити ire, истина veritas.

2. Occupat syllabas omnes, in quibus radix ipsa, aut formationis et flexionis analogia ы non exigit: бити caedere, ми mihi, ни non, ти tibi, a quibus utique discernuntur быти esse, мы́ nos, ны nos *Accus.*, ты tu.

3. Diphthongi omnes in fine postulant й: велїй, мой, рай paradisus.

Peregrina servant ї: Іꙋда, ї́дол, ї́рмос, ї́ерей sacerdos, крїн lilium. Huc referri potest вїно, quamvis et вино recte scribatur. Roma urbs mutat о in и: Рим,

Amant et voces slavicae ї ante vocalem aliam: вїю, вїєши, a вити, спасенїє salus, знаменїꙗ signa. Eximit Smotriskius composita ex при, uti приемлю, приꙗтно, sed etiam in his et aliis прї ante vocalem usurpatur: прїити, прїимꙋ, прїꙗти. Legitur tamen при in Bibliis ante ѡ: приѡбрѧщꙋ, приѡбщаю. Arbitraria sunt haec. In Ostrogiensi Bibliorum editione plane єдїнъ pro єдинъ scriptum reperies. мїр, olim весьмиръ, *mundus*, a мир *pax*, non quidem in manuscriptis, sed in impressis libris distingui solet. мѵро ab utroque differt et genere et vocali ѵ, quia origine graecum est. Exigunt et alia graeca ѵ: порфѵра, крѵсталл.

Pronomen и̂ *eum*, pronunciari mollius, quam conjunctionem и *et*, nimirum uti *ji*, jam Smotriskius docuit, et Caramanus confirmat. Bohemi ex и̂ diphthongum *jej* formarunt.

(m) In antiquissimis codicibus post vocalem scribitur и: тѹи, какои, пропашаи crucifixerunt eum; post consonas solidas ꙇи: поставилъ ꙇи posuit eum, вѣнчалъ ꙇи coronavit eum, приꙗтъ ꙇи accepit eum; post liquidas autem, ex. gr. post ть, ии et и: глаголють и жива dicunt eum vivum, да помажють ии ut ungant eum. In iis etiam ии pro їй locum habet: мнии minor, велии magnus, от дьрии a foribus, третии tertius, прочиим reliquis. Sic etiam спасение pro спасенїє.

§. XX. Inter Vocales affectas, quas liquidas appellare liceat propterea quod cum ї colliquescant,

hoc

hoc discrimen observandum est, ut ꙗ et ѥ initio vocum, ѧ vero et ѣ post consonas scribantur. ю autem supplet et юу et ѩ tam initio, quam in fine syllabarum. Igitur scribendum ꙗ eos, ꙗко quia, ꙗможе quo, ꙗзык *gens*, a quo nimis subtiliter distinguunt quidam *linguam*, scribendo ѧзык.

In medio autem et fine ѧ: тѧ te, сѧ se, имѧ nomen, клѧдѧ deliramenta, дрѧхлый moestus, творѧт faciunt, видѧт vident, моѧ mea, твоѧ tua, своѧ sua. Sic et братїѧ fratres, стоѧт stant; quae tamen, quia syllabam inchoant, melius in manuscriptis scribebantur per ꙗ: стоꙗт, сѣꙗти serere, боꙗзнь timor. Serbici libri antiqui plerique solum ꙗ norunt, neglecto prorsus ѧ. In iisdem frequenter а purum post vocales supplet ꙗ: ѕмїа serpentis, a ѕмїй, pro ѕмїꙗ seu, ut Russici editores amant, ѕмїѧ, чистаа munda pro чистаѧ. Confer. §. IX. 1.

(n) Quamvis in impressis libris adhuc кошѧ cophinos, оужѧ funes, reperias, tamen post densiores sibilantes pro ꙗ scribi solet а, praecipue in persona tertia plurali: бѣжат, слышат, мѹчат. Pro а seu ꙗ in talibus Serbi amant et scribunt е: бѣжет, слышет, мѹчет. Sic et pro ꙗзык pronunciant ѥзык, et a quinque et pluribus seculis pro мѧ, тѧ, сѧ scribunt ме, те, се, ubique fere pro ѧ substituendo е. Igitur поѥт pro поꙗт, петь pro пѧть, месо pro мѧсо, име pro имѧ, врѣме pro времѧ, кнезь pro кнѧзь, клетва pro клѧтва, зре, зреще pro зрѧ, зрѧще, жело aculeus pro жало, жежда sitis pro жажда, чедо pro чадо seu чѧдо proles. Rarius in quibusdam vocibus ѣ initio pro ꙗ legitur: ѣко pro ꙗко, ѣзва pro ꙗзва vulnus; in

fine

sine vero pro ꙗ feminino: дѣво непорочнаѣ virgo sine macula, et pro ꙗ neutro plurali: врата вѣчнаѣ porta aeterna. Confunduntur hic ꙗ et ѣ eo fere modo, quo Glagolitae *ja* suum in aliis uti ja, in aliis uti je pronunciare solent. Vice versa нынꙗ codices Serbici, etiam impressi, pro нынѣ legunt.

§. XXI. ѥ initia vocum et syllabarum in antiquis manuscriptis occupat, pro quo tamen compendii causa in libris minus antiquis є locum obtinuit: єдин pro ѥдин, твоє pro твоѥ.

ѣ vero post consonantes scribitur. Admittunt autem quandoque, siquidem pronunciatio ipsa id postulet, consonantes pleraeque liquidam hanc vocalem et quidem labiales omnes: вѣк seculum, aetas, вѣно dos, вѣра fides, бѣг fuga, бѣл albus, бѣс daemon; пѣна spuma, пѣти canere, пѣнязь numus, пѣхота pedites; мѣра mensura, мѣсто locus, мѣх uter. Linguales et dentales similiter: нѣм mutus, нѣдро sinus, нѣкто aliquis; лѣто aestas, annus, лѣность pigritia, лѣха agri portio, лѣпота decor, рѣпа rapa, рѣзати scindere, рѣчь sermo, рѣшити solvere; дѣва virgo, дѣд avus, дѣло opus, дѣти proles, тѣло corpus, тѣшити consolari, тѣсто massa. Nec non sibilantes з, с, ц: зѣлѡ valde, зѣница pupilla, сѣмя semen, сѣвер septentrio, сѣть laqueus. Densiores autem sibilantes atque gutturales respuunt liquidam hanc vocalem; excepto tamen

men nomine literae χѣϱ, quod post χ exhibet ѣ pro ε aut ы. Est enim χыϱ apud Slovacos clamor.

(o) Non sunt reticenda exempla, in quibus ѣ post ж, ш et щ scriptum legitur. Luc. 24, 29 occurrit in antiquo codice осяжѣте palpate pro осяжите, quod nunc impressi libri habent. Alterum exemplum Psalm. 77, 46 habetur, ubi pro antiquo єрисиви, quod in Psalterio a Serbis, Venetiis, 1561 impresso, graeco ἐρυσίβῃ respondens, adhuc legitur, Russici editores vocem ржѣ i. e. *aerugini* substituerunt. Est autem omnino vitiosa haec inflexio. Nam ржа, si slavice declinetur, in Dativo post ж, uti et post alias densiores sibilantes non admittit ѣ, sed и adoptat. Exempla pro шѣ et щѣ, quae e Smotriskio adduci possent, sunt Duales feminini нашѣ, чтѹщѣ, четшѣ: sed hos duales nemo probaverit. Nam in probis exemplaribus duales feminini post ш et щ in и desinunt. Et quod recte olim Matth. 24, 41 legebatur двѣ мелющи, male nunc substituto мелющѣ correctum est.

§. XXII. Apud Russos, licet in plerisque vocibus ꙗ retinuerint, usus obtinuit, ѣ initio earum vocum scribendi, in quibus olim ꙗ legebatur: ѣздить pro ꙗздити vehor, ѣсть, ѣмь pro ꙗсти, ꙗмь, edo. In discrimine vero inter ѣ et ε post consonas observando negligentiores sunt.

(p) Hinc opusculo singulari, Petropoli 1815, 8vo, impresso, quod et regulas, quandonam scribendum sit ѣ pro ε, et indiculum vocum, quae ѣ postulant, continet, sibi consultum voluere. Si auctor voces in eo collectas non a literis initialibus, sed ab iis consonis, cum quibus ѣ immediate connectendum est, in ordinem redegisset, non opus fuisset Composita sub praepositionibus singulis toties repetere. Posuissem ego primum eas voces, quae post primam radicalem ѣ habent,

ex.

ex. gr. вѣт, et sub hac omnia composita, uti увѣт, отвѣт, навѣт, завѣт, сѫвѣт (совѣт). Deinde adduxissem eas voces in quibus в secundam radicalem constituit, ex. gr. говѣть, свѣт, цвѣт et has quidem ordine alphabetico. Hac ratione uno quasi obtutu cognoscere licuisset ѣ post в, б, п et alias consonas poni solitum, quin opus fuisset singulas alphabeti literas percurrere.

§. XXIII. Licet nunc plerique Slavorum meridionalium discrimen inter ѣ et ε sola pronunciatione non percipiant, sunt tamen provinciae quaedam, in quibus recta pronunciatio slavica adhuc viget, ita ut pro *vera, svet, bel, mera, sneg*, et pronuncient et scribant *vjera, svjet, bjel, mjera, snjeg*, id est: вѣра, свѣт, бѣл, мѣра, снѣг.

(q) Amant inter eos aliqui et diaeresim, resolventes ѣ in їε, ita quidem, ut pro бѣл, лѣп, duae syllabae percipiantur: бїεл, лїεп, lege *bijel*, *lijep*. Carnioli ѣ post consonas non norunt amplius, sed sonum vocalis e acuunt more suo in ejusmodi syllabis, quae in Slavica veteri lingua ѣ exigunt: véra. Poloni subinde ѣ in *ja* mutant: biały pro бѣлый. Bohemi, qui ѣ et ε satis accurate distinguunt, post l non nisi e usurpant: leto pro лѣто.

§. XXIV. Vocalis ю pro юу et ѭ et initio vocum et in medio post vocales et consonas in usu est: ю eam, юг auster, юность juventus, юдѹже ubi. Saepe et alia, quae ab оу incipiunt, scribuntur per ю: юза, юзник pro оуза, оузник, юже pro оуже, южика cognatus et cognata, pro оужика, юрод pro оурод. Adde юдоль vallis, quamvis ex оу et дол compositum sit. ютро, mane,

Ser-

Serbici codices legunt, оутро vero Russici, in quibus plane оун, оуноша pro юн, юноша reperias.

(r) Characterem ѩ obsoletum initio et in medio vocum licet reperire in antiquissimis codicibus: ѩзами, вѣрѡѩ, тъчьѩ et тъчьѩ (точїю).

(s) In Serbico codice A. 1324 etiam неювидим pro неоувидим reperi. Sed talia negligentiae potius librariorum tribuenda censeo, quam ut credam, sic pronunciata fuisse.

Syllabum radicum si percurras, non nisi post л vocalem ю inveneris, et quidem post primam consonam radicalem in любити diligere, людїе homines, populus, лют ferox, post secundam vero in блюдо discus, блюсти attendere, плюнѹ, плювати spuere.

(t) In antiquis codicibus post sibilantes ш, ч, scribitur ю pro hodierno ѹ: шюм sonitus, чюти sentire, чюдо res mira, ищѹщю, сѣтившю. Adde тысющ mille, quod codices Serbici pro Russico тысяща legunt. Supponendum itaque post densiores sibilos ubique ю, licet nunc ѹ usurpetur, praecipue in prima persona singulari et tertia plurali: сѹжю pro сѹждѹ judico, помажю ungam et помажють ungent, слышю audio, пишю scribo, ищю quaero, плачю fleo.

In declinationum casibus non solum post л, sed etiam post alias consonas, eas nimirum quae in Nominativo vocali liquida aut ь finiuntur, ю locum habere solet, ex. gr. in Dativis: свазню captivo, a Nom. свазень, свѣдѣтелю testi, царю regi, кназю principi, врачю medico. In Accusativo feminino: стезю semitam, всю omnem a весь.

(u)

(u) Olim semper post ж, ш, ч: мрежю, дѹшю, притчю, quorum Nominativus in а pro а terminabatur: мрежа, дѹша, притча. Subinde etiam post ц: пшеницю triticum, слнцю soli, a слнце.

Respuunt autem ю labiales, ita quidem, ut ubi formatio ю postulat, literam л interponant. Formatur hoc modo ope ю prima persona ꙗвлю a ꙗвити, люблю a любити, кѹплю a кѹпити, ломлю a ломити.

§. XXV. Diphthongis, quas §. VIII. nominavimus, illustrandis, cum et in syllabo radicum, et in formatione nominum atque alibi exempla inveniantur, pauca hic sufficient.

ай: рай paradisus, край margo.

ой: рой examen apum, зной aestus.

уй: уй seu оуй avunculus, крагѹй miluus, помилѹй miserere.

ый: вторый secundus, старый senex.

ей: сей hic, бывшей, ei quae fuit.

їй: сїй hic, велїй magnus, тщїй vacuus.

ꙗй seu ай: ꙗйце ovum, прїемлай accipiens.

ѣй seu ѣй: ѣй ita, старѣй senior, имѣй habe.

юй lege juj: воюй pugna, воюйте pugnate, утренюй, упренюйте, ab утреневати mane surgere.

In peregrinis recte libri impressi ав et ев servant:

ав: Августъ, Клавдїй, Павел.

ев: Ева, Евфрат, Евнѹх, Евтих.

Sic

Sic et еѵгліе, licet ѵ ut в pronuncietur: *evangelije.* Pro ѵй exemplum aliud non suppetit quam стахѵй e graeco *στάχυς.*

(x) In manuscriptis pro ѵ saepissime в scribitur: клавдїи, павел. Pro левї plane левгї, inde левгїтскый, uti куга, евга pro ева, inde евжин.

§. XXVI. Circa consonantes recte praecipiunt Grammatici, ne confundantur eae literae, quae sono sibi similes sunt. Nolunt igitur фала scribi pro хвала laus, нокти pro ногти ungues, хрест pro крест crux, ищетный pro исчетный. Mrazovics indiculum ejusmodi vocum in gratiam discipulorum congessit, in quo etiam sequentes reperias: бог deus et бок latus; волк lupus et волхв magus, глаз oculus (apud Russos duntaxat, non alios) et глас vox, грек Graecus et грѣх peccatum, луг pratum (apud Russos duntaxat, луг enim apud Veteres est lucus) et лук arcus, мах vibratio et мак papaver, мука farina et муха musca. Sed haec quis facile confundere audeat? Distingui quoque voluit, ut jam alii, *κάμηλον* animal велблуд, a *καμίλῳ* fune nautico велбуд, cum tamen велбуд nihil aliud sit, quam corruptio vocis велблуд. Sunt autem et alia, quae moneamus.

1. Pro пчела apis, quod editi libri habent, in antiquissimis codicibus бъчела legitur. Sonum literae б in hac voce servant Carnioli scribendo

bu-

buzhela, aut transpositis literis к et ч : zhebela. Bohemi mutarunt к in в : wčela, i. e. вчела. Serbi omisso п pronunciant чела, alii tamen Illyrii п retinuere et пчела dicunt, uti et Russi. Poloni п quidem servant, sed ч mutarunt in szcz, et more suo vocalem e in o; pszczoła, i. e. пщола, пшчола.

2. Pro ѵ graeco, quando uti в sonat, scribi frequenter в jam monuimus: євв8л pro єѵв8л. Probanda tamen Editorum cura in rite scribendis nominibus propriis, quae ѵ postulant.

3. Агг҃л editores Bibliorum, Graecorum morem secuti, scribunt, quamvis *angel* pronunciandum sit. Codices autem antiqui etiam ангел exhibent.

4. тешко pro тежко, id est ш pro ж, in codicibus Serbicis subinde scribi non est probandum, cum тежек seu тажек *gravis* sonum literae ж clare demonstret.

5. ѕ literam superfluam censuit Smotriskius et alii, cum ejus vices з, quod pronunciatione non differt, supplere ubique possit. Mos tamen obtinuit, ut in codicibus manuscriptis et editis quarundam vocum initia potius ѕ occupet, quam з. Tales sunt: ѕвѣзда stella, ѕвѣрь fera, ѕелїе olus, ѕло malum et composita ex ѕло, ѕмїй aut ѕмїа serpens, ѕлак herba, ѕѣница pupilla,

ѕѣлѡ

ѕѣлѡ valde, quo nomine et ipsa litera ѕ appellatur.

(y) In prima Bibliorum editione Ostrogii A. 1581 curata etiam in aliis vocibus ѕ occurrit, ex. gr. in отверѕи ab отвергꙋ *rejiciam*, quasi ad distinguendum Imperativum hunc a simili отверзи ab отверзꙋ *aperiam*. In psalterio a Serbis, Venetiis 1561, edito plane кнеѕем pro кнезем (кнѧзем) legitur.

6. Litera з in praepositionibus из, бъз, без, низ, раз, licet ante plerasque consonas sonum sibi proprium servet, tamen ante п, т, х, к, ц, ч, acriori sono profertur, in quo casu с pro з scribi solet: распат crucifixus, бесплътный sine carne, испꙋсти emisit, въсток oriens, исход exitus, нисхождꙋ descendo, искꙋпити redimere, исцѣлити sanare, исчезнꙋ. Literas сч vero contrahunt librarii in antiquis codicibus in щ: щезе pro исчезе, ищреслa pro ис чреслa seu из чреслa, ищрева pro ис чрева. Eodem modo щ pro сч legitur in vocibus ex без compositis: бещестен, бещислный, quae tamen ab editoribus librorum Slavicorum probari non poterant. Immo et optandum foret, ut из, ac reliquae praepositiones litera з terminatae, ante omnes consonas per з scriberentur.

7. здѣ *hic*, et здрав *sanus* in omnibus libris nunc obvia sunt. Veteres tamen etymologiam respicientes с constanter servant: сде, сдравъ, съдравие, *sanitas*. Qui sequentem literam respici-

unt, etiam з богом pro с богом scribere malunt, quod nemo probaverit, nisi Polonus et Carniolus.

8. Literam ц pro ч in voce оцѣстити pro очистити amant libri Serbici et Glagolitici. Iidem тѹждь pro чѹждь a multis jam seculis retinent.

9. Pro щ in antiquissimo изборник seculi XI. saepissime occurrit шт: извлѣшти pro извлѣщи, ноштыѫ pro нощїю, сѹште pro сѹще, аште pro аще, ките pro кще, хоштете pro хощете, прѣльштакть pro прельщакт, et, quod mirum, in vocibus штѹждаꙗ et штѹжа pro чѹжда, cum quo tamen et щѹд conferri potest.

10. Gutturales г, х, к nemo facile confuderit, qui rectam earum pronunciationem novit. Pro гдѣ tamen veteres codices кде legunt, et recte quidem spectato vocis etymo, quod et Bohemi faciunt. Est enim adverbium кде *ubi* ex interrogativo к et де compositum. Male editores Serbi in Psalterio Venetiis 1561 impresso Ps. 39, v. 18 excuderunt г҃ь пригакт ми, Dominus sollicitus est mei, pro прихакт. Хаꙗти enim non solum in Stephani regis Serbiae legibus pro corrupto hodierno аꙗти legitur, sed et alii Illyrii hodiedum scribunt *hajati*.

(z) Veterem versiculi hujus versionem emendare volentes Russi, quibus хаꙗти prorsus ignotum fuerit, primum попеченїе мое in Ostrogiensi editione, deinde in correctioribus Bibliis попечется ѡ мнѣ substituerunt pro obsoleto прихакт ми.

11.

11. Крест et крестити libri novi et antiqui probant omnes. Sed хрестъ legitur in literis (грамота) anni 1265, хрьстъ et хрьстити antiquiores codices prae se ferunt; idque rectissime, cum originem harum vocum ipsa orthographia exprimere voluerint. Est enim хрестити, uti apud Germanos olim *christen*, idem ac christianum facere, id est baptizare, inde хрест baptismus et crux.

12. In exprimendis vocibus, in quibus Graecorum more literae ѵ, ѯ, ѳ servandae sunt, accuratiores sunt libri impressi, quam codices antiqui. In his enim subinde кїпр pro кѵпр, фроугїа pro фрѵгїа, мироносица pro мѵроносица, александр pro алеѯандр, максим pro маѯїм, филїкс pro филїѯ, анатема pro анаѳема et alia similia scripta sunt. Litera ѱ quandoque in Slavica voce ѱа pro пса, ѱѡм pro псѡм, etiam in libris impressis usurpatur.

Caput II.

De euphonia seu de vocalium mutatione, consonarum transformatione, epenthesi, prosthesi et elisione literarum.

§. I.

Alternant saepe vocales а et о: станꙋ - стою.

Poloni et Russi in vocibus quae tribus consonis constant, si media sit л aut р, pro а amant о:

Slav.	глад	Pol.	głod	Russ	голод	fames.
	глас		głos		голос	vox.
	клас		kłos		колос	arista.
	слама		słoma		солома	stramen.
	град		grod		город	urbs.
	праг		prog		порог	limen.
	брада		broda		борода	barba.

In ejusmodi vocibus Bohemi retinent а, quamvis in aliis quibusdam post initiales л et р pro а ament о, uti Poloni: *lodi*, *loket*, *rowen*, *robota*, *rozum* et in omnibus aliis compositis ex praepositione роз, pro ладїа, лакоть, равен, работа, раз, разѹм, in quibus meridionales Slavi omnes conservarunt а. Cum his conspirat et Russus, qui tamen et роспись et ростѹ pro растѹ dicere solet.

(a) In Serbicis libris снаха pro сноха nurus, ражень pro рожен veru, stimulus, legitur.

§. II. Regulariter mutatur о in а in formatione verborum Iterativorum, quae а aut ѩ ante terminationem ти assumunt:

поити - напаати, ломити - ламати.

клонити - кланати, помогѹ - помагати.

горѣти - гарати, бодѹ - бадати,

§. III. Alternant о et е. Hinc пепел cinis, pro попел aliarum dialectorum, hinc тепл et топл calidus. Mutatur vero о in е regulariter post ї, quando latino j aequivalet, et post liquidas consonas.

Hac

Hac de causa Infinitivus formae sextae pro овати amat евати:

боꙗвати а бой, блевати а блюю.

плевати а плюю, врачевати а врач.

Hinc et terminatio ом in Instrumentali, et ѡм in Dativo plurali secundae Declinationis transit in ем et єм: отцем, отцєм.

(b) Patet hinc, cur in Slavica literali *jo* latino more prolatum locum habere non possit. O enim cum ї conjungi non potest, quin mutetur in е. Pro hodierno Serborum їой, id est *joj* (ei), slavice scribitur ей. Potuit igitur ю tuto sumi pro юу, latino ju.

(c) Bohemi et in prima declinatione pro *om* amant *em*: bohem.

§. IV. Vice versa mutatur е in о in formandis Iterativis et Factitivis, ac proinde etiam in Substantivis ab iis derivatis:

веду - водити, воꙗвода, вождь.

везу - возити, воз.

лежати - положити, ложе.

теку - точити, ток.

Praesens пою *cano* habet in Infinitivo ѣ pro о: пѣти.

(d) Russi et pro е initiali seu pro ꙗ amant о один pro єдин, озеро pro єзеро.

§. V. In iisdem formationibus mutatur и seu ї in о si sequatur и, ꙑ vero in о sequente в:

пїю - напоити, напой.

гнїю - гноити, гной, крыю - кров.

§. VI.

§. VI. Eodem modo resolvitur оу sequente vocali in syllabam ов:

плꙋю -檣ловꙋ, слꙋю - словꙋ, слово.

отринꙋ - отриновен, мгнꙋ - мгновен.

Hac lege formant verba in ꙋю Infinitivum in овати: радꙋю - радовати, милꙋю - миловати.

кꙋпꙋю - кꙋповати, кꙋю - ковати.

§. VII. Alternant subinde ꙋ et ы:

плꙋю - плынꙋ, стыдѣти - стꙋд,

слышати - слꙋх.

§. VIII. Alternant etiam ꙗ seu а et ѥ seu ѣ:

ꙗмь, ꙗсти - снѣмь, снѣсти.

садꙋ - сѣде, сѣсти.

обращꙋ - обрѣтꙋ, обрѣтати.

(e) In libris Serbicis, etiam antiquis, constanter ѥ et е pro ꙗ scribitur: стоѥ pro стоꙗ, чаѥ pro чаꙗ, ѥзва et ꙗзва, неѥсыть pro неꙗсыть pelicanus, обрѥщꙋ pro обращꙋ, оувѥдаю pro увадаю marcesco, свѣт et свет pro свꙗт sanctus, паметь pro паматъ memoria, овче, овчета pro овча, овчата, начеше pro начаша inceperunt, молѥ et моле pro мола orando, ходещ pro ходащ vadens, хотей et хотѥй pro хотай volens. Alia exempla vide Cap. I. §. XX. (n).

§. IX. Consonae ejusdem organi nunquam fere inter se permutantur, nisi consona subsequens mutationem lenioris in duriorem aut vice versa subinde postulet. Pro из, въз, без, низ, раз ante п, к, т, scribi ис, вꙑс, бес, нис, рас

jam

jam diximus C. I. §. 26, 6. Pro везти scribunt aliqui вести, a везȣ. Vice versa pro antiquo кдє nunc гдѣ, pro сдє nunc здѣ in usu est.

§. X. Solent tamen sibilantes з, с, ц in densiores cognatas ж, ш, ч mutari. Linguali д, quoties sequente vocali affecta cum ї coalescere deberet, praefigitur ж; т vero et ст mutantur in щ. Gutturales г, х, к in affines з, с, ц, quandoque etiam in ж, ш, ч transformantur. Juverit affinitatem transformabilium et transformatarum uno quasi intuitu conspicere. Mutatur nimirum

	д	in	жд	: водити	- вождю.
	т	-	щ	: мȣ́тити	- мȣщю.
	ст	-	щ	: пȣстити	- пȣщю.
	з	-	ж	: мазати	- мажю.
	с	-	ш	: писати	- пишю.
	ц	-	ч	: овца	- овча.
1.	г	-	з	: бог	- бози.
2.	г	-	ж	: дрȣг	- дрȣже.
1.	х	-	с	: дȣх	- дȣси.
2.	х	-	ш	: ȣхо	- ȣши.
1.	к	-	ц	: лик	- лици.
2.	к	-	ч	: око	- очи.
	ск	-	щ	: искати	- ищю,

Prima series hic transformabiles sistit, secunda eas literas, in quas transformatio fieri solet. Fit autem transmutatio haec secundum certas

tas regulas in declinatione, conjugatione et derivatione observandas.

(e) Mirum alicui videri possit, Smotriskium praeter г, χ, к, ц, etiam ж, ш, ч inter mutabiles (измѣнаемаа) retulisse, cum hac potius transformatae, utpote ex г, χ, к prognatae, nuncupandae sint. Supposuit ille, male utique, in omnibus Verborum formis, personam primam Praesentis esse thema aliorum temporum. Hinc cum a вижу, молочу, прошу, secundas personas видиши, молотиши, просиши formari putasset, ubi Infinitivi видѣти, молотити (slavice млатити, млащю), просити respiciendi erant, in eum errorem inductus est, ut literas ж, ч, щ ex д, т, с transformatas mutabiles diceret.

§. XI. Vocales purae seu solidae consonis finalibus, quae syllabam radicalem terminant, affixae, nullam inducunt in declinatione et conjugatione mutationem, praeter е, cum sit affinis vocalibus affectis. Fit nimirum transformatio:

1. in Vocativo substantivorum masculinorum, cum ei е affigendum est:

бог-боже, дух-душе, отрок-отроче.

Sic князь-княже, отец-отче.

Aliae vero literae hoc in casu, praeter gutturales et зь, ц, non mutantur.

2. Ante е Praeteriti, ante еши, ет Praesentis, ante ен Participii passivi verborum in у:

вергу-верже, вержеши, вержет, вержен,

изсхну-изсше, реку-речен.

§. XII.

§. XII. Ante ен participii passivi verborum in ити literae д, т, з, с, ст mutationem subeunt, cum е hic vices agat vocalis affectae ѣ:

сꙋдити - сꙋжден, мꙋтити - мꙋщен.

казити - кажен, просити - прошен.

простити - прощен.

Adde: ѩжденїе а ѩздити, сѫблажнен а сѫблазнити, умерщвлен ab умертвити, помышлен а помыслити, ощрен ab острити, quamvis in his е literas д, т, з, с, ст non immediate, sed interpositis aliis, afficiat.

§. XIII. Ante и Nominativi pluralis, et ante ѣ dualis, porro ante ѣ Dativi et Localis, ante и et ѣ Imperativi, mutatur г in з, х in с, к in ц;

прꙋг - прꙋзи, ѡ прꙋзѣ.

грѣх - грѣси, ѡ грѣсѣх.

внꙋк - внꙋци, ѡ внꙋцѣх; рѣка - рѣцѣ.

нога - нозѣ, рꙋка - рꙋцѣ (Duales).

помогꙋ - помози, помозѣте.

текꙋ - теци, тецѣте,

At vero in formatione primae personae Verborum ope ю, deinde in derivatione Substantivorum et Adjectivorum tam ante liquidas vocales ѧ, ѣ, quam ante ен mutantur г, х, к in densiores sibilantes ж, ш, ч, et quidem

г in ж : рог - рожан, книга - книжен

х - ш ; страх - страшен, ꙋхо - обꙋшїе.

к in ч : вѣк - вѣчен, велик - величїе

ск - щ : плескати - плещȣ (плещю).

Similiter mutatur ц ante ен, et ина in ч: лице - личен, конец - кончина.

§. XIV. Literae д, т, ст et з, с mutantur ante ю primae personae, et ante ѧ in formatione Femininorum abstractorum, ut supra §. X., nimirum:

д in жд : нȣдити - нȣждȣ, рдѣти - ржда (ржа).

т - щ : свѣт - свѣща, питати - пища.

ст - щ : тесть - теща, прелстити - прелщȣ.

з - ж : лазити - лажȣ, лизати - лижȣ.

с - ш : плѧсати - плѧшȣ, гасити - гашȣ.

Sic съблажню a съблазнити, испещрю ab испестрити.

Ante ти Infinitivi aliam mutationem subeunt literae д, т, quandoque etiam з. Mutantur enim in с:

ведȣ - вести, падȣ - пасти.

плетȣ - плести, обрѣтȣ - обрѣсти.

лезȣ - лести.

§. XV. Literae gutturales, si ante ти Infinitivi immediate poni debeant, una cum т mutantur in щ:

могȣ - мощи (pro можти).

текȣ - тещи, пекȣ - пещи.

(f) Initialis consona vix unquam transformari solet. Praebent tamen Praesens женȣ a гнати, porro шедȣ, почїю, si conferantur cum ходити, et покоити, exempla mutationum in prima radicali factarum.

§. XVI.

§. XVI. Vocali ї, dum naturam consonantis induit, h. e. dum aliis vocalibus praefixa uti j pronunciatur, praecedente praepositione, litera н substituitur: єго - ѿ него, ємѹ - къ немѹ, єм - ѡ нем.

є - за не, ю - на ню, их - при них.

Sic etiam нань pro на и, вонь мѹ pro въ имѹ, сонь м pro съ им а съ et имѹ. Hinc epentheticum н in compositis внидѹ, снидѹ ab идѹ, внати, снати a ꙗти, внимати ab имати, снѣсти a ꙗсти, снискати ab искати, внѹшити auribus percipere, ab ѹхо auris.

§. XVII. In slavica veteri lingua non alia prosthesis locum habet, quam ea, dum ї praefigitur initiali а seu ѹ: ꙗможе pro аможе, юдоль, южика, юза, союз pro удоль, ужика, уза, соѹз (съѹз). Serbici libri et юже *iam*, pro оуже legunt. In his adeo variant Codices, ut nisi etymologiam consulas, nescias utrum уха, утро quae Russi amant, an юха, ютро, quae meridionales Slavi praeferunt, rectius scribatur. Confer, quae C. I. §. XXIV. monuimus. In нѣдро pro ꙗдро sinus, н est prostheticum, uti in illyrico нѹгал pro угал.

(g) Prostheticum в ante vocales о et ѹ in aliis dialectis valde frequens est. Bohemi vulgo vocali o praemittunt consonam w: won pro on, worati pro orati. Idem mos est et Lusatis. Pauca exempla suppeditat et Russica lingua: восемь octo, pro осмь, вотчим vitricus, pro отчим. Croatae eandem consonam praeponunt vocali u: *vuda*, *vudicza*, *vugel* pro уда, удица, угл

угл. Sed et apud Skorinam Russum навѹка scriptum reperi pro наѹка, et in antiquo codice вѹдица hamus pro удица. Poloni quoque, quamvis u in ę et ą mutent, tamen ejusmodi vocibus, quae ab u inchoantur, consonam w praefigunt: węda pro uda, węgiel *carbo*, pro ugl, wątroba *hepar* pro utroba, wątek *trama* pro utek.

§. XVIII. Vocalis euphonica о aut е inseri nunc solet in editionibus Russicis in iis syllabis, quae olim sine vocali scribebantur. Tales sunt, quarum mediam radicalem constituunt literae л et р. Inseritur autem о communiter ante л: волна, волк, полн, ползок, полк, умолкнѹ, долг, солнце, столп, холм, pro влна, влк, плн, плзок, плк, умлкнѹ, длг, слнце, стлп, хлм. Subinde etiam post л: плоть pro плть, поглотити pro поглтити. Adde желчь fel, pro жлчь, слеза pro слза, кленѹса pro клнѹса. Ante р vero inseri solet frequentius е quam о: бергѹ, верх, перси, перст, дерзати, держати, терпѣти, тверд, жертва, сердце, смерт, скверна, червь, черн, чертог et plura alia, quae inter primam et secundam radicalem interponunt е. Alia vero assumunt о, et quidem ante р: торг, скорбь, горд, гортань, корма, pro трг, скрбь, грд, гртань, крма; post р vero: врона thorax, брозда camus, трость arundo, кровь sanguis, крот talpa, pro врна, брзда, трсть, крвь, крт. Расторгнѹ amat о, at растерзати disrumpere, interponit е.

(h)

(h) In Serbicis et Glagoliticis libris antiquis ejusmodi syllabae sine vocali constanter scribuntur; etsi in Apostolo A. 1324 quandoque слѹнцє scriptum sit. Nunc autem Serbi et Dalmatae jam ab aliquot seculis pro medio л pronunciant ѹ: дѹг, вѹк pro длг, влк. Hinc hibrida illa вѹлна, пѹлно, пѹлт, дѹлго, слѹнцє in libris a Glagolitis editis leguntur. Volebant illi hac ratione et retinere usum antiquum scribendo л, et simul consulere legentibus inserendo ѹ, ut, neglecto л, more suo pronunciare possent вѹна, пѹно etc.

Bohemi syllabas, media radicali l, aut sine vocali pronunciant, uti pln, wlk, (Slovaci etiam tlku, stlp et alia plura), aut u post l inserunt: pluk, dłuh, slunce, chlum. Syllabas autem media radicali r non paucas Bohemi et Illyrii omnes satis commode sine vocali inserta pronunciant: smrt, krt. Attamen, pro крв illyrico, Bohemi dicunt krew, quamvis in obliquis casibus e elidatur: krwe.

Poloni inserunt in his syllabis vocalem a ante r: *targ* forum, pro трг, *karczma* popina, pro крчма; e vero aut i ante l: *wełna* lana, pro влна, *pełny* plenus, pro плный, *wilk* lupus, pro влк, *milczeć* tacere, pro млчати.

§. XIX. Russi vocalem euphonicam о affigunt etiam praepositionibus in fine, praecipue si plures consonae sequantur: во, со, ко, обо, изо, ото, подо, надо, предо, pro в, с, к, об, из, от, под, над, пред. Sed воз in medio assumit о fere semper: воздѹх pro вѣздѹх, восток pro вѣсток.

(i) Pro varietate dialectorum variat et vocalis euphonica. Illyrii amant а: прѣдамною pro предомною, Bohemi e: przedemnau. Hinc pro Slavico огнь, ignis, Illyrii огань, Bohemi oheň, Poloni ogień, Russi огонь scribunt et pronunciant. Idem valet de vocali ambigua inter duas consonas in vocibus, in quibus о, а et

et є alternant: сът codicum manuscriptorum Russi legunt сот, Serbi et Glagolitae сат, favus. Pro сън, somnus, in libris impressis legitur сон; Illyrii vero nunc efferunt сан, Bohemi *sen*, Croatae et Carnioli сень et сън.

(k) Glagolitae, quandoque et Serbi in libris recentioribus, а euphonicum frequentius, quam par sit, inserere solent: данас pro днесь, мазда pro мзда, магла pro мгла, маститель pro мститель, лажꙋ pro лжꙋ, шалю pro шлю seu слю, нарав pro нрав, одар pro одр, жезал pro жезл, жизань pro жизнь, єсам pro єсмь, седам pro седмь, ѱалам pro ѱалм, могал, рекал, несал pro могл, рекл, несл; отрасал, мысал, pro отрасл, мысль, богатаство pro богатство, канам pro кънам, immo in Octoecho Serbica тваставно pro твство, невещаставан pro невещствен, et sexcenta alia. In his ego librorum antiquiorum et meliorum editionum sequar auctoritatem.

§. XX. Vocalis euphonica ante consonam ultimae syllabae mobilis est; accedente enim vocali alia in fine, elidi solet: зол, зла, зло; шел, шла, шло, шли; церков, церкве, церкви; красен, красна, красно; отец, отца; сладок, сладка, сладко.

§. XXI. Raro admodum eliduntur vocales aliae: измꙋ, възмꙋ pro изимꙋ, възимꙋ, in quibus и radicale exciderat. Rarius adhuc integrae syllabae: сꙋть pro єсꙋть, инок pro єдинок monachus. Sic ино pro єдино in compositis иночадый unigenitus, иноходец equus gradarius, инорог unicornis.

(l) Olim Apoc. 18, 12 legebatur сосꙋда стислонова, sed editores posteriores pro aдjectivo vulgari стислонов eburneus, quod e vocibus кость слонова

iu

in ore plebis contractum fuit, recte substituerunt из кости слоновыѧ.

§. XXII. Labiales в, б, п, м, quoties iis vocales liquidae ıа, ю, aut ь, affigendae sunt, epentheticum л assumunt:

вопль pro вопь a вопїю, seu впїю. Sic
ловлю a ловити; жеравль pro жеравь.
люблю a любити; корабль pro корабь.
кȣплю a кȣпити, каплѧ pro капѧ.
дремлю a дремати, землѧ pro земѧ.

Eadem epenthesis literae л locum habet ante ен participii passivi: избавлен, озлоблен, престȣплен, посрамлен, ab избавити, озлобити, престȣпити, посрамити. Serbici codices pro лен scribunt лкн: избавлкн, etc. Confer. C. I. §. XXIV. pag. 30.

(m) Bohemica, Polonica, et Lusatica dialecti, utpote alterius ordinis, hanc epenthesim literae л non admittunt. Hinc Pol. zemia pro землѧ Boh. zbaven pro избавлен etc.

§. XXIII. Post ж frequenter inseritur д epentheticum: изжденȣ pro изженȣ, иждивȣ pro изживȣ, вждеда in Psalterio Serbico pro возжада, вождел҃ѣн pro возжел҃ѣн; раждези pro разжези, раждежен pro разжежен (разжжен), раждегȣ, раждегл, раждизаю pro разжегȣ (разжгȣ), разжегл, разжизаю. Idem fit, sed rarius, ante р: раздрȣшити, раздрѣшити pro разрȣшити разрѣшити. Adde e codicibus Serbicis ждрѣбе pullus, pro жребѧ,

жддре-

ждрεбїй sortes, pro жрεбїй. Ноздри nares pro нόзри, a нос nasus. Illyricum ждрал, grus, inserto д et eliso в, e Slavico veteri жеравль (Carniolis hodiedum жерав) contractum est.

(n) Bohemis et Polonis usitatissima est epenthesis literae д ante ло Substantivorum: *sadlo* adeps, pro сало, *kadidlo* thus, pro кадило. Sic et *modliti se* orare, pro молитися.

§. XXIV. Literae д et т non raro eliduntur, uti in гамь edo, вѣмь scio, pro inusitatis гадмь, вѣдмь. Radicalis enim syllaba harum vocum est гад, вѣд. Fit autem elisio literarum д et т sequenti consona, et quidem 1) ante л frequentissime: гал pro гадл, пал pro падл a падꙋ; вел, привел pro ведл, приведл; сѣл pro сѣдл; счел, сочли pro счетл, сочтли. 2) ante н: оуванꙋ pro оуваднꙋ, возвнꙋ pro возвднꙋ a вдѣти, воспрѧнꙋ pro воспрѧднꙋ, свѣнꙋ pro свѣтнꙋ, возблеснꙋ pro возблестнꙋ.

(o) In editionibus Serbicis безна, празник, радосно, чесно, pro бездна, праздник, радостно, честно meliorum codicum, nemo probaverit.

Litera д post ж excidere solet ante vocales: вожь pro вождь, госпожа pro госпожда, ржа pro ржда, преже pro прежде, чюжїй pro чюждїй. Hinc etiam вижꙋ, сѣжꙋ, вздѣжꙋ, хожꙋ, pro виждꙋ, сѣждꙋ, вздѣждꙋ, хождꙋ; блꙋженїе pro блꙋжденїе, оутвержен pro оутвержден. Nec hoc probandum.

(p) In Glagoliticis libris, etiam antiquis, вищо pro виждꙋ legitur. Sic et роkн, роkнїе pro рождєн, рождєнїє, et ройство pro рождство.

§. XXV. Frequentissime eliditur в post б in compositis ex wб: wбитати pro wбвитати, wбетшати pro wбветшати, wбѣт pro wбвѣт, wбазати pro wбвазати, wбласть pro wбвласть, wблак pro wбвлак. In composito возопїю, in Serbicis libris възꙋпїю, a въз et вопїю litera в non penitus excidit, sed in vocalem mutata est. Eliduntur subinde et aliae consonae, uti б in погрести pro погребсти a погребꙋ; з ante з, ж, et с: возва pro воззва, иждивити pro изждивити, раждегꙋ pro разждегꙋ seu разжегꙋ. Pro бесѣмене, бесмєртєн, безаконїє meliores editiones legunt без сѣмене, безсмертен, беззаконїе. Scribitur autem constanter єси es, in omnibus codicibus pro єсси, quamvis formatio personae secundae fiat apponendo си syllabae radicali єс.

§. XXVI. Duplicationem literarum non admittit Slavica lingua. Vocales аа in читаах, ее in нищее non unam sed duas constituunt syllabas; legendae enim sunt uti аꙗ, еє: читаꙗх, нищеє. Consonae autem non solent duplicari, nisi compositio aut derivatio id exigat. Преддверїе ex. gr. ex пред et двери, compositum est. Similiter воззвати, беззаконїе ex воз, без et звати, закон. Partici-

D piun

pium passivum пожжен, сожжен, а пожгꙋ, сожгꙋ formatum est, mutato г ante ен, in ж; igitur duplici ж scribendum est. Sic comparativus вышшій apposito шій formatus est ab adverbio выше seu a syllaba radicali выс, quae in выше, mutata fuit.

Recte etiam истинный, законный, ob formam indefinitam истинен, законен, duplici н scribuntur. Sic et плѣнник, cum a плѣнен derivatum sit. At оученик, мꙋченик non nisi simplex н postulant, cum a participiis passivis оучен, мꙋчен, in quibus н non duplicatur, orta sint.

Solet tamen н Participiorum, quando, assumta terminatione finita, adjectivorum more construuntur, pro arbitrio librariorum duplicari. Hinc избранный, ѡкаянный, смиренный, вселеннаѧ (ad verbum: *οἰκουμένη*), atque alia duplici н scripta invenias.

(q) Etiam in Praesenti пожегꙋ et сожегꙋ literam ж duplicari, male scripsit Mrazovics. Idem regulam a Smotriskio male conceptam repetit, н in adjectivis in ный purum, i. e. si vocalis praecedat, desinentibus duplicari, uti in странный. Atqui странный, cum странен sit a страна, non praebet exemplum aptum, uti nec истинный. Юный certe et оутренїй simplici н scribuntur; in искреннїй vero н duplicari solet. Adeo nimirum variant librarii. Immo sunt qui н in voce истина male duplicent. In Bibliis novissime impressis истина quidem simplici н recte, pessime vero formula воистиннꙋ in veritate, vere, duplici н exarata est.

Ca-

Caput III.

De Tono seu Accentu.

§. I.

In libris liturgicis olim et nunc impressis vocales syllabarum, quae tono gaudent, accentibus notari solent. Cum autem hi in manuscriptis codicibus antiquioribus plane absint, et libri a Serbis Venetiis seculo XVI. editi, quoad accentus, multum a libris in Russia impressis differant, non liquet, utrum toni sedes aetate Cyrilli eadem fuerit, quam nunc accentus, sive a Serbis sive a Russis vocibus impositus, indicat. Serborum tamen libros antiquos tonum veterem, seculi IX. (quamvis prorsus immutatum permansisse vix credam), in pluribus vocibus referre facile mihi persuadeo. Cum autem libri Slavici a Russis impressi, ab eo tempore, quo Serbi magnis sumtibus ferendis impares edere suos desierant, omnes horum ecclesias repleverint, factum est, ut in Bibliis aliisque libris liturgicis nuper Budae et Vindobonae reimpressis, voces notarentur iis accentibus, qui tonum Russicum, Serbicae pronunciationi saepe prorsus repugnantem, designant. De hoc igitur nunc paucis agendum est.

§. II. Tonus seu syllaba majori prae aliis vi elata adeo in polysyllabis vocibus apud Russos

variat, ut praeceptis difficulter determinari queat. Inspice, si lubet, Grammaticam Russicam a beato *Antonio Puchmayer* Radnicensi Parocho, Pragae 1819. 8. editam. Solet autem toni sedes accentu sive acuto sive gravi notari. Acuto (´) notantur vocales primarum syllabarum, imo et ultimae si haec consona finiatur, gravi (`) vocalis syllabam ultimam finiens. Utriusque eadem est potestas.

Exemplo sit Marci Cap. 12. v. 1. e Bibliorum postrema editione:

Вїногра́дъ насадѝ чл҃вѣ́къ,
и ѡградѝ ѡпло́томъ,
и ископа̀ точи́ло,
и созда̀ столпъ
и предадѐ его̀ (прѣдасть ѝ Mss.) тажа́телемъ
и ѿи́де.

Столпъ, turris, in hac editione accentu caret. Superfluum enim editoribus visum est, monosyllaba, in quibus toni sedes ambigua esse non possit, accentibus notare, excepto pronomine и eum, quod a conjunctione и, et, distinguendum censuere.

(a) Apud Bohemos et Polonos toni sedes paucis regulis definitur; vocum enim bisyllabarum prima apud utrosque, trisyllabarum vero prima apud Bohemos, secunda apud Polonos tono gaudet, sive vocalis corripiatur, sive producatur. Nam et correptae tono affici possunt

sunt. Meridionalium Slavorum, praeprimis Serborum, tonum non nisi e Lexicis nuper editis, Vukiano praesertim, cognoscere licet.

(b) In codicibus etiam ъ in medio vocum, dum vices vocalium agit, accentu notari solet: стлъ́п, кръ́вь, плъ́ть, тръ́сть, испльнити, млъ́ва tumultus, pro hodierno мо́лва. Subinde et consona praecedens in codicibus Serbicis: чрьпати, мль́ва.

§. III. Monosyllabarum vocum aliae, etiamsi per declinationem in fine crescant, toni sedem servant: бо́г бо́га, сы́н сы́на сы́нове, ду́х ду́ха, бра́к бра́ку, гро́б гро́ба, тру́с тру́са, бѣ́с бѣ́са бѣ́сове; aliae vero tonum primae syllabae ad secundam rejiciunt: ра́б раба̀, оу́м оума̀, о́др одра̀, пло́д плода̀, же́зл жезла̀, до́м дому̀, ве́прь вепра̀, ца́рь царя̀, пу́ть путѝ.

Idem valet de Adjectivis, si terminationem definitam ый assumant. Servant alia tonum primae syllabae, uti хро́мый a хро́м, ма́лый, ю́ный, но́вый a ма́л, ю́н, но́в. Alia vero terminationem, quae accessit, tono afficiunt: нагы́й, драгы́й, благы́й, святы́й, млады́й, живы́й, худы́й, нѣмы́й, слѣпы́й, глухы́й.

Illa vero, quae terminatione їй augentur, radicalis syllabae tonum nunquam amittunt: ве́лїй magnus, тре́тїй tertius, ни́щїй egenus.

§. IV. Bisyllabarum vocum simplicium quaedam tono afficiunt priorem, uti го́лубь columba, би́сер margarita, жу́пел sulphur, пла́мень flamma, во́ин mi-

les

les, ве́черъ vesper, о́цет acetum, слѹга minister. Feminina: ма́ти mater, вы́я collum, ни́ва ager, вѣ́ра fides, дѣ́ва virgo, ры́ба piscis, сла́на pruina, пѣ́на spuma, ри́за vestis, пти́ца avis, кни́га liber etc. Neutra: сло́во verbum, не́бо coelum, ко́ло rota, зла́то aurum, о́ко oculus, ѹ́хо auris, и́го jugum, мо́ре mare, ло́же stratum. Aliae vero non paucae voces ultimae syllabae accentum imponunt: коно́б lebes, оре́л aquila, осе́л asinus, ковче́г arca, черто́г thalamus, коне́ц finis, жени́х sponsus, глаго́л verbum, живо́т vita, язы́к lingua, паде́ж casus. Feminina: корма̀ puppis, глава̀ caput, лоза̀ vitis, лѹна̀ luna, цѣна̀ pretium, жена̀ mulier, дѹша̀ anima, черта̀ linea, вода̀ aqua, вина̀ causa, culpa, трава̀ gramen, раба̀ ancilla, стопа̀ gressus, стѣна̀ paries, murus, стрѣла̀ sagitta, гора̀ mons, звѣзда̀ stella, роса̀ ros, нога̀ pes, рѹка̀ manus, (in Accusativo tamen рѹкѹ, in Duali рѹцѣ). Neutra: лицѐ facies, гѹмно̀ area, вїно̀ vinum, рѹно̀ vellus, село̀ rus, крило̀ ala, гнѣздо̀ nidus, млеко̀ lac, Pluralia: оуста̀ os, oris, врата̀ porta.

(c) Tonum in ultima vix norunt Serbi. Hinc in eorum libris vocum bisyllabarum prima accentu notatur: ко́ноб, ко́вчег, жи́вот, ме́теж pro мате́ж, слѹга, стра́на, ло́за, но́га, же́на, гѹмно. Idem valet de persona prima Verborum: пи́шѹ pro Russorum пишѹ̀, гре́дѹ pro градѹ̀, ре́кѹ pro рекѹ̀, жи́вѹ, мо́гѹ pro живѹ̀, могѹ̀. Idem in Infinitivis in сти et щи observatur. Ho-

Horum enim ultimam Russi, Serbi vero penultimam tono afficiunt; igitur apud hos ра́сти pro растѝ, блю́сти pro блюстѝ, спа́сти pro спастѝ, мо́щи pro мощѝ, стре́щи pro стрещѝ invenies. Idem de aliis temporibus et modis dicendum: па́си pasce, pro пасѝ, те́кох cucurri, pro теко́х.

§. V. Quod de Simplicibus §. priori dictum est, etiam in Compositis ex praepositionibus locum habet. Sunt tamen longe plura, in quibus praepositio accentu caret, syllaba radicali tonum servante: исхо́д, оуста́в, ѿве́т, поко́й, пото́п diluvium, приме́р, проро́к propheta, преде́л terminus, престо́л thronus, наро́д natio, неду́г morbus, заве́т foedus, зако́н lex, etc. In aliis praepositio tono afficitur: о́блак, о́бласть, о́трок, оу́жас terror, па́жить pascuum, па́мать memoria, бе́здна abyssus, пе́пел cinis (in aliis quibusdam dialectis по́пел), за́висть zelus, invidia, за́пад occasus, ра́зум intellectus, на́пасть tentatio. Adde во́зраст, aetas, со́весть conscientia, codicum Russicorum; in Serbicis вьзра́ст, сьве́сть, monosyllaba sunt.

(d) In Serbicis libris leguntur оужа́с, обра́з, обла́сть, зави́сть, разоу́м, подви́г pro по́двиг, et aliae voces, in quibus praepositio accentum non recipit.

§. VI. Trisyllabae voces tonum habent aut in prima, aut in secunda seu penultima, aut in tertia seu ultima syllaba.

In

In prima: и́стина, хра́мина, па́лица, ю́ноша etc. Sed in Serbicis libris исти́на, юно́ша; etsi alias tonum in prima ament: тра́пеза pro трапе́за, тво́рити pro твори́ти, бѣ́жати pro бѣжа́ти.

In media: держа́ва, лови́тва, кончи́на, колѣ́но, свѣти́ло, храни́ло, свѣти́лник, слꙋжи́тель, ревни́тель, лани́та, лопа́та, рабо́та, хода́тай mediator, бога́тство, десни́ца, пшени́ца, in quibus omnibus prima a Serbis signatur: дь́ржава, ло́витва, ко́нчина etc.

In tertia seu ultima: тягота̀, долгота̀, нагота̀, тишина̀, жидови́н, копїѐ, plur. словеса̀. Apud Serbos тя́гота, дль́гота, ти́шина, жи́довин, ко́пїе, сло́веса. Sed наго́та pro нагота̀ nuditas. Sic et похвала̀, исполи́н gigas, исконѝ, посредѣ̀ tonum apud eos in secunda habent: похва́ла, испо́лин etc.

(c) Variat tonus subinde in ipsis libris a Russis diverso tempore editis. In Psalterio Kioviae sec. XVII. edito за́кон pro зако́н, отро́к pro о́трок, изба́витель pro избави́тель, де́сная pro десна́я, глаго́ланный pro глаго́ланный, imo et и́сполин legitur, ut adeo in исполин tonus apud hos jam primam, apud illos secundam, apud alios demum tertiam occupet syllabam.

§. VII. In polysyllabis non solum secunda, tertia et quarta, sed et quinta et sexta a fine syllaba tono gaudere potest. Pro колесни́ца, багряни́ца, десяти́ны, цѣлова́ти Russorum, Serbici libri ко́лесница,

багре-

багре́ница, десе́тины, це́ловати exhibent. Pro кади́лница vero ка́дилница thuribulum, habita ratione primitivi кади́ло, apud Serbos ка́дило. Поко́иціе, вселе́ннаа habent tonum apud Serbos in quarta a fine: по́коиціе, все́леннаа; обѣтова́нїе, дерзнове́нїе, оуничиже́нїе plane in quinta: обѣ́тованїе, дрь́зновенїе, оуни́чиженїе. Adde e Russicis editionibus хода́тайствовати, et зна́менованїе.

(f) Serbi voces plurium syllabarum signare solebant etiam duplici accentu: свѣ́дѣте́лствꙋю, благовѣ́ствова́нїе, in Russicis libris свидѣ́телствꙋю, бла́говѣствова́нїе. Козлогласова́нїе, *κῶμος*, comessatio, plane tribus acutis et gravi signatum reperi: ко́злѐгла́сова́нїе, qui indicare videntur, vocem pronunciandam esse, uti duos trochaeos (ко́зло-гла́со), et dactylum (ва́нїе).

§. VIII. In Compositis ex integris vocibus, quarum quaelibet tono affici solet, prima tonum amittit, et duntaxat secunda vox signatur: водоно́с hydria, вертогра́дарь hortulanus, воєво́да dux exercitus, благода́ть gratia, богочте́ц dei cultor, благослове́н, скорописец *ταχυγράφος*, многоми́лостив multum misericors, сребролю́бец, самови́дец, мздовоздаа́нїе *μισθαποδοσία*. Excipe три́десать, се́дмьдесат.

(g) In Serbicis libris plures accentus vocibus imponi jam nota (f) monuimus. Sic сре́бро̀лю́бив, са́мовидци, благослове́н, мьздо̀вьздаа́нїе mercedis retributio.

§. IX. Particulae monosyllabae, uti et Pronomina ма, ми, та, ти, са, си carent accentu:

не бо́й сѧ, ни хлѣ́ба, ни є҆ди́н, и҆ ты̀ ли, да не когда̀, при мо́ри. Acuto, pro gravi, notantur eae voces, cum quibus particula ejusmodi aut vox alia monosyllaba connectitur: рече́ бо dixit enim, спаси́мѧ salva me, что́ти е́сть quid tibi est, кто́ е́сть quis est, ѧ҆ви́сѧ revelatum est, посли́ ны mitte nos. Si duae aut plures voces, quae singulae tono carent, conjungantur, una earum accentu notari solet, ни лѝ an non, не да лѝ, а҆́ще ли же нѝ, да мѝ да́си, на мѧ̀ contra me, на ню̀ in eam. Оу in не оу҆ nondum, tono carere non potest.

(h) In Bibliis A. 1816 Petropoli editis omnes voces monosyllabae sine accentu impressae sunt, excepto pronomine и҆ eum: се а҆зъ є҆смь pro сѐ а҆́зъ є҆́смь; и се мꙋ́жъ ста pro и сѐ мꙋ́жъ ста̀, оувѣда́но же бысть се по всей Іоппі́и, ubi alias бы́сть, сѐ, все́й accentu notabantur. Consultum tamen fuisset, in concursu plurium tono carentium signare accentu eam vocem, quae prae aliis elevanda sit. Non enim constare poterit legenti на та, utrum на́та, an на та̀ pronunciandum sit. Luc. IX. v. 50. plane septem voces nunc accentu carent: и҆́же бо нѣсть на вы, по васъ є҆сть (qui non est adversum vos, pro vobis est), quarum olim saltem quatuor signabantur: нѣ́сть, вы̀, ва́с, є҆́сть.

§. X. Significatus non nisi in paucis toni sedem determinat. Мꙋка, волна, ведро, плачꙋ, моли pro sede accentus significatione differunt. Мꙋ́ка est supplicium, мꙋка̀ vero farina, во́лна lana, sed волна̀ fluctus, ве́дро serenum, at ведро̀ (melius вѣдро̀) situla, urna, пла́чꙋ а пла́кати flere, плачꙋ̀

(pro

(pro плащꙋ) a плати́ти solvere, мо́ли tineae, pluralis a моль, моли̑ roga, Imperativus a моли́ти.

§. XI. Non est reticendus usus siglae (⁀), quae камора dicitur. Solebat illa imponi vocibus monosyllabis vocali terminatis. In editione praestantissima Evangeliorum Mosquensi, A. 1606., fol. signantur non solum particulae но̑ verum, бо̑ enim, ни̑ non, ли̑ an, се̑ ecce, verum et Pronomina мы̑ ἡμεῖς, ны̑ ἡμᾶς, ми̑ et мнѣ̑ mihi, мѧ̑ me, ты̑ tu, ти̑ tibi, тѧ̑ te, вы̑ vos, тѧ̑ ista, то̑ istud, ты̑ istos, кто̑ quis, что̑ quid, внѐ in id, си̑ hi (Dualis), et Numeralia два̑ duo, двѣ̑ duae, три̑ tres, сто̑ centum, все̑ omne, вси̑ omnes, всѧ̑ omnia; adverbia злѣ̑ male, внѣ̑ foris, здѣ̑, тꙋ̑ hic, гдѣ̑ ubi. Verba бѣ̑ erat, бы̑ conjunctivi, стѧ̑ stetit; rarius Nomina: вотмѣ̑ in tenebris. Excipiuntur voces, quae a vocali incipiunt, quia hae leni et gravi notabantur: а̀ sed, є̀ id, ю̀ eam, ѝ eum, є̀й ei (feminae).

In Serbicis libris, imo et in Ostrogiensi Bibliorum editione pro Kamora, qua voces monosyllabae signantur, duplex accentus gravis ̏ usurpatur: и̏ eum, мы̏, ты̏, то̏, се̏, три̏, тꙋ̏ бѣ̏, злѧ̏ etc.

Hodie vero Kamora supplet, sive acutum sive gravem accentum ad casus pluralis numeri a similibus in singulari distinguendos: ча̑да proles,

кра҇к nuptiarum, сі҇ѧ haec, вс҇ѧ omnia, ри҇зы vestes, (a quo Genitivus singularis acuto differt: ри́зы a ри́за.) Sic є҆ли҇ка, гра҇дꙋщаѧ, оучени҇к etc. Vocalibus о et є Kamoram imponi superfluum est, cum ѡ et є eodem officio fungantur. Luc. 7, 21. in postrema editione Bibliorum legitur: въ то́й же ча́съ исцѣли̂ мнѡ́ги ѿ не́дꙋгъ и ра́нъ и дꙋ́хъ ѕлы́хъ, и мнѡ́гимъ слѣпѡ҇мъ дарова̀ прозрѣ́ніе. (Eadem autem hora multos sanavit a morbis et plagis et spiritibus malis, et coecis multis donavit visum.) Vides hic ѡ́ in vocibus мнѡ́ги, мнѡ́гимъ idem valere, ac Kamoram in недꙋ҇г, дꙋ҇х, слѣпѡ҇мъ.

Caput IV.

De scribendi compendiis seu Abbreviaturis.

§. I.

Signorum, notandis contractionibus seu abbreviaturis vocum destinatorum, duo solummodo nominat Smotriskius, ea nimirum, quae frequentius in libris impressis et codicibus manuscriptis occurrunt. Unum тітла, quod titulus hic honoris causa imponatur, alterum словотітла, quod literam с sub titla comprehendat, vocatur. Alii plura nominant. Paucis ille verbis rem absolvit. »Usurpatur, ait, utrumque contractionis signum

num a calligraphis in nominibus Dei et rebus ad cultum Dei pertinentibus, uti г҃дь, б҃гъ, ѿ҃цъ, с҃нъ, дх҃ъ с҃: і҃с, х҃с, сп҃съ, д҃ва, ч҃тла, б҃ца, м҃рїа, ц҃рковь, е҃ѵглїе, с҃лнце sol justitiae Christus et reliqua.» Supposuit nimirum ille nota haec lectoribus suis, qui libellos elementares *Bukvar* dictos manibus versabant. Hi enim seriem plurimarum vocum contractarum alphabetico ordine digestam continere solent. Liceat nobis ex ejusmodi *Bukvar*, Leopoli 1819 impresso, plura depromere, quaedam augendo et illustrando, alia, quae ex aliis facile intelligi possunt, omittendo.

§. III. Sejungendae autem sunt voces sub simplici Titla ҃ scriptae ab illis, quibus alia contractionum signa imponi solent. Graecorum morem in plerisque Slavos imitatos fuisse ex ipsa hic subjuncta serie apparebit.

А҃ггль lege ангел. At malorum angelorum nomen Matth. 25, 41. дїаволꙋ и ӑггелѡм егѡ, sine Titla scribitur.

А҃плъ lege апостол. In antiquissimis codicibus sine Slovo sub Titla legitur, nunc sub Slovotitla а҃плъ, olim etiam а҃пстлъ.

Б҃гъ et б҃ъ lege бог. Sic б҃га, б҃а, б҃же; б҃жїй. Sed dii gentium sine Titla scribi solent: бози, богѡв, богѡм etc. Deuter. 10, 17. б҃гъ богѡвъ, г҃дь господій, legitur. At in libro Minej

a

a Serbis Venetiis 1538. fol. edito, hoc discrimen neglectum fuisse video. Legitur enim б҃ь б҃мь и г҃ь г҃мь, id est бог богом и господь господем.

(a) Etiam in editione Ostrogiensi Psalm. 49, 1. б҃ъ б҃омъ pro б҃ъ богѡмъ legi observavit b. *Fortunatus Durich* summus Slavophilus. Notavit enim in adversariis suis, edendae Bibliothecae Slavicae causa collectis, mihique legatis, sequentia: »De Titla. Psalm. мѳ҃: б҃ъ б҃омъ г҃ь гл҃а. Male ponitur supra secundam vocem Titla; melius Armena editio, quae integre scriptam habet vocem, prout etiam Ms. Graec. Biblioth. Caes. Nro. 17. juxta Lambecium».

Бц҃а, alias sub Titla д: Бц҃а lege богородица.

Бл҃жен҃ъ, бл҃гъ, бл҃годть, б҃облгодатный, lege блажен, благ, благодать, богоблагодатный.

Вл҃дка, вл҃дчца lege владыка, владычица. Sed frequentius cum supra scripto д: вл҃ка.

Г҃ь, г҃а, г҃су, г҃би, г҃и, et sub Slovo-Titla г҃дь, г҃дьнь, lege господь, господа, господу, господеви, господи, господень. Domini terrestres sine Titla scribi solent. Matth. 15, 27. utrumque legitur: г҃ди de Christo et господей своих de aliis dominis. Confer locum e Deuter. 10, 17 sub voce б҃ъ citatum. In Pauli epistolis господїе, господїи, господем leguntur sine Titla. In postrema tamen editione Petropolitana id neglectum fuit.

Г҃нъ, frequentius sub Slovo-Titla г҃днъ, lege господин.

гл҃ъ,

Гл҃ъ, гл҃ю, гл҃а, гл҃ати, lege глагол, глаголю, глагола, глаголати.

Дв҃дъ, дв҃двъ, seu дв҃дов, lege давїд, давїдов.

Дх҃ъ, дш҃а, lege дух, душа. Sed spiritus immundus Matth. 12, 43. atque alibi, sine Titla scribitur: дух, духи, духωв.

Дв҃а, дв҃ица seu дв҃ца, lege дѣва, дѣвица.

Дн҃ь, дн҃сь, lege день, днесь. In libris antiquis etiam casus obliqui et pluralis notari solent Titla: дн҃е, дн҃и, дн҃їе, дн҃ех.

Єѵ҃глїе., lege єvангелїе. Alias supra v litera г sub Titla poni solet.

Ін҃ль, Ін҃ла, Ін҃левъ, lege Ісраил, Ісраила, Ісраилев.

Іс҃ хс҃, Іу҃ ха҃, Іс҃въ, lege Іcус хрїстос, Ісу хрїста, Іcусов.

Іис҃ъ, in recentioribus libris pro Іс҃, lege Іисус.

Мл҃ю, мл҃тва, lege молю, молитва.

Мл҃сть, мл҃срдъ, lege милость, милосерд. Sub Slovo-Titla мл҃ть.

Мр҃твъ, ѿ мр҃твыхъ, lege мертв, от мертвых, aut sine vocali мртв.

Мт҃и, мт҃рь, мт҃ере, lege мати, матерь, матере.

Мр҃їа lege марїа.

Мч҃нкъ lege мученик.

Нб҃о, нб҃се, lege небо, небесе.

Нс҃ъ, нш҃ь, lege нас, наш.

Нн҃ѣ, нн҃ꙗ, lege нынѣ, ныня.

Оч҃ь

Оц҃ь, оч҃е, rectius quam Smotriskii ѿц҃ъ, lege отец, отче.

Ст҃ъ, ст҃ль, сщ҃енникъ, lege свят, святитель, священник.

Сл҃ва, сл҃вы, lege слава, славы.

Сл҃нце, lege солнце, aut, prorsus sine vocali in prima, слнце sol.

См҃рть, in antiquissimo codice sine Titla: съмрьть, lege смерть aut, prout Serbi et Bohemi pronunciant, sine vocali смрть.

Сн҃ъ, сн҃е, сн҃у, всн҃овленїе, lege сын, сыне, сыну, всыновленїе. Sed Joh. 17, 12. сынъ погыбелный sine Titla in plurimis editionibus, postrema tamen excepta, legitur.

Сп҃съ, сп҃сти, сп҃сенїе, lege спас, спасти, спасенїе.

Ср҃дце, in antiquo codice sine Titla: сьрдьце, lege сердце, aut Serborum et Bohemorum more срдце sine vocali.

Стр҃сть, frequentius sub Slovo-Titla стⷭ҇ть, lege страсть.

Оуч҃тль, оуч҃нкъ, lege оучитель, оученик.

Хс҃, Ха҃, Хв҃, lege Хрїстос, Хрїста, Хрїстов. At Matth. 24, 24. лжехрїсти sine Titla. Sub Slovo-Titla Хⷭ҇тос.

Цр҃ь, цр҃ца, цр҃ьствїе, et sub Slovo-Titla цⷭ҇тво, lege царь, царица, царьствїе, царство.

Цр҃ковь, цр҃кви, цр҃кве, lege церковь, церкве.

Ч҃лкъ,

Ч҃лкъ, ч҃лвкъ, ч҃лци, ч҃лцех, ч҃лче, ч҃лчь, lege человѣк, человѣци, человѣцех, человѣче, человѣчь.

Adde і҃н҃ц҃і sub duplici Titla et lege Іисѹс назаранин царь іоудейский. Мр̃ Ѳ҃ѹ plane graeca sunt: μήτηρ θεȣ̃.

§. III. Praeter voces in ство desinentes, ut бж҃ство, дв҃ство, ц҃рство, plures aliae contrahuntur imposito ҃, quas e subnexo indiculo noscere licet:

Ап҃лъ lege апостол.

Бл҃ви, бл҃венъ, lege благослови, благословен.

Воскр҃нѹ, воскр҃ніе, lege воскреснѹ, воскресеніе. Sub simplici Titla въскр҃с, lege вскрес.

Г҃лъ in cod. Serbico pro глас; взгл҃ит id est взгласит.

Гдь, г҃дство, г҃днъ, г҃днь, г҃жа, lege господ, господство, господин, господень, госпожа.

Еп҃кпъ, еп҃кпство, lege епіскоп, епіскопство.

Іер҃лимъ, lege Іерѹсалим.

҃е in codd. Serbicis, lege есть seu есть. Sic et нѣ҃ id est нѣсть.

Кр҃тъ, кр҃тити, кр҃тль, lege крест, крестити, креститель. Sub simplici Titla кр҃щеніе, кр҃щаю, lege крещеніе, крещаю.

М҃лть, м҃лтына, м҃лрдіе, lege милость, милостына, милосердіе.

М҃сць, lege мѣсяц mensis.

Нбх, нбный, lege небесѣх, небесный.
Пртъ, пртый, id est пресват, пресватый.
Пртолъ, пртлъ, lege престол.
Прнѡ, id est присноѡ.
Ржтво, lege рождество.
Спен, спніе, lege спасен, спасеніе.
Сре est среда dies Mercurii, germ. *Mittwoche.*
Стрть, стртен, lege страсть, страстен.
Тртъ, lege трисват.
Трьть in codd. Serb. pro трьсть, russ. трость arundo.
Хртосъ, хртовъ, хртїанин, lege хрїстос, хрїстовъ, хрїстїанин.
Чть, чтный, lege честь, честный.
Чтъ, чтота, ѡчтити, lege чист, чистота, ѡчистити.
Adde днс (seu днь) pro днесь, гла pro глас sine contractione.

In codd. Serbicis etiam super alias voces poni solet, quin contrahantur: се, вс, вак, дать, быть, влать, id est се, все, всак, бысть, власть, Sic ча scribitur pro час et часа.

§. IV. Ончик, seu minutum о sub Titla, non nisi duae aut tres voces assumunt: прк, пррок, id est пророк. трца, трчнъ, lege троица, троичен. In codicibus antiquis о super literam м scribi solet: мн, id est мой, млити, id est молити,

Fre-

Frequentius literâ д vocibus superimponitur, sine alio signo. Earum aliquas hic lubet subjicere:

Бца, lege богородица Dei genitrix.

Влка, влчца, lege владыка, владычица.

Мръ, мрость, премрость, lege мудр, мудрость, премудрость.

Млнць, id est младенць codd. serb., sed russ. младенец.

Нла, плник, et не, пне, id est недѣла, понедѣлник.

Првн, id est праведен justus.

Пр̃пбен, id est преподобен ὅσιος.

Пртеча, i. e. предтеча praecursor.

Срце, i. e. серце cor Vide срдце sub Titla simplici

Adde по, пре, пло, преже, люскый pro людскый, ше pro шед, слѣ pro слѣд, sine contractione. Notanda vero compendia codicum in vocibus aliis. Бу pro буду, ѿку pro ѿкуду, вѣх, прѣлѣх pro вѣдѣх, прѣдѣлѣх, наром pro народом. Duae lineolae penes д (д̏) denotant literae и contractionem ра̏, id est ради, нар̏ lege народи.

§. V. Scribuntur vero etiam ornatus et compendii causa quaedam literae, praecipue in fine linearum, super alias. Ex. gr. ва, нача, рѣ superpositis in fine м, т, х, pro вам, начат, рѣх.

Litera ѿ, ab imposito т, vocatur от. Hinc etiam ѿрок pro wтрок scriptum invenias. Prae-

cipue vero notandum ρ cum Titla, librorum liturgicorum in имкъ, id est имѧ рек, ubi nomen nominandum est, cui Latinorum NN. respondet.

Ре cum supercsripto ч, legendum est рече; за vero cum superscripto ч est зачало. к seu е, supra posito г, est idem ac кго, его. Vjedi-Titla antiquorum librorum hodie non est in usu. Olim гла pro глава, сла pro слава, сло pro слово, scribebantur, posito nimirum literae в speciali charactere inter Titlam et vocem contrahendam. Sic въ ѡ, si sub Titla primae vocis sit в, literae ѡ vero superscriptum sit н, legendum est въ време оно, in illo tempore. Pro вторник, четверток, паток duntaxat primae syllabae вто, че, па, posito к sub Titla; pro соубкѡта vero соу, superscripto к, scribuntur; alia aliter abbreviata reperias.


In antiquissimo *Izbornik,* pro оу, minutum ѵ vocibus impositum observare licet. Ex. gr. supra м in кътом, id est ктомѹ, supra р in трждакть id est трѹждакт, supra х in грѣх, id est грѣхѹ.

In libris seculo XVII. impressis lineolis duabus in fine vocum supra adscriptis и exprimitur: нарицаємы pro нарицаемый, тъ pro тъй, russ. той; imo et in medio sed longe rarius: оуготова та pro оуготовайта.

§. VI. Sicuti Slavo-Graeci, Russi et Serbi cyrillicis literis utentes, Graecos in scribendi compendiis

se-

Compendia e Codd. Cyrill. et Glagol. et ductus e libris Serbicis.



Francisc. Goldhann, scripsit 821.

secuti sunt, ita Slavo-Latini glagoliticos characteres, seculo XIII. inventos, adoptantes non solum Serbicorum et Russicorum, sed et Latinorum codicum abbreviaturas imitati sunt. Excludunt itaque frequenter vocalem inter duas consonantes non solum in vocibus, quas cyrillicorum librorum scribae contrahere solent, uti in б҃ id est бог, г҃ i. e. господь, г҃т i. e. глаголет, ц҃р, д҃х etc. Sed etiam in aliis, uti in р҃б pro раб, р҃ка pro рѹка, н҃с pro нас, н҃м pro нам. Sic etiam contrahunt а҃нı pro анѥл, recentiori more *anjel* pronunciando pro *angel*. Sic et мч҃к pro мѹченик, вн҃ц pro вѣнец, хр҃тел pro хрститель, ис҃пвд pro исповѣд, испв҃дник pro исповѣдник, бд҃т pro бѹдет, пм҃т pro памет, бел҃пта pro белелѣпота, свтад҃ство pro свѣдѣтелство. Immo е҃ pro есть, и҃ pro иже, л҃ pro люд, н҃ pro нашь, с҃ pro слово; qua ratione lectio librorum glagoliticorum longe difficilior reddita est. Difficultatem hanc augent varii nexus et literarum duarum et plurium conjunctiones; quarum bene multas tam in Glagoliticis meis A. 1807 Pragae editis, quam in auctiori editione Historiae linguae Bohemicae A. 1819 Pragae impressa, aeri incidi curavi. Hic vero tabula IV. ejusmodi compendia e cyrillicis et glagoliticis codicibus collecta exhibet.

§. VII. Pro lectionis exercitio servire possunt specimina orthographiae, quae e vetustis codici-

bus

bus descripta hic subjungimus. Evang. Johannis C. I. v. 1—5. e codice Mosquensi quatuor evangeliorum A. 1144 scripto.

1. Искони a) бѧше b) слово. И слово бѧше ѿ ба̂ c). И бъ̂ бѧше слово.

In principio erat verbum et verbum erat a Deo, et Deus erat verbum.

a) Legunt искони alii. Sed antiqui codices figura ı pro и promiscue utuntur.
b) Pro terno бѧше alii legunt бѣ.
c) ѿ ба̂, legunt etiam codd. Hankianus, nunc Vindobonensis, et Mosquensis alter A. 1358. At Mosquensis tertius A. 1382 legit къбоу, et pro primo искони jam въначалѣ, uti recentiores codd. et editiones.

2. Се d) бѣ искони ѿ ба̂ e).

Hoc erat in principio a Deo.

d) се omnes alii codd. manuscripti et editiones antiquae, quia се respondet neutri слово, ut adeo mirer, quid editores posteriores movere potuerit, ut pro се *hoc* substituerent сей *hic*.
e) Mosqu. tertius pro ѿ ба̂ legit hoc loco въбзѣ *in Deo*. Alii recentiores uti v. 1. къ боу, editi к бгу *ad Deum*.

3. Все f) тѣмь g) бъı и безнего h) ничтоже i) небъı k) еже l) бъı m).

Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil, quod factum est.

f) Mosqu. secundus in plurali вса тѣмь бъıша, tertius praemissa conjunctione и, вса тѣмъ быша, Vindob. plane все тѣмь бъıша.

g)

g) тѣмь cum ь in fine omnes antiqui, excepto Mosquensi tertio, qui тѣмъ legit. Idem in бышa, бы pro ъı usurpat ы.
h) Alii omnes безнего. Mosqu. secundus безнегоже omisso и. Codex Serbicus Kopitarii и безьнегоже *et sine quo.*
i) ничтоже omnes alii.
k) Vindob. небъıсть, Mosqu. secundus небы postposito ничтоже. Mosqu. tertius бы omissa negatione не, uti codices recentiores et editiones, neglecta syntaxi slavica.
l) Mosqu. secundus еже pro юже antiquorum codicum.
m) Videtur hic, et antea bis, Slovo-Titla omissa, cum alii бы legant. Notandum, sequentis versiculi voces вътомь животъ бѣ in Vindobonensi et Mosqu. secundo conjungi cum versu priori.

4. Вътомь n) животъ o) бѣ. ижівотъ p) бѣ свѣтъ чл҃комъ q).

In ipso vita erat, et vita erat lux hominum.

n) вътомь cum ь leni in fine omnes, excepto Mosqu. tertio, quem jam recentiores codd. et editiones sequuntur.
o) Pro живот vitio scribae жи lineam quintam claudit et тъ sextam inchoat, omisso во. In Mosquensi secundo sequens бѣ deest.
p) животъ omnes alii. Mosqu. secundus животъже бѣ и свѣтъ.
q) чл҃комъ Mosqu. tertius, Vindob. чл҃вкомъ. Mosqu. secundus чл҃вкмъ, pro человѣкωмъ.

5. Исвѣтъ вътьмѣ r) свьтiть s) итьма t) юго u) непостиже x).

Et lux in tenebris lucet, et tenebrae eam non comprehenderunt.

r) Vindob. вотьмѣ, Mosqu. secundus et tertius вотмѣ.

s) Vindob. свьтитьса; igitur in utroque antiquissimo ь pro ѣ et і pro и. Mosqu. tertius свѣтитьса. Mosqu. secundus plane да свѣтитса.
t) Alii тма tenebrae.
u) кго etiam alii. Mosqu. autem secundus его, uti recentiores codd. et editiones, exceptis Serbicis.
x) непостиже non comprehendit. Sic etiam Vindob. At Mosqu. secundus legit необатъ, Moscqu. tertius необьптъ.

Addamus sextum et septimum versiculum e Vindobonensi codice, et conferamus eos cum codice Serbico Kop. longe recentiori.

6. Бы́стъ ч҃лвкъ посланъ ѿ б҃а има кмоу иωанъ y).

Fuit homo missus a Deo, nomen ei Johannes,

y) Codex Serbicus ч҃лкь pro человѣкъ, име pro има et Іωаннь.

7. Сь приде въ свѣдѣтѣльство. да свѣдѣтѣльствоукть о свѣтѣ да вси вѣроу имоуть имь z).

Hic venit in testimonium, ut testaretur de lumine, ut omnes crederent per illum.

z) Codex Serbicus, uti editi пріиде venit; свѣдѣтелсто testimonium, свѣдѣтелсвоукть testaretur, ω uti editi pro о de; sed емꙋ ei, editi vitiose pro имь per eum, δι' αὐτȣ̃.

Specimen alterum, Joh. X. 9—16. e codice Vindobonensi.

9) Азъ кємь двьрь. a) мною аще кто вънидеть сп҃сетса. и вънидеть изидеть b) и пажить обращеть c).

Ego

Ego sum ostium, per me si quis introierit, salvabitur, et ingredietur et egredietur, et pascua inveniet.

a) Alii двєрь janua, ostium.
b) Melius alii и изыдєтъ.
c) Cod. Serbicus обрѣщєть, editi ѡбрашєтъ.

10. Тать d) нєприходить нъ e) да оукрадєть и оубиєть и погоубить. азъ придохъ f) да живоτъ имоуть и боль g) имоуть.

Fur non venit, nisi ut furetur, et mactet et perdat: ego veni, ut vitam habeant et abundantius habeant.

d) Alias idem recte тать, non тать.
e) Pro нъ alii развѣ praeter, nisi.
f) Alii прїидохъ.
g) боль pro болє, alii лишьшє.

11. Азъ єсмь пастырь добрыи. и h) дшю своєю полагаю i) за овьца k).

Ego sum pastor bonus et animam meam pono pro ovibus.

h) Pro и cum aliis legendum est пастырь добрыи.
i) полагаєт in tertia persona alii; Serbicus codex, quamvis пастырь добрыи legat, tamen primam personam полагаю retinuit.
k) Cod. Serb. овьцѣ, sed editiones antiquae овьца, recentiores овцы, quae inflexio non Slavica sed Russica est.

12. А наимникъ l) иже нѣсть пастырь. ємоуже нєсоуть m) овьца своя. видить вълка n)

идоуща

идоуща о), и оставлакть овьца и бѣгакть. и вълкъ расхыщакть ıа р) и расподить q) овьца.

Mercenarius autem, qui non est pastor, cujus non sunt oves propriae, videt lupum venientem et relinquit oves et fugit, et lupus diripit eas et dispergit oves.

l) Editi наемникъ. καὶ graeci textus ante иже non legit Slavus.
m) нѣсоуть editi quidam et Cod. Serb. hoc loco, alibi несоуть.
n) Alii волка, et infra волкъ. Cod. Serb. влька et влькь neglecto, ut solet, discrimine inter ъ et ь.
o) градѹща editi, гредоуща Cod. Serb.
p) расхытить к Cod. Serb. расхититъ их editi.
q) распоудить scribendum erat.

13. А наимникъ r) бѣжить. ıако наимникъ кеть. и нерадить о овцах s).

Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, et non curat de ovibus.

r) накмникь et наимникь. Cod. Serb.
s) овцах alii.

14. Азъ кесмь t) пастырь добрыи. и знаю моıа. и знають ма моıа u).

Ego sum pastor bonus et cognosco meas, et cognoscunt me meae.

t) Alii кемь. Cod. Serb. subinde кесмь.
u) Cod. Serb. ме, мок pro ма, моıа.

15. Iакоже знакть ма отць. и азъ знаю отца и дшю мою x) полагаю за овьца.

Si-

Sicut novit me pater et ego agnosco patrem, et animam meam pono pro ovibus.

x) свою. Cod. Serb. convenienter syntaxi slavicae.

16. Инъı y) ѡвьцѧ имамъ. ꙗже несоуть ѿ двора сего и тъı z) ми подобакть привести. и гла҃ мои оуслъıшать aa). и боудеть кдино стадо. и кдинъ пастъıрь.

Alias oves habeo, quae non sunt ex ovili hoc, et illas me oportet adducere, et vocem meam audient, et fiet unus grex et unus pastor.

y) и инꙑ editi; инїк Cod. Serb. pro инꙑѧ.
z) тꙑѧ editi, тїик. Cod. Serb.
aa) оуслишеть Cod. Serb. neglecto, ut saepe, discrimine inter ъı et и.

Specimen tertium Joh. X, 1—3. e codice Ruthenico (potius Serbico) Bibliothecae Vaticanae.

1. Ꙗминь ꙗминь гл҃ю вамь. невьходеи a) двермѝ вьдворь ѡвчїи. нь прѣлазеи b) иноудѣ c) тать d) кеть и разбоиникь.

Amen amen dico vobis, qui non intrat per ostium in ovile ovium, sed transcendit aliunde, fur est et latro,

a) не входѧй editi.
b) прѣлазѣ Cod. Serb. Kopitarii, прелазѧ editi.
c) иноудѧ Cod. Serb. Kopitarii.
d) тьть Cod. Kopitarii, (cf. вꙑинъ pro воинъ cod. Hankiani). Ante тать addunt editi той, cum in graeco ἐκεῖνος legatur.

2.

2. Я въходеи двеꙃми, пастиꙃь e) ѥ ѡвцамь.

Qui autem intrat per ostium, pastor est ovium.

e) пастыꙃь editi. Serbici codices negligunt saepe et confundunt discrimen inter ы et и.

3. Ѳемоу двеꙃникь ѿвꙃьзаѥть f) и ѡвцє глась ѥго слышать g). и своѥ ѡвцє глашаѥть по имени и изгонить ѥ h).

Huic ostiarius aperit, et oves vocem ejus audiunt, et suas oves vocat nominatim et educit eas.

f) ѿверзаетъ editi.
g) слишеть Cod. Serb. Kopitarii, perperam posito и pro ъı. слышатъ editiones antiquae.
h) иχ Genitivum pluralem pro accusativo ѥ seu ꙗ habent editi.

4. И ѥгда своѥ ѡвцє i) иждеиеть, прѣними ходить. и ѡвцє поиѥм k) идоуть, ꙗко вѣдеть l) глась ѥго.

Et quum suas oves emiserit, ante eas vadit, et oves illum sequuntur, quia sciunt vocem ejus.

i) своѧ овцѧ editiones antiquae, recentiores russice овцы. Cod. Serb. ubique ѡвцѣ.
k) по немъ editi.
l) вѣдатъ editi.

5. По чюждемже неидоуть. m). ꙗко незнають чюждего n) гласа.

Alie-

Alienum autem non sequuntur, quia non noverunt alienam vocem.

m) Desunt hic нь бѣжеть ѿнкго, quae Cod. Serb. Kop. legit. Editi но бѣжатъ ѿ него, fugiunt ab eo.
n) чюждега Cod. Serb. Kop. cum inflexione recentiori vulgaris dialecti га pro го. Editi antiquiores чюждагѡ, posteriores чѹждагѡ.

6. Сию притчю рече имь Іс҃. ѡниже неразоумѣше о) что бѣше р) ꙗже глаголааше имь.

Hanc parabolam dixit eis Jesus: illi autem non intellexerunt, quid esset, quae loquebatur eis.

o) неразѹмѣша editi.
p) бѧше editi. бѣ Cod. Serb. Kop.

7. Речеже паки q) имь Іс҃. аминь аминь глаю вамь r) азь ѥсмь двepь s) ѡвцамь.

Dixit ergo iterum eis Jesus: Amen amen dico vobis, ego sum ostium ovium.

q) пакы recte Cod. Serb. Kop., паки editi, polonice.
r) Ante азъ legunt editi ꙗкѡ, quia, ὅτι.
s) Pro двepь Cod. Serb. Kop. пастирь pastor, utique vitiose.

8. Вьси ѥлико t) ихь прїиде прѣжде мене, татиѥ u) соуть и разбоиници. нь непослоушаше x) ихь ѡвце y).

Omnes quotquot eorum venerunt ante me, fures sunt et latrones: sed non auscultaverunt eos oves.

t) ѥликоже Cod. Serb. Kop. єликѡ editi.
u) татїе editi. тьтїѥ Cod. Serb. Kop. uti supra тьть pro тать. Alias ь est signum vocalis ambiguae, uti in нь, quod Russi legunt но, Serbi на.
x) но непослꙋшаша editi.
y) ѡвцје Cod. Serb. Kop. sed alibi ѡвцѣ. Editi antiquiores овца pro овцꙗ, recentiores russice овцы.

Oratio dominica Matth. VI, 9—13. ex editione Petropol. 1816.

Ѻ҆́ч҃е на́шъ, и҆́же є҆сѝ на нб҃се́хъ, да ст҃и́тсѧ и҆́мѧ твоѐ: да прїи́детъ цр҃ствїе твоѐ: да бꙋ́детъ во́лѧ твоѧ̀, ꙗ҆́кѡ на нб҃сѝ, и҆ на землѝ. Хлѣ́бъ на́шъ насꙋ́щный a) да́ждь на́мъ дне́сь: и҆ ѡ҆ста́ви на́мъ до́лги на́шѧ, ꙗ҆́кѡ b) и҆ мы̀ ѡ҆ставлѧ́емъ должникѡ́мъ на́шымъ: и҆ не введѝ на́съ во напа́сть, но и҆зба́ви на́съ ѿ лꙋка́вагѡ. Ꙗ҆́кѡ твоѐ є҆́сть цр҃ствїе и҆ си́ла и҆ сла́ва во вѣ́ки. А҆ми́нь.

a) Ms. Serb. Kop. насꙋщьствнїи. Ms. Pragense насꙋщьствныи.
b) Ms. utrumque ꙗкоже pro ꙗкѡ. In reliquis praeter Orthographiam conveniunt cum textu hic impresso.

Grammaticae Slavicae

Pars I.

De vocum formatione.

Caput I.

De syllabarum radicalium Structura.

§. 1.

Voces compositae e simplicibus constant, uti благовѣствованїе evangelium, bona annunciatio, ex благо et вѣствованїе; законопрестȣпленїе legis transgressio, ex закон, пре et стȣпленїе; закон vero ex за et кон.

Simplices voces sunt aut primitivae, ut благо, aut derivatae, uti вѣствованїе, стȣпленїе.

E primitivis aliae sunt nudae, quae syllabam radicalem sine servili litera exhibent, ut благ, за, кон, пре, стȣп; aliae auctae, i. e. servili litera indutae seu formatae, ut благо, стȣпленїе. Accessit enim syllabae radicali nudae благ terminatio generis neutrius о; et syllabae стȣп terminatio participii passivi ен, ob labialem п inserto epenthetico л: стȣплен, unde verbale стȣпле́нїе.

De-

Derivatae ab aliis vocibus jam formatis deducuntur, uti verbalia вѣствованіе, стѹпленіе immediate a participiis passivis вѣствован, стѹплен verborum вѣствовати, стѹпити. Ex his стѹпити primitivum est a nuda radice стѹп formatum, вѣствовати vero derivatum, immediate a вѣство, hoc autem a вѣсти, alias вѣдѣти deductum, cujus nudam radicalem syllaba вѣд constituit.

In investigandis igitur vocum polysyllabarum etymis radicalis syllaba a servilibus literis, quae in formatione vocum accedere solent, accurate distinguenda est. Vocis derivatae et simul compositae преизбыточествовати superabundare, proximum etymon, rejecta praepositione пре, est избыточество, remotius autem избыток, quod superest. Hujus autem compositae et derivatae vocis, rejecta praepositione из et terminatione ок, primitivum erit быт, ab Infinitivo быти formatum. Resecta etiam terminatione ти remanet nuda radicalis syllaba бы.

Vocis decompositae засвѣдѣтелствовати testificari, rejecta praepositione за, etymon compositum est свѣдѣтелство testimonium, hoc autem accedente terminatione ство a свѣдѣтель deducitur, hoc vero ab Infinitivo свѣдѣти derivatur. Haec autem vox constat ex praepositione с, et simplici verbo вѣдѣти scire, ut itaque testis свѣдѣтель dicatur, quod rei conscius sit. Rejecta terminatione Infini-

tivi

tivi ѣти. Constat igitur засвѣдѣтелствовати ex tribus simplicibus elementis за, с, вѣд, quae conjuncta, accedentibus formativis ѣти, ел, deinde ство et овати vocem septem syllabarum produxere. Sic преизбыточествовати a бы, accedentibus formativis ти, ок, ство et овати, derivatum, et cum пре et из compositum est.

Itaque, cum formatio vocum sine cognitione radicum et literarum, quae his accedere solent, clare exponi non possit, consideranda sunt primum simplicissima vocum stamina et primigenia syllabarum radicalium structura, deinde literarum formativarum functiones.

Classis I. Syllabarum radicalium.

§. 2. Classe I. continentur eae syllabae, radicem constituentes, quae aut sola vocali, aut unica consona initiali, et vocali finali, quae tamen in paucis etiam abesse possit, constant; suntque sequentes:

1.	—	а	о	у	—	—	и	ꙗ	—	—
2.	въ	ва	—	—	вы	—	ви	—	вѣ	—
		ба	бо	бу	бы	—	би	—	бѣ	—
		па	по	—	—	—	пи	пꙗ	пѣ	—
		ма	—	—	мы	—	ми	мꙗ	—	—

3.	нъ	на	—	ну	ны	не	ни	—	нѣ	—
		ла	—	—	—	—	ли	—	—	—
		ра	—	ру	ры	—	ри	—	рѣ	—
4.		да	до	ду	—	—	—	—	дѣ	—
	тъ	та	—	ту	ты	—	—	тѧ	—	—
5.		за	—	—	—	—	зи	—	зѣ	—
		—	—	—	—	же	жи	жѧ	—	жю
	съ	—	—	су	—	сь	си	—	сѣ	—
		—	—	—	—	ше	ши	—	—	—
		—	—	—	—	—	ци	—	—	—
		—	—	—	—	че	чи	чѧ	—	чю
6.		ха	—	—	—	—	—	—	—	—
	къ	ка	—	ку	кы	—	—	—	—	—

Syllabas во, но, со, ко, cum vocali euphonica, huic indiculo insertas non reperies, cum ad въ, нъ, съ, къ referendae sint. Sic et femininum та et neutrum то а тъ, си (ἥ) vero et се hoc, a сь orta sunt.

§. 3. Continentur hac tabula prima stamina plurium partium orationis, et quidem

a) Pronominum personalium:

и eum, ѩ eos, є id, ю eam.

ва, fem. вѣ nos, primae personae Dualis.

м primae personae nota, inde ми mihi, мѧ me,
мы nos (ἡμεῖς).

ны nos (ἡμᾶς), нам nobis, нас nostrum.

ты tu, ти tibi, тѧ te.

De-

Determinativorum et demonstrativorum:
тъ ille, iste, fem. та, neutr. то; inde adverbium тꙋ isthic, illic.
сь hic, fem. си, neutr. се, inde Interjectio се ecce.

Reciproci recto carentis: ся se, Dat. си, Gen. себе.

Relativi: же, quod pronomini и suffigi solet: иже, яже, еже, qui, quae, quod.

Interrogativorum: че, cui determinativa то et со suffiguntur; hinc что, чесо, quid; et к, cum quo то conjungi solet: кто, quis?

b) Verborum, quorum praeterita simplicia prima themata exhibent:
би feriit; hinc бити, бїю.
пи bibit; hinc пити, пїю. мы lavit; hinc мыти, мыю.

Eadem ratione a вы, ви, вѣ, ба, ви, ны, ла, ли, ры, рѣ, да, дѣ, ты, та, сѣ, ши, чи, ча seu ча, чю seu чꙋ, ка, кꙋ formantur Praesentia выю, вїю, вѣю, бїю, баю, ныю, лаю, лїю, рыю, рѣю, даю, дѣю, тыю, таю, сѣю, шїю, чїю, чаю, чꙋю, каюся, кꙋю. A themate жи: жити, живꙋ vivo. Ab и: ити, идꙋ eo, a ше vero шедꙋ, a бѣ fuit, aut a бы: быти, fut. бꙋдꙋ ero.

A ма, ми, мя, ри, дꙋ, зи, сꙋ, кы: манꙋ, минꙋ, мянꙋ, ринꙋ, дꙋнꙋ, зинꙋ, сꙋнꙋ, кынꙋ.

A пя tetendit, пяти, Praes. пнꙋ. Sic etiam мнꙋ, тнꙋ, жнꙋ, чнꙋ, a мя, тя, жя seu жа, чя seu ча, exclusa vocali thematis formata sunt.

c) Particularnm non flexibilium, uti Praepositionum: о, у, въ, вѣ, па, по, на, до, за, съ, къ; Conjunctionum: а, и, бо, нъ, ли, да; Adverbiorum не, ни, нѣ. Haec, uti Praepositiones aliis vocibus praefixae, composita constituunt: оумы abluit, почто quare, пода porrexit, забы oblitus est, сниде descendit, недѹг morbus, нечист immundus, никто nemo, ничто et ничесо nihil, нѣкто aliquis, нѣчто aliquid etc. Constat itaque никтоже ex elementis: ни-к-то-же; et ничесоже ex ни-че-со-же.

d) Substantivorum et Adjectivorum, si litera servilis in fine accedat. Sic дѣй, in compositis злодѣй malefactor, любодѣй fornicator, est persona agens, factor, a дѣ seu дѣю. Eodem modo derivatur бой praelium a би seu бїю caedo, жив vivus a жи, живѹ vivo, пиво potus a пи, пїю bibo, дар donum a да, даю do, вѣтр ventus a вѣ, вѣю, вѣти flare, et infinita alia. Formas autem Substantivorum et Adjectivorum primitivas, quae nulla servili auctae sint, haec tabula nullas comprehendit. Neque Illyricum нада spes, expectatio, cujus compositi pars altera да syllaba radicali nuda constare videtur, objici potest. Nam нада ex надежа, pro надежда, a надѣю seu надеждѹ contractum est. Lusatarum vero inferiorum *sa* i. e. за lacryma ex *lsa* ortum, et ipsum

lsa

lsa ex слза seu слеза, apud Lusatas superiores селза, contractum est.

§. 4. Cum Lexicon radicum hoc loco inserere non liceat, saltem primae seriei hujus classis significatus paucis indicabimus.

а Conjunctio, at, sed, et.

о seu ѡ Praepositio, de: ѡ нем de eo, ѡ ком de quo.

ѿ, Interjectio, o!

у 1. Praepositio, apud: у негѡ apud eum, у когѡ apud quem.

у 2. Adverbium: не у, nondum. уже jam, compositum ex у et же.

у 3. Stamen verbi simplicis ути, ую, cujus composita изую exuo, et ѡбую induo, in usu sunt.

убо ȣ҃, itaque, compositum ex у et бо.

и 1. Conjunctio, et: идем и мы, imus et nos. ибо etenim, compositum ex и et бо enim. или aut, compositum ex и et ли an.

и 2. Pronomen, Accus. и eum, Instrum. sing. имь per eum, Gen. plur. их eorum, ѿних ab iis, Dat. им iis, к ним ad eos, Instrum. ими per eos, с ними cum iis. Ante vocalem и transit in consonam j: єгѡ ejus, ємȣ ei; єѧ ejus (feminae), єи ei fem., ю eam, є Accus. id, ѧ eos.

иже ex и et же compositum Pronomen relativum, qui, fem. ѧже, quae, neutr. єже quod.

и 3.

и 3. Stamen verbi ити ire, cujus Praesens идꙋ eo, Praet. иде ivit.

ꙗ stamen verbi ꙗти capere, Pret. ꙗ, ꙗт, Praesens имꙋ.

ꙗ eos, eas, ea, Acc. plur. ab и. ꙗже ab иже.

ѥ, ѥт, ѥти Serbici codices pro ꙗ, ꙗти.

ѥ seu є id, Accus. gen. neutr. ab и; ѥже ab иже.

ю eam, Accus. fem. ab и. юже ab иже.

Specimen hocce facile augeri potest, si omnia derivata et composita ipsi syllabae radicali subjiciantur. Sub жи ex. gr. non solum жив, живот, ѡживꙋ, поживꙋ, житїе, житель, жителство, жителствꙋю, sed etiam жизнь, жито, житница, пажить et compositorum, quorum primam partem живо constituit, copia collocanda erit.

§. 5.

Classis II. syllabarum radicalium, quae duabus consonis aut vocali initiali, quae consonae aequivalet, et consona finali constant.

A vocali solida inchoantia:

1) уй. 2) ов, аб, об, ѡб, упь, ум. 3) он, ун; ул; оꙑ. 4) уд, от, ѡт. 5) аз, уз, ось, ус. 6) аг уг; ух; ок, ук.

увѡ refer ad у et во primae classis.
упь confer cum вѫпь,
уз confer cum вѧз.
уже jam, refer ad у et же primae classis.

уже

ужє funis, refer ad уз: уза.
уши aures, refer ad ух: ухо.
очи oculi, refer ad ок: око.
учити docere, refer ad ук: ука.

A vocali liquida:

1) ꙗй, ѥй. 2) ив, ꙗв, ꙗб, ꙗп, ꙗм. 3) ин, юн; ил, ꙗл, ѥль, ꙗр. 4) ꙗд, ѥд; ꙗт. 5) из, ꙗз, ѥз; ѥж; ꙗс, ѥс. 6) иг, ꙗг, юг; юх; ꙗк, ѥк.

идȣ eo, refer ad и: ити primae classis.
юза, юзник refer ad уз: уза.
южика cognatus, refer ad уз; ужє.
южный, южскый australis, refer ad юг.
ѥчати sonare, refer ad ѥк.
юхати odorari, refer ad ух: ухати.
ꙗкѡ quia, ꙗкый qualis, vide sub ак derivata ab и.

A labiali в:

1) вой. 2) ваб, вап, вълпь, вым. 3) вън (внѣ), вонь, вын, вин, вѣн; вла, вал, вол, вел, вил; врѣ, вар, вер, вѣр. 4) вад, вод, вед, вид, влад, вѣд; вет; вит, вѣт. 5) въз, вез, ваз, вѣж; вас, вес, вась, выс, вис, вѣс; (вош), веч. 6) вѣх; вык, вѣк.

вивати refer ad ви: вию seu винȣ primae classis.
волити, вола refer ad вел: велѣти velle.*
водити, вождȣ, вождь refer ad ведȣ ducere.
воз, возити refer ad вез: везȣ vehere.
вез in вездѣ ubique, refer ad весь omnis.
вос in восток, восход refer ad въз seu воз.
выше, вышнїй refer ad выс: высок altus.
вѣшаю refer ad вѣс: вѣсити suspendere.
вѣщаю refer ad вѣт, unde etiam вещ res, pro вѣщ.

вѣчный aeternus, est a вѣк seculum.
вага libra, est a germ. *Wage*, inde важити.

A labiali в:

1) вꙋй. 2) вав, вае, вое. 3. ван, вал, воль, выл, вѣл, вле, влю; вар, вор, вꙋр, вер (вра), вир, вре (ври). 4) вод, вѣд, вд (вдѣ); вот. 5) воз, вез; вос, вѣс, вꙋч. 6) вог, вѣг; вох; вок, вꙋк, вык.

вой praelium, et Iterativum вивати, refer ad ви: вити primae classis.
выв, вывати refer ad вы: выти.
влюю in Infinitivo влевати vomere.
вѣжати fugere, refer ad вѣг: вѣгꙋ.
вожїй, вожество, ad вог.
вич flagellum, ad ви: вїю.

A labiali п:

1). 2) пав, поп, пꙋп. 3) пень, пѣн; пал, пол, пыль, пел, пил, пла, плꙋ, пле, плѣ, плю; пар, пыр, пир, пер, пир, пра, про, пре, при, прѣ, пр. 4) пад, под, пꙋд, падь; пот, пꙋт, пꙋть, пыт, пит, пат, пать, пт. 5) паз, пас, пес, пис, пѣс; пше, пач, пꙋч. 6) пꙋг, пѣг; пах, пꙋх, пых, пих (пха), пѣх; пак, пꙋк, пек.

пой in напой potus, напоити ποτίζειν, et пиво refer ad пи: пїю primae classis.
пепел cinis; compositum ex по et пел, refer ad пла: плати, палити.
поне saltem, utpote compositum refer ad по et не, pro ѥ seu е, ab и. Sic et понеже resolvendum est in по, не (е) et же.
пр: addita terminatione Praeteriti ѣ: прѣ, inde прѣти, cujus Praesens прю, a quo пря lis.

поз in поздѡ, поздѣ est e по et с, mutato с in з ob д sequens.
пос in послѣ post, itidem e по et с, cui servile лѣ accessit.
пѣш, пѣшїй pedes, refer ad пѣх, inde et пѣхота pedites.
печ in печаль moeror, (forte et печать sigillum) refer ad пекѹса.
пещь furnus, est a пекѹ pinso.
пища cibus, a питати nutrire, alere.

A labiali м:

1). 2). 3) мен (мн), мень, мн (мнѣ) мѣн; мал, мол, мел, мил, мѣл; мор, мир, мїр, мѣр, мр (мрѣ). 4) мѹд, мед, мѣдь; мат, мот, мѹт, мыт, мет, мат, мѣт. 5) маз, моз, мѹж; мыс, мас, мѣс, мыш; меч, мач. 6) мог; мг (миг), мах, мох, мѹх, мѣх; мак, мок, мѹк, мак, мк.

май Majus, peregrinum est. мой meus, ope ой derivatum, refer ad м (ма, ми, мы) primae classis.
мимо praeter, refer ad минѹ, мїю.
мажѹ ungo, масть, масло ad маз: мазати.
межа limes, междѹ inter, ad мед.
мжити, мизати nictitare, мжа nictitatio, ad мг.
мѣшати miscere, ad мѣс: мѣсити. мшѹ ad мъх, мех, Russ. мох, Serb. et Carniolis мах, muscus.
мочити, мѹчити ad мок, мѹк. мче in промче ad мк: мкнѹ.
мощ, мощи, магати, можен, ad мог: могѹ possum.
магкый mollis Russicum est, ortum e Slavico мак: маккый.

A linguali н:

1) най. 2) нов, нив, нев, нѣм. 3) нын, нан; нор, нѹр, нык, нр (нрѣ). 4) над, нѹд; нить.

5)

5) низ, нз (нзе), нож, нес, нос. 6) наг, ног, нѣг, нак, ник.

наю, нам, нас, наш, cum a fine aucta sint, ad ны primae classis referenda sunt.
нажити, обнажити, nudare, refer ad наг nudus.
ноз in ноздри nares, ad нос nasus.
нѫжда ad нѫд: нѫдити cogere.
нижак, нижнїй, ad низ, нижѫ, низѫ deorsum.
ниже neque, compositum est ex ни et же.
ношѫ, носити portare, refer ad нес: несѫ.
ниц pronus, et ничѫся, ad ник: никѫ.
нищ pauper, est derivatum a ничто nihil.
нощ nox, si щ ortum sit ex кт, radicem incognitam нок supponit.
взнак supinus, est ex вз et нак, germ. *Nacken*.

A linguali л:

1) лай, лой. 2) лав, лов, лев, лѣв; лъв (лов), лѫв, лев, люв; лап, лоп, лѫп, лип, лѣп; лом. 3) лан, лон, лѫн, лен, лин, лѣн, лн (лнѫ); лел, лил. 4) лад (лод), лѫд, лед, лад, люд; лет, лѣт, лѣть, лют. 5) лаз, лоз, лиз, лаз (лѣз), лож, лѫж; лас, лос, лыс, лис, лѣс, лиш. лиц, лѫч. 6) лаг, лѫг, лег, лаг (лѣг), лг (лга); лих, лях, лѣх, лак, лок, лѫк, лык, лик, лак, лѣк.

лежати jacere, ложе lectus, ложити, лагати ponere, refer ad лаг: лагѫ.
лжа mendacium, лож mendax, ad лг: лгати. Praesens лгѫ et лжѫ.
лож in ложица (лжица) videtur peregrina radix, Confer germ. *Löffel*, et graec. λαβὶς.
лишити orbare, лишенїе defectus, ad лих refer.
лише superflue, ad лих.
личный personalis, ad лице facies, persona.

лѣчити

лѣчити mederi, лѣчка curatio, ad лѣк.
лочити lambere ad лок: локати.
лаща lens, lentis, siquidem щ ex т ortum sit, ad hanc classem, non ad tertiam, spectat.

A linguali р:

1) рай, рой 2) раб, рев, рв (рва); раб, рѹк, рыб, реб, раб; роп, реп, рѣп; рам, рем, рѹм. 3) ран, рѹн, рѣнь. 4) рад, род, рѹд, рщд, ряд, рѣд, рд (рдѣ), 5) раз, роз, риз, рѣз; раж, ръж (рож), рыж, рж (ржа); рос, рѹс, рысь, рас, рѣс, рѹш, рѣш; рач, рѹч. 6) рог, рѹг, рыг; рѹх, рых; рак, рѹк, рык, рѣк (рек).

раб servus, равен aequalis, in aliis dialectis роб, робен.
ров fovea, refer ad ры: рыю fodio. Ab eodem рылец, рыло derivantur.
ринѹ, ѿринѹ, repellere, refer ad рѣю primae classis.
рало aratrum, pro орало, refer ad ор: орати arare.
раждаю genero, pario, refer ad род: родити.
рожен veru, stimulus, refer ad ражень.
рожа a peregrino *rosa* ortum est.
рожец, рожци, *κεράτια*, siliquae, refer ad рог cornu. Huc refer et Adject. рожан.
рождїе est collectivum a розга palmes; refer utrumque ad роз pro раз. Alternant enim а et о in hac particula.
ржа, ржда aerugo, refer ad рдѣти, a quo differt ржѹ, ржати, hinnire.
рас in распнѹ, распинаю dispando, crucifigo, refer ad раз.
рачица est diminutivum a рака tumba.
рѹчка vas, urna, refer ad рѹка.

A litera д:

1) дой. 2) дав, два (двѣ), дев, див, дѣв; доб, дѹб, деб, дѹп; дом, дым, дмѹ. 3) дын, день, дно; дал, дол, дѣл; дар, дер (дра). 4) дѣд, дат, дѣт. 5) дѣж, дес, дѣс. 6) дѹг, дег; дх (дых), дик.

A дой formatum est доити lactare.

A дав 1) давити, удавити suffocare; a дав 2) давнѡ pridem. A дев 1) деверь levir; a дев 2) девать novem. A дѣв дѣва puella, virgo. A див mirum, дивитися mirari. Ad доб spectant доба, добрый. дѹб est quercus. A деб est дебрь vallis. A дѹп дѹпла concavitas. дом est domus; дым fumus, quod ad дмѹ referri possit.

дына pepo, день dies, дно fundus. A дал далѣе longius, далекый longinquus, remotus. A дол долѹ, долѣ deorsum, humi. A дѣл est дѣлити partiri, at дѣло opus, est a дѣю. A дар ударити percutere. A дерѹ, драти, lacerare est Iterativum дирати, et дира foramen.

дѣд est avus, дѣта infans.

дѣжа convenit cum germ. *Döse.*

A дес 1) est десать decem; a дес 2) десный dexter, десница dextera; a дес 3) десна, plur. десны (Boh. дасне) gingivae. A дѣс est Boh. дѣсити terrere.

A дѹг est compositum недѹг morbus et дѹж robustus, дѹга vero est iris. A дег est Russ. деготь (olim apud Boh. *dehet*) pix liquida, germ. *Theer*. A дх est дхнѹ seu дохнѹ, Iterativum дыхати, Praes. дышѹ, spirare. At дѹша anima est a дѹх spiritus, quod est formatum a дѹ: дѹю primae classis.

дик in dialectis est idem, quod slavicum дивїй ferus, incultus.

A

A litera т:

1) тай. 2) топ, тѹп, теп: том, тем (тм), тим, тѣм. 3) тънъ(тон), тѹн, тын, тен, тин; таль, тол, тѹл, тыл, тел, тѣл, тл (тлѣ); тор, тѹр, три, тр (трѣ, тры). 4) тать, тѹт, тет, тат. 5) тез, таз; тес, тис, тѣс; тѹч. 6) тѹг, таг; тѹх, тих, тѣх. ток, тѹк, тык, тек, тк (тка), тк (тче).

Ab adverbio тай, occulte, formantur таити occultare, тайна mysterium etc. At таю, таяти liquescere, refer ad та primae classis.
тѹп est obtusus, hebes, inde тѹпити.
A тем seu тьм est тьма tenebrae, inde темный, темница carcer. A тьма differt тма myrias.
тимѣнїе et тина coenum, faex, non significatu, sed secunda radicali differunt.
тѣма est sinciput, vertex.
A тон formatur adjectivum тонкый, tenuis. тонѹ, mergor, convenit cum топнѹ, топити,
A тѹн formatur adverbium тѹне (тѹнѣ) gratis, frustra. тын est sepes, a тен vero тенето cassis, plaga.
тѣнь est Russis umbra, pro Slavico сѣнь seu стѣнь.
тѹл est pharetra; тыл occiput, tergum.
тлл corruptio, a тлѣти, unde et тлѣнїе.
телец vitulus, differt a тѣло corpus, non solum forma, sed et ipsa radicalis syllabae vocali.
трїе, три, tres, tria, in derivatis et compositis vocalem mutat; hinc тре, трое, троица trinitas.
скверна macula, inquinamentum: скверен communis, impurus; скверити coinquinare; скверитель Hebr. 12, 16. βέβηλος, profanus. Croat. ſzkruna est labes. Carn. ſkrun foedus, ſkrunoſt turpitudo, oſkruniti foedare. Confer Russ. скварa impuritas, sordes, et Suec. *skarn* coenum, lutum.

сквозѣ per. Croat. ſzkoz, Carn. ſkus, ſkusi, Russ. сквозь.

скважна, скважнина et скважина foramen, rima.

склабитися subridere. Serb. скликитисе ringendo ridere. Boh. ssklebitise ringi, ringendo flere; osskljbatise os torquere, ringi. Alia a скл, uti сглад, склон, склоп sunt composita ex praepositione с et клад etc.

скрекꙋ, скрести, Russ. скресть, scabere, Pol. skrobać, olim skrabać, Boh. sskrabati, Carn. ſhkerbati, ſhkerblati.

скрбь, скорбь θλίψις, tribulatio; λύπη, tristitia Joh. 16, 6. 21. скорбен afflictus, tribulationem patiens, скорбни быша Matth. 17, 23. contristati sunt. скорбѣти tribulari, contristari. Cro-

atis

atis szkerb est cura, sollicitudo, anxietas, szkerbim curo. Carn. ſkerb, ſkerbim.

скранїа plur. tempora, Russ. виски. Pol. skroń, f. skronie plur. Boh. sskranje et židowiny, Carn. ſenzi *Schläfe*, at iisdem skranja est mentum, skranjiſhe maxilla. Alexjejew citat e Prologo et обочїе pro скранїа. Est autem обочїе locus circa oculos; Bohemis obočj supercilia. Voce обочье usus est antiquus interpres libri Judicum 4, 21 et 22. At cap. 5, 26. челюсть (mandibula) habet pro *κρόταφος*. Verum Bibliorum Correctores his in locis recte substituerunt скранїа. Psalm. 131, 4. etiam Ostrog. editio legit покой скранїама моима *ἀνάπαυσιν τοῖς κροτάφοις μου*, requiem temporibus meis; at Psalterium Venetum 1561, quod primae versionis Slavicae vocabula studiosius servat, hoc loco legit кротафома. Caruisse itaque videntur meridionales Slavi vocabulo apto ad exprimendam vocem graecam *κρόταφος* et carent hodiedum, Croatis enim tempora sunt szlepoochje, Serbis et aliis Illyriis слепо око, sljepe ocsi.

скрина Hebr. 9, 4. in Apostolo anni 1324 pro ковчег, *κιβωτὸς*, arca, cista. Russ. скрин, m. et скринка, f. Pol. skrzynia, skrzynka, Carn. ſkrina, ſkrinja. Croat. skrinya (шкрина), Boh. sskrzinje, sskrzinka. Confer lat. scrinium, germ. *Schrein*, Suec. skrin.

скрѣнство Ephes. 5, 4. in eodem Apostolo pro кощуны, *εὐτραπελία*, scurrilitas, dicacitas, sales, joci. Serbis кренути, скренути, movere, amovere. Confer etiam скомрах ludio, joculator.

скрозѣ in eodem Apostolo pro сквозѣ, per, Serb. abjecto с hodie кроз, кроза. Boh. skrze. Confer Russ. чрезъ, черезъ, per, trans.

скрежет stridor. Matth. 8, 12. скрежет зубом, *ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων*, stridor dentium. скре-

жетати, скрежещѹ, stridere, frendere. скрегтати idem, quod скрежетати, Croat. skergutati, skerguchem, Boh. skrzehot (скрегот) stridor. Differt скрипѣти strepere, quamvis Croatae skripati, skripanye, Carn. shkripati de stridore dentium usurpent. Vide ſkrzyp in Lexico Polonico summa diligentia a clariss. Linde conscripto, et confer skrzek (скрек) sub skrzeczeć.

скрижаль tabula. Hebr. 9, 4. скрижали завѣта, αἱ πλάκες τῆς διαθήκης, tabulae foederis. Bohemis krzižalky sunt segmenta pomorum, laminarum instar, sic dicta, quod sectio transversim (на криж) fiat, Croatis transversarius est prekrisni, transverse na krisczc, et krisczc, Carn. krishama, a kris, krish (lege криж) crux. Inde Serbis крижати dissecare. Est itaque скрижаль vox composita et ad radicem криж referenda.

A litera ш et щ:

швыр, швиг, шпак, шмер, шмѹр

шлап, шлем, шелк,

шарп, шерсть, шерш,

шаст, шест, шѹст.

шкап, шкѹл, шкар, шкѹр, шквар, шквор, шкрат.

щав, щек, щап, щеп, щип, щѹп, щем.

щен, щель, щѹл, щер, щир, щѹр, щерб, щерк.

щад, щед, щѹд, щет, щит, щѹт, щаст?

щег, щк (щка), щек, щок, щик, щѹк.

Ad

Ad ш spectant bisyllaba шалаш tugurium pastorum, шатер tentorium, Russicum шорох strepitus, et peregrina bene multa, quae in Lexicis aliarum dialectorum collecta habentur, ex. gr. школа a schola, шкода, a germ. *Schade*, Suec. skada, штампати apud Serbos et Croatas imprimere, ab Ital. stampare, Pol. szruba, Boh. ssraub, Russ. шуруп, a germ. *Schraube*, Polonorum szlachta nobiles, nobilitas, e veteri germ. slahta, slahto (*Geschlecht*) orta sunt. Cum c facile, ante consonantes praecipue, in ш transeat, multa, quae apud alios ab ш inchoantur, in indice slavicarum vocum sub c locata reperies. Serborum шлива prunus, cum notissimo potu шливовица, et aliis derivatis, sub слива; шлѣме sub слема, шлѣз sub слез, шврака pro сврака sub срака, шкопац sub скопец quaerenda erunt. Pro шалаш Moravi, Slovaci, et Poloni quidam салаш pronunciant. In voce peregrina шафран, Serb. шавран, germ. *Safran*, omnes ш pro c pronunciant, praeter Dalmatas et Bosnenses, qui, litera ш in ч mutata, dicunt чафран. Legitur nunc шафран in Bibliis slavicis Cant. 4, 14., ubi vetus interpres graecam vocem крокос servaverat, et Prov. 7, 17. pro *κρόκινον*, ubi antea желтаница legebatur. Est autem желтаница nunc Russis Carthamus tinctorius L. quem Germani *Saflor* dicunt. Alias etiam icterus желтаница vocabatur.

Ma-

Maluerunt itaque correctores Bibliorum vocem peregrinam ambiguae substituere. Sed et шелк et шлем peregrinae voces sunt. Pleraeque autem in indiculo positae ex aliis dialectis colligendae erant, cum in libris slavicis antiquis voces ab ш inchoantes, quae tribus aut quatuor consonis constent et ad hanc classem pertineant, observare non liceat. In vulgaribus vero Lexicis omnes fere voces, quae a шм, шн, шл, шр, шт, шк incipiunt, aliunde assumtae, non in solo patrio natae sunt. Apud Serbos tamen et Bohemos quaedam a шт inchoantes sunt slavicae originis, sed sub щ quaerendae sunt.

швырати Russis est jacere, projicere.

швигати, Bohemis sswihati virgis caedere, vibrare scuticam; inde Serborum швигар extremum scuticae, germ. *Schmitze*, gall. la touche.

шпак Polonis sturnus, шпачек dim. idem, etiam Bohemis.

шмель Russ. vide чмель.

шмер Pol. murmur, strepitus, cum quo diligentissimus Linde nullam aliam vocem conferre potuit, quam Russ. шорох et щокорт.

шмѹр in libris glagoliticis est catinus.

шлапь f. Polonis gradus, gressus major equi. Boh. sslapiti, sslapati, gradi, calcare. Pol szłapić, szłapać. Boh. sslepjeje, sslapjeje gressus, vestigia. Conf. germ. *schlappen*. Russis шляпа est pileus.

шлем galea, περικεφαλαία, Ephes. 6, 17. et 2 Thess. 5, 8. et in pluribus Vet. Test. locis, uti 1 Reg. 17, 38. 2 Paral. 26, 14. Sap. 5, 19.

Isai.

Isai. 59, 17. Jer. 46, 4. Ezech. 23, 24. et 27, 10. 1 Macc. 6, 35. In libris glagoliticis et шлим. Russ. шелом, шолом. Affine est germ. *Helm*, Suec. hjelm. In Moravia шлем et hodie in usu est, sed de ornamento muliebri capitis. Pol. Slov. Cro. et Illyr. immo et Russi galeam voce peregrina appellant.

шелк sericum, Apoc. 18, 12. Confer Suec. silke. Serb. et Croat. свила. Pol. jedwab, Boh. hedwabj, hedbawj. Carn. et Lusat. жида, a germ. *Seide*. Vide supra шик, quod eliso л ex шилк ortum est.

шарп, Pol. szarpać, carpere, rozszarpać, discerpere, quae cum Boh. sapati et rozsapati conferenda sunt.

шерсть, f. Russis lana, Pol. szerchla vilior lana Boh. srst collect. villus, pili, Pol. sierć, (olim sierść et sierchl) idem. Serbis, Croatis Carn. длака sunt pili.

шершень, m. crabro, *Hornifs*. Plur. шершни Exod. 23, 28. Deut. 7, 20. Etiam in hac voce, uti in шерсть, ш ex с ortum est. Nam Serbis crabro est сршлѣн, Croat. et Carn. сершен, Boh. srsseň, Pol. sierszeń et szerszeń.

шатер, gen. шатра, peregrina vox nullibi alias in Bibliis slavicis lecta, a correctoribus in nova libri Judith versione e Graeco, cap. 10, 18. adhibita fuit ad exprimendam vocem παρὰ σκηνώματα: по шатрωм. Antiquus interpres, hoc in libro latinum Vulgatae textum secutus, voce стан usus est. Legit enim v. 16. к станѹ, ad tabernaculum. Biblia Bohemica ab eo inspecta fuisse suspicor. Alibi graecum σκηνὴ vocabulis сѣнь, кѹща, селенїе, immo et дом, храм interpretes expresserant, voce barbara шатер, seu vulgo шатїор (їо uti lat. jo pronunciando) nuspiam uti voluere. Nunc quidem шатор omnibus Slavorum populis, Bohemos si excipias, notum. Po-

loni szatra dicunt pro шатор. Serbi шатор et чадор; шатра vero iis est tentorium mercatorum.

шаст Russis, ssust Boh., szast et szust Pol. sonus ad signandum celerem motum cum strepitu. Hinc Russ. шастати, Pol. szastać, strepitum ciere, Boh. ssustjeti, ssaustati. Serb. шушкати et шуштати, шушнути strepere.

шестъ Russis contus. шесток praefurnium, focus. At шествïе gressus, iter, refer ad ше: шедꙋ primae; sicut et numerale шесть sex, ad шес secundae classis.

шкап: quaere in Lexicis Polonicis szkapa vilis equus, szkapina caro equina.

шкꙋл: vide Croat. skulya specus, spelunca, Boh. sskulina rima.

шкаред Russ. foedus, turpis, refer ad скаред.

шкура Russ. pellis, cutis, refer ad скора.

шквара Russ. scoria, confer cum Pol. skwara. Boh. sskwarck cremium, cum Pol. skwarek, Croat. oczvirek.

шквор: apud Boh. sskwor forſicula auricularia, germ. *Ohrwurm, Ohrkäfer.* Serb. уволажа (*Ohrenkriecher*), Cro. striga, Carn. ſtrigalza, ſhtrigla. P. Marco et ſqvor, quod e libro Bohemico hauserit et suum fecerit.

шкроб: Boh. sskrob amylum, confer cum Pol. skrob, et Russ. скорбило, Carn. kerſka, e germ. *Kraftmehl*, corrupta vox, syllaba *Kraft* in krob mutata, unde praeſixo c sskrob natum est, syllaba *Mehl* penitus neglecta. Pol. nunc krochmal dicitur, Russ. крахмал, крухмал, et трухмал, Croat. sterka, a germ. *Stärke*, Carn. ſhtirka, Serb. штирак et штирка, inde штиркати.

шкрат seu шкрет, Carn. ſhkrat et ſhkratel est spiritus fodinis praesidens, P. Marco daemon metallicus, *Bergmännchen.* Bohemis sskrzjtek,

olim

olim sskrzetek lar, spiritus familiaris. Confer germ. *Schradel.*

Velim lectores ea relegere, quae p. 8 et 24. de litera duplici щ monuimus. Addam hic, subinde щ pro simplici ч locum habere: щѹдо monstrum pro чѹдо, ѡщѹтити sentire, cognoscere, pro ѡчѹтити (а чѹю). Slavico чешѹѧ, squama, Poloni praefigunt ш et szczeszuia (щешѹѧ) pronunciant. Ita et szczegoł, Russis щеголь, e latino *singularis* ortum est. Nec dubito eadem ratione a germ. *Segel* formatum щеглѧ seu щоглѧ, apud Polykarpow et шогло penes машт malus. Alexjejew, щоглѧ explicans vocibus мачта корабельнаѧ, citat Isaiae cap. 30. v. 17. Supposuisse ille videtur vocem щоглѧ esse slavicam, uti et Lexicographi russici censuere. At Isai. 30, 17. vox щоглѧ a correctoribus recenter substituta fuit vocabulo постав, quo antiquus interpres Isaiae non male graecum ἱϛὸς exprimere conatus est. Cap. 33, 23. iterum щоглѧ pro нѣдро substitutum fuit. Hoc quidem versu antiquus interpres malum et vela (ἱϛὸς et ἱϛία) confudit, voce нѣдро pro utroque usus. Vela quidem recte interpretatus est нѣдра, Croatis et hodie jadra, pro quibus nunc вѣтрилѧ leguntur. At malus dici debuisset ꙗдрило, non нѣдро. Vox ꙗдрило non fuit ignota ei, qui Ezechielis versionem antiquam sibi emendandam sumsit. Ibidem enim cap. 25, 7.

lege-

legebatur pro ἱςὲς ἐλατίνες слѣмена елова, et in margine editionis primae Mosquensis glossa бревна. Neutrum placuit correctori, qui recte гадрила hoc loco substituit, respuendo peregrinas voces щогла et мачта. Vocem гадрило Act. 27, 19. servarunt etiam editiones posteriores. Hoc quidem loco legitur σκευή. Interpres autem slavus per eam praeprimis malum intelligi sensisse videtur.

Croatae initio щ constanter retinent scribendo sch; his accedunt Carnioli inferiores, at superiores, uti et Vinidi Carinthiae fere solo ſh (ш) pro ſhzh (щ) ejusmodi vocabula inchoant. Bohemi ab aliquot seculis a Slovacis et Moravis Poloniae vicinioribus in pronunciatione literae щ differunt. Hi enim in vocibus a щ inchoantibus щ ut шч, illi ut шть pronunciant. Serborum шт initio vocum semper respondet slavico щ, exceptis tamen vocibus peregrinis, ut штап a germ. *Stab*, штрк a germ. *Storch*. At eorum штета, damnum, respondet slavico тщета (a тъщ), et щтица, tabella, slavico дщица (a дска) et штьи seu штѣи slavico дщи; штьети seu штѣети vero slavico хотѣти (хтѣти), mutato х in ш. At што est e slavico что ortum. Cape jam pauca exempla vocum a duplici litera щ inchoantium, quae quidem et tertia radicali litera constent.

щавє-

щавство segnities, mollities, inde щавствую molliter vivere.

щав, Pol. szczaw et szczawik, rumex acetosa, Russ. щавель m. Serb. штавлье n. Illyr. sctavje, Boh. sstjowik. Carn. apud P. Marcum shavje, lapathum, rumex. Croat. schav (щав) lapathum, oxylapathum, rumex. Iis kiszelicza est acetosa.

щебетати (a щебет) fritinnire, garrire, zinzibulare, *zwitschern*. Boh. et штѣбет, Pol. szczebiot habent.

щепати dissecare, findere ligna, apud Russ. Pol. Boh. inde Pol. щеп surculus insititius, Boh. штѣп arbor ipsa, cui inseritur. At цѣпати apud Serbos et alios Illyrios; Croat. et Carn. цепати.

щипати, Serb. штипати, vellicare, carpere. Sic et Croatae schipati, schiplyem, Carn. shipati et shzhipati, Pol. szczypać et szczupać. щипец, plur. щипци forfices, Pol. szczypce. Croatis щепци sunt digiti, articuli. Confer Russ. щепоть, Pol. szczypka, quod duobus aut tribus digitis prehenditur.

щенѧ catulus, щенец idem. Oseae 13, 8. щенцы legebantur olim, nunc скумни. Serb. штене, штенац, plur. штенци.

щель, f. rima, fissura. Pol. щелина. Olim Neh. 4, 7. щѣль pro φυή legebatur, hodie ѿрасль alio prorsus sensu.

щюле Croat. grallae, Serb. штуле, Pol. szczudła, Boh. sstihly.

щер, apud Pol. szczerzyć (zęby), Boh. sstirziti, Serb. et Croat. церитисе, ringere, ostensis dentibus ridere.

щирый Russ. genuinus, purus. Confer Pol. szczéry, szczyrny.

щир Croat. blitum, mercurialis. Dalm. щур, Serb. штир amaranthus blitum L. Pol. szczyr, szczér

mer-

mercurialis. At Boh. штир est gryllotalpa, *Werle*, et scorpio.

щꙋр Russ. loxia enucleator, *Kernfresser*. At Polonis et Moravis mus rattus L. *Ratte*, Russ. крыса, sed мщꙋр est mus avellanarius, *Haselmaus*.

щерк, щерба, щербина, Pol. fissum, crena, *Scharte*. Russ. щеркина, Boh. штѣрбина, Carn. ſherba, ſhkerba, ſhkerbina.

щерк Pol. glarea, Boh. штѣрк.

щадѣти, пощадѣти, parcere, indulgere. 2. Cor. 12, 6. щаждꙋ же, *φείδομαι δε*, parco autem. Ibid. 13, 2. не пощаждꙋ, ȣ̓ *φείσομαι*, non parcam. Serb. штедѣти et штедити, Pol. szczędzić.

щедрый (a щадити) misericors, Psalm. 102, 8. щедр и милостив гдь, *οἰκτίρμων, καὶ ἐλεήμων*, miserator et misericors Dominus. Russis etiam largus, munificus. Sic et Boh. sstjedry. Pol. szczodry. щедрити, оущедрити, misereri, Ibid. v. 13. ꙗкоже щедрит оц҃ сыны, *καθὼς οἰκτείρει πατὴρ υἱȣ̀ς*, sicut miseretur pater filiorum. щедрота miseratio, misericordia, *οἰκτιρμὸς*. Russis, Pol. Boh. et munificentia, liberalitas.

щꙋдо portentum, monstrum. щꙋд, plur. щꙋдове Isai. 14, 9. gigantes. Pro his in correcta editione nunc исполини legitur. Confer чꙋдо, чꙋждь, et штꙋждь antiquissimi codicis, тꙋждь Serbicorum codd. et hodiernum тудь, et тьудатисе expavescere, тьудлив pavidus.

щꙋдь, f. mores, *τρόπος*. Hebr. 13, 5. ubi nunc legimus не сребролюбцы нравом, in Apostolo antiquo щꙋдїю pro нравом legebatur. Jud. v. 10. *φυσικῶς* щꙋдїю idem codex, impressi vero по естествꙋ. Serb. hodie ћуд (тьуд) naturalis indoles. Croat. chud (чꙋд), Dalm. cjud, chyud, 1) idem quod narav natura. 2) instinctus, sensus. Videtur et hic щ ortum ex ч. Si igitur щꙋдь conferatur cum чꙋю sentio, дь formativa esse possit, quae syllabae чꙋ accesserit.

щеть.

щєть, щєтина, seta, *Borste*; щеть, щєтка scopula e setis, setaceus, *Bürste*. Boh. sstjetka, sed sstjetina seta. Pol. szczeć, szczecina. Croatis щєтина seta, at щет, щєтица scopula setacea, Serbis чєтка, dim. четчица *Bürste*, Carn. ſhet, ſhzhet, scopula; ſhetina, ſhzhetina, seta.

щит scutum, clypeus, θυρεὸς, ἀσπὶς, dim. щитец. Pol. Croat. щит, Serb. штит, Boh. sstjt, Carn. счит (ſzhit) apud Gutsmann, штит vero apud P. Marcum. щитити, защитити, protegere; защититель et защитник protector, ὑπερασπιστής. Illud quindecim vicibus in Psalmis legitur, hoc vero duntaxat bis.

щѹтити, cujus compositum ѡщѹтити. Luc. 9, 45. да не ѡщѹтат єгѡ, ἵνα μὴ αἴσθωνται αὐτό, ut non sentirent illud. Joh. 11, 57. аще кто ѡщѹтит єго, ἐάν τις γνῷ, si quis cognoverit, (nosset). Etiam in hac voce щ ex ч ortum est. Croat. et Carn. чѹтити sentire, Boh. cititi, a чѹти sentire, audire.

щастїє et счастїє Russ. fortuna, felicitas. Pol. szczęście, Boh. sst'estj, Illyr. чест (pro часть), hinc честит fortunatus, честити fortunare. Est igitur счастїє (щастїє) compositum ex с et часть pars. Serbis, uti aliis Illyriis, fortuna est срећа (сретьа), srecha et sricha, Cro. et Carn. среча, a veteri сращa. Est autem сраща occursus. Psalm. 90, 6. ѿ сраща, (Venet. edit. срѣще), ἀπὸ συμπτώματος, Vulg. ab incursu, potius ab occursu. Ps 18, 7. срѣтенїє єгѡ, τὸ κατάντημα αὐτȣ̃, occursus ejus. Ps. 58, 5. в срѣтенїє мое, εἰς συνάντησίν μȣ, in occursum meum. Confer срѣтѹ, срѣтати, сращѹ, occurrere, obviare ex с et simplici рѣтѹ secundae classis.

щегол, dim. щегленок, щегловка, Russis fringilla carduelis, *Stieglitz*. Pol. szczygiel, szczyglik, Boh. stehlik, Cro. штиглец, Illyr. стеглић, стаглин. Serb. чешлюгар, a чешлюга

(чешльига) carduus, quasi dicas *Distelfink*. Exitum лиц (potius иц) Adelungius slavicum asseruit, at *Stieg* (imo *Stiegel*) a *steigen*, scandere, derivavit.

щкати, Pol. szczkać, Boh. sst'kati et sskytati singultire, *schluchzen*. Cro. щꙋцатисе, Serb. штуцатисе.

щек Pol. latratus, szczekać latrare, sst'ekati Boh. Russicum щекотати, titillare, refer ad скоктати.

щека, щока, Russ. et Pol. maxilla; in Bibliis slavicis ubique ланита, excepto Tob. 6. v. 4., ubi antiquus interpres latinas voces *apprehende branchiam ejus* reddidit: возми за щокꙋ єѧ. Correcta editio, cum libri Tobiae novam versionem e Graeco textu factam contineat, hoc loco legit возми рыбꙋ, sed v. 5. Russicam vocem печень assumsit pro antiquo оутрова, quo Polono-Russus expresserat latinum jecur. Ergo et antiquus et novus interpres, respuens aut ignorans slavicam vocem ѩтра, dialectum suam sequi maluit. Russis enim jecur est печень, Polonis wątroba.

щикати, щикнꙋти, Russ. ellychnium abscindendo purgare candelam, Pol. szczykać carpere, decerpere, Boh. sstknu, sstknauti, vellicare et mordere. Carn. ſheniti, ſhzheniti, *zwicken*; refer potius ad ſhipati, ſhzhipati.

щꙋка Russ. Pol. Croat. et Slovacis lucius, *Hecht*, Serb. штука, Carn. ſhuka, Boh. sstika. Polonis et szczupak, a szczupać. Igitur et щꙋка a щꙋкати, seu щикати, a vellicando, mordendo, dicta videtur.

щꙋкот, strepitus, щꙋкотнѡ cum vehementi strepitu, щꙋкотю (pro щꙋкочꙋ) strepo, crepito, fragorem edo, apud Polykarpow, confer cum щек, щекот.

A litera ц:

цвал, цвѣл (цвил), цвер (цвре), цврк (цврч), цвѣт, цвик (цвич), цмок.
црен, црк (церк).
цест.

Addi possint Russ. царапати radere, unguibus lacerare, cui affine est Suec. skrapa, Boh. sskrabati; Illyr. цволика cicuta apud Micaliam. Sed цкло, цакло apud eundem quaere sub сткло, цквар macula, sub сквер. цмрек apud Belloszteneсz referri debet ad смрек juniperus, quia significatione cum Croat. *bor* convenit. цытра, цытрон, citrus, malum citreum, apud Polykarpow peregrina sunt, apud alios alia. Bohemi cukr, Pol. cukier, Croat. czukor, Carn. zuker, a Germanis aut Italis, Russi сахар a Graecis, acceperunt. Confer Illyr. цахар et цакар, Turco-slavicum szeker, Serb. шеђер. Vocem latinam Caesar (цесар) a Glagolitis cum царь male confusam formula orationis dominicae prodit. Etenim pro antiquo царство regnum, in Missali glagolitico Venetiis 1528 impresso legitur цесарство: приди цесарство твое. Quod et Serbo, qui Slavici Psalterii editionem Venetiis 1561 curavit, placuit. Nam in часословец, quod Psalterio adnexum est, legitur: да пріидеть цесárство твое, cum tamen alias non solum in Codd. Serbicis, sed

et glagoliticis царство seu царствїе inveniatur. Persuasit nimirum sibi sciolorum aliquis, sonorum similitudine deceptus, vocem царь e latino Caesar corruptam fuisse; restituendum igitur censuit цесар, et contracte in glagoliticis libris quibusdam ц͠ср. Atqui Caesaris nomen, graece Καῖσαρ, quod in N. Test. frequenter occurrit, in versione slavica nunquam aliter quam кесарь, et adj. poss. inde formatum кесарев, scribitur. Recte itaque corrector librorum glagoliticorum Raph. Levakovich in Breviario anni 1648, expuncto hibrido et novo цесарство, antiquum царствїе restituit. Originem vocis царь, quam Bayerus scythicam esse credidit, hic non licet investigare; conferri tamen possit cum armenico *Ter* dominus. Fortun. Durich, cui origines germanicae nunquam arridebant, visum uit, црковь quod a germ. *Kirche* ortum asserui, a ц͠рь deduci posse, ita ut ц͠рковь, ecclesia, domus regia seu Basilica dicta sit. Verum radices царь et церк prorsus diversae sunt, neque unquam in derivatis a царь, qualia sunt царица, вцаритися, царство, vocalis а mutatur in aliam. Sed mutatio literae к in ц apud Slavos frequens est, hinc facillime ex germ. *Kirche* antiqua forma церкы, genit. церкве, inde et церковь et церкви, enasci, et cum religione christiana ad omnes Slavos propagari poterat. Est enim Croatis ecclesia czirkva, Carn.

zirk-

zirkva, zirkov, Serbis црква, Boh. cirkew, olim cjerkew, Pol. cerkiew.

Non ausim praeterire, plura vocabula apud Serbos et Illyrios nunc a litera ц inchoari, quae ad ч spectant. Abhorrent enim, ut ita dicam, a pronunciatione literae ч ante р; hinc apud Serbos црв pro чрвь, червь, et цревo pro чревo, цреп pro чреп, црпсти pro чрпсти, црн pro чрн. Venedi seu Serbi (Sorabi) inferioris Lusatiae nuspiam ч, sed in omnibus vocibus, quae apud alios a ч inchoantur, ц pro ч pronunciant. Polonorum Lexica si quis inspexerit, caveat sibi, ne c cum ć (seu c sequente i) confundat. c quidem respondet slavico ц, non vero ć; hoc enim e ть ortum. Hinc Polonorum ćma pro тьма, cierpieć pro терпѣти, cień pro тѣнь umbra, ciern pro терн, cietrzew pro тетрев, Boh. tetrzew, cieść pro тесть; at cierzeniec rete, germ. *Sacknetz*, respondet Bohemico čerzen.

цвал Pol. et Boh. concitatus cursus equorum, hinc цвалати, Pol. cwalać.

цвѣлити, Serb. цвилети, цвилѣти iisdem, et aliis Illyriis цвилити, plangere, flere, lamentari. (Croat. Carn. etiam grunnire, stridere). Boh. kwjliti, olim kwieliti; Pol. kwilić neutr. et act. Sic et Serbis цвелати et цвиелати facere flere. In Poemate Russico de Igore: рано еста начала половецкую землю мечи цвѣлити, ensibus stringere, infestare, ad fletum movere. Russis цвиль m. semen lupuli.

цвр҄ѣти, цврети, Illyr. et Croat. frigere, liquefacere; цверт liquefactus, frixus. Carn. цврем et цвирам *prägeln*, *rösten*. Confer Pol. skwarek, skwarzyć, Boh. sskwarek, sskwarziti, Serb. чварити, чварак.

цверст Carn., цварст Illyr., refer ad чверст.

цворац, цкворак et цврлак sturnus, apud Micaliam, refer ad скворъ. Serb. чворак.

цврка et чврка Serb. fritinnitus; цврчати et чврчати, fritinnire, stridere. Boh. цвркати, цврчети, inde цврчек gryllus. Confer Pol. cwierk, cwierkać, cwierczeć. Carn. et Croat. цверчим, apud hos et чверчим.

цвѣт flos, dim. цвѣтец flosculus; цвѣтѹ, цвѣсти, florere, fut. процвѣтѹ. Psalm. 91, 13. праведник ꙗкѡ финїѯ процвѣтет, justus ut palma florebit. цвѣтоносна недѣла dominica palmarum. Serbis цвет, цвикт, цвѣтати, imo et цват. Pol. кват, in derivatis квѣт et квит, Boh. квѣт flos, et кветѹ floreo.

цвикла Pol. beta vulgaris, *rothe Rübe;* Serb. цвекла, alias блитва, Russ. свекла, Croat. цикла.

цвик Pol. exercitatus. 2) etiam Boh. consuetudo, vivendi ratio, inde Pol. et Boh. цвичим exercere.

цмок Croat. poppysmus, цмокати plaudere, poppysmum edere, Serb. цвокати osculari cum sonitu, *schmatzen*, refer ad Russ. чмокати.

цръв Serb. vermis, vide sub чрвь.

цревлье apud Micaliam ocreae, refer ad чревлье.

црен sartago, apud Alex. e libro кормчаа.

црк, inde Serb. цркнѹти, цркнем (et црѣи), Iter. цркавати, perire, crepare, rumpi, *verrecken.* Croat. церкнѹти, церкам, церкуем. Carn. церкнем, церкнити. Bohemis црк est sonus decurrentis liquoris: цркем тече, цркати stillatim decurrere cum sonitu црк.

цеста Boh. Croat. Carn. via, apud Alexjejew e versione Matthaei Blastaris (властарь) цѣсты

sunt

sunt plateae, viae latiores. ωцѣститн mundare, in libris Serbicis et Glagoliticis pro ωчиститн. In editione Veneta Psalterii Psalm. 50. ter legitur ωцѣсти (munda, dele) pro ωчисти. Ps. 129, 4. ωцѣщенїе ἱλασμὸς, propitiatio, pro ωчищенїе.

A litera ч:

чван, чвор, чврст, чврк, чверч, чвак, чпаг, чмав, чмел, чмер, чмыр, чмерг, чмок.

член (чслан), чсн (чесн), чолг.

чрев, чрвь (червь), чреп, чрп (черп), чрем, чрм (черм); чрен, чрн (черн); чред, чрт (черт), чрез, чрес, черств, чирк.

чесм, част (чащ), часть, честь, чист.

чкаль, чкак.

Huc refer четыри quatuor, τέτταρες, et, excluso e, Pol. cztery, Boh. čtyrzi, čtýry, immo vulgo et штыри mutato ч ante т in ш. Sic etiam apud Croatas stiri pro chetiri, et Carn. ſhtiri. Alia quae huc trahi possent, peregrina videntur. Talia sunt: чабр seu чабер, Serb. чубар, a graeco θύμβρα, satureja. чабар, Genit. чабра, Croat. чебер, Boh. чбер labrum, germ. *Zober*, *Zuber*. Pol. et Boh. чупрына, Russ. чупрун, capronae. Solet enim к aliarum linguarum apud Slavos mutari frequenter in ч. Confer, si lubet, Malabaricum krmi, et Persicum kirm cum Slavico червь vermis, et cum чрмен, alias червен,

вен, ruber; Latinum CASTUS cum nostro чист purus, mundus. чрез est Serbis кроз per. Porro peregrinis accense Croat. чемер venenum, Serb. Croat., чемерика, Carn. чмерика, Russ. чемерица hellebo-rus, *Niesswurz*, (et veratrum album), Boh. чемерка. Malleum чекан norunt Russi, Poloni, Bohemi; Illyrii vero чекић, чекич, Serbi etiam чаканац. чердак, чардак pergula, moenianum, Illyrii a Turcis accepere, cum quo conferri possit antiquum чертог thalamus. черга Illyr. tentorium. Serbi Turcis et sonum specialem debent, cui exprimendo charactere џ utuntur. Est autem џ aequale Italico ge, Anglico j. Inter vocabula sub џ in Lexico Vukiano vix ullum origine Slavicum reperias, excepto fortasse џебрак, џебрати, quae vocibus Bohemicis жебрак mendicus, жебрати mendicare, respondent. жебрак certe urbs Bohemiae sec. XIV. germ. *Bettlern*, lat. Mendicum dicebatur.

челядь familia, челюсть mandibula, ad чел referenda sunt. Pol. człek contractum est e człowiek, et hoc ex antiquo человѣк, quod a чело frons, satis apte deducitur, nisi ad radicem чел, a qua et челяд formatum est, referre malis. число, numerus, refer ad чтѹ, чести. In vocibus a чр inchoantibus Russi solent inter ч et р interponere е euphoniae causa. Hinc apud eos черево, череп, через, черешня pro чрево, чреп, чрез, чрешня. Bohemi

mu-

mutant hoc in casu ч in ст: strzewo, strzewjc, strzep, strzenka (Slav. чрен), strzjda, pro чрево, чреп, чреда. Poloni solo т pro Boh. ст nunc utuntur, aut Russos imitantur: trzewik calceus, trzoda pro чреда grex, trzon, trzonek pro чрен, trzemcha et czeremcha pro чремха, Boh. strzemcha, trzesnia et czereśnia pro чрешнѧ, Boh. strzessnje et trzessnje. Carn. superiores р excludunt: zhep, zhepinja, testa, pro чреп, чрепина. Inferiores р servant. Illyrios ч ante р mutare in ц supra monuimus. Serb. црн pro чрн, черн, hinc црнило atramentum, *Schwärze*, црнити nigro colore tingere, црноок nigris oculis, sed et чарноок in usu est. Illyrii in vocibus чимин cyminum, чедар cedrus, Italorum pronunciationem secuti sunt. Slavi veteres a graecis fontibus noluere discedere; retinent enim кvмïн et кедр. Serbi tamen nunc Neo-Graecorum pronunciationi assuevere, et к uti ть seu ћ pronunciant. Hinc ћесарь pro кесарь apud Vukium, ћивот pro кивот, ћирил pro кvрилл.

чван amphora, urceus, ξεστός, Marc. 7, 4. 8. чванец dim. καμψάκης, lagena, lecythus 3 Reg. 17, 14.

чвор Serb. nodus ligni, чворина, augm. чворић dim.

чворак Serb. sturnus, Dal. штврак, чварль. Confer цворац, цварлак et шкварлак apud Micaliam et Dellabellam.

чврст

чвꙑст Serb. plenus, solidus, Croat. chverszt compactús, durus, strictus; Stulli, siquidem bene legit, e Brev. Glagolit. etiam csvorsti citat. Carn. zversti, *frisch*, *neu*, *fest*. Confer черствый, Carn. zherstvi.

чвркати Serb. pulsare. чвркнꙋти stridere.

чврчати fritinnire. Croat. чвcovering чим, inde чверчек gryllus, et черчек, чмерчек, Illyr. чрчак, чарчак. Apud Stulli etiam чмерак, чмерчак, чмерчац.

чпаг capsa, sacculus, Serb. Habet et Polykarpow, et Alexjejew, qui locum e Prologo citat: положи златницꙋ во чпаг. Scribitur in antiquissimo изборник sec. XI. чьпагъ: образъ же кго пади истъканъ бѧаше. акъı чьпаг златами нитьми.

чмавати Serb. stertere, dormitare.

чмель, Russis et шмель, apis terrestris, Croat. чмела, Boh. чмел, Pol. trzmiel, Carn. чмерль, et Vinidis Carinthiae шꙋмел, *Hummel*.

чмергнем, чмергнꙋти Croat. hiscere.

чмокати Russ. edere cum sonitu, *schmatzen*. чавкати idem. Confer Serb. чвокати et Croat. цмокати.

член articulus, compages. членѡв же и мозгѡв Hebr. 4, 12., $\acute{\alpha}\varrho\mu\tilde{\omega}\nu\tau\epsilon$ $\kappa\alpha\grave{\iota}$ $\mu\upsilon\epsilon\lambda\tilde{\omega}\nu$, compagumque et medullarum. Boh. член, dim. чланек, Pol. czlonek, olim et czlon. Carn. чланк, Croat. членк, Dalm. шклан, шкланак, apud Stulli et чклен praeter члан. Serbi segmentum, partem (vineae) члан, et talum чланак vocant. членовный articularis, Ps. 57, 7: членовныѧ лвов сокрꙋшил есть гдь, molas ($\mu\acute{\upsilon}\lambda\alpha\varsigma$) leonum confregit dominus. At Psalt. Ven. retinendo antiquiorem vocem legit: чрѣновїе львом скрꙋшил есть гь. Fugit diligentiam Alexjejewii vox чреновный, quamvis eam Polykarpow Lexico trilingui inseruerit:

зꙋбы

зѹбы череновїи или членовїи, dentes maxillares, molares. Confer infra чрен.

чан, челн cymba, *μονόξυλον*. Pol. czoln, Boh. члѹн, Carn. zhovn et zholn, Croat. Serb. Illyr. чѹн. Observo iterum cl. Linde e Polykarpow descripta vocabula russica чолн, челнок male pro ecclesiasticis habuisse. Vulgo enim Slavicum чан, челн Russi чолн pronunciant. челнок radius textorius, Pol. чолнек, Boh. члѹнек, Illyr. чѹнак. Cum чан confer celo, celox, germ. *Zille.*

чолг, чолгати, in Lexicis Polonicis videnda sunt.

чрево, чрѣво, venter: чрево матере uterus matris. 1 Cor. 6, 13. брашна чревѹ, и чрево брашнωм, *τὰ βρώματα τῇ κοιλίᾳ, καὶ ἡ κοιλία τοῖς βρώμασιν*, escae ventri et venter escis. Matth. 1, 23. се дѣва во чревѣ прїимет, *ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει*, ecce virgo in utero habebit. In dialectis чрево, Serb. цревo, Boh. strzewo, Pol. trzewo, est intestinum, in plur. чрева intestina, viscera.

чрвь, червь, Genit. червa, vermis, *σκώληξ*; dim. червец vermiculus, coccus. Jer. 22, 14. пишет же червцем (Ostrog.), nunc и расписаны червленцем, Graec. *μίλτῳ*, Vulg. sinopide. червень Apoc. 18, 12. coccus, *κόκκινον*. Gen. 38, 30. червлень *κόκκινον*. Non solebant autem olim червлень et багр satis distingui. Isai. 1, 18. багряное respondet graeco *φοινικοῦν*, червленое vero voci *κόκκινον*. Antiqua editio pro багряное legit червлени (Ostrog. чрьвлени), Vulg. coccinum, pro червленое vero багор, Vulg. vermiculus. Matth. 27, 28. chlamys coccinea (*κοκκίνη*) est хламѵда червленаа. Hebr. 9, 19. lana coccinea волна червленаа. Apoc. 17, 3. super bestiam coccineam на ѕвѣри червленѣ, at cap. 19, 13. в ризѹ червленѹ кровїю, *ἱμάτιον βεβαμμένον*, veste aspersa (tincta) sanguine.

черв-

чєрвлєница, coccinum, differt a порфνра seu багрॖаница, ut mirer ab Alexjejew vocem чєрвлє ница exponi per багрॖаница, et ab eo citari Exod. 35, 4. (lege 6) et Apoc. 17, 4. Nam Exod. 35, 6. багрॖаница est πορφύρα, чєрзлєница vero κόκκινον. Sic et cap. 28, 5., ubi antiqua editio порфνрȣ pro багрॖаницȣ legit. In Apocalypsi non solum cap. 17, 4. citato, sed etiam cap. 18, 16. порфνра et чєрвлєница, i. e. purpura et coccus, ut distincta nominantur. In Poemate Igor clypei Russorum rubri dicuntur чєрлєни, pro чєрвлєни, Croat. cherlyen, Illyr. црлѣн, Serb. црвєн, Boh. чєрвєн, Pol. czerwony. Confer Slavicum чєрмєн.

чрєп, чрѣп, testa, ostracium, *Scherbe.* Serb. црєп, црикп, Illyr. црѣп, црип. Croatae et Carn. servarunt initiale ч: чрєп, чрєпина. Carn. super. чєпина. Boh. strzep, mutato ч ante р in ст. Pol. olim trzop, apud Lusatas super. чрол, apud Lus. infer. црол. Russis чєрєп, inde чєрєпаха testudo.

чрпати, чєрпати, чєрпаю, почєрпȣ, haurire. Serb. црпкати et црпсти, црпєм (pro Slav. чєрпсти, чєрпȣ). Slovacis чрєти, Boh. olim črzeti, e cujus Iterativo чрєвати, чривати natum videtur чєрпати; чєрпало haustrum, vas quo hauritur aqua. Joh. 4, 11. почєрпало, ἄντλημα.

чрємха, Russ. чєрємȣха, prunus padus L. Pol. trzemcha, Boh. strzemcha, Vinidis Carinthiae framfa, *Elsebeere.*

чрмєн, чєрмєн, ruber, rufus. Gen. 25, 25. чєрмноє морє mare rubrum. чєрмноватн: Matth. 16, 2. чєрмнȣєтьсꙗ нєбо, πυῤῥάζει γὰρ ὁ οὐρανός, rubicundum est (rubet) enim coelum.

чрєн, Russ. чєрєн, capulus (ensis), manubrium, *Heft.* Croat. нож з чрєнами culter manubriatus. Pol. trzon, trzonek, Boh. strzenka. Lusat. чронки, inde чроновиј dens molaris. Est enim Polo-

nis

nis trzon etiam caudex, *Stock*, et trzon, trzonowe zęby dentes molares, *Stockzähne.* Russis olim черенобые apud Polykarpow. Joel. 1, 6. чренобитцы (μύλαι) in antiqua editione leguntur, in correcta vero членобныѧ. Prov. 30, 14. etiam antiqua editio членобы (pro чренобы) habet, correcta iterum членобныѧ. Confer supra член. Unde Stulli fem. чренобитца hauserit, vellem certo cognoscere. Solet ille in determinando genere hallucinari saepius. A чренобиток, plur. est чренобитци. Ex hoc plurali ille suum чренобитца male formasse videtur.

чрн, черн, niger, Illyr. црн. чернило atramentum. черничїе Psalm. 77, 47. τὰς συκαμίνους, Vulg. moros. Psalt. Ven. servat hic vocem graecam, legit enim сукаменны. Ostrogiensis plane legit трнїе их мразом, a qua hoc loco Mosquensis prima differt. Nam haec, uti posteriores editiones, exhibet черничїе их сланою. Luc 17, 6. συκάμινος, Vulg. arbor morus, reddita est a Slavo ꙗгодичина. Eadem voce utitur Luc. 19, 4. pro συκομορέα, sycomorus. Isai 9, 10. pro κόψωμεν συκαμίνους in veteri editione посѣчем ꙗгодичїе, in correcta vero substitutum черничїе legitur. Hanc enim vocem correctores Mosquenses non solum semel in Psalmo citato, sed quatuor in locis aliorum librorum legerant, nimirum 3 Reg. 10, 27. 1 Paral. 27, 28. 2 Paral. 1, 15. et 9, 27. At ꙗгоды pro морона antiquae editionis substituerunt correctores 1 Macc. 6, 34 cui graecum μόρων respondet. μελάνθιον Isai. 28, 25, et 27 чернуха in correcta legitur editione, melius utique, quam in antiqua куколица. Videtur interpres Vulgatam, quae Gith habet, inspexisse. Est enim куколь agrostemma githago L.

чреда, чрѣда дневнаꙗ in cod. Serbico, ἐφημερία, officium vicibus alternis praestandum, vices. Luc.

1, 8. в чинꙋ чреды своеѧ, ἐν τῇ τάξει τῆς ἐφημερίας αὐτȣ̃, in ordine vicis suae. Russ. череда, Boh. strzjda, trzjda; unde trzjdnik vicarius, Slav. чредник. 2) чреда series, vicus, platea. Boh. dlauha strzjda Pragae est longa platea. 3) grex, Job. 30, 1. olim чред, νομάδων, nunc стад. Carn. чреда, Croat. чреда, et чредо, Pol. trzoda, et obsol. czereda. Confer germ. *Heerde.*

чредити, оучредити, a чреда, hospitio recipere, Iter. оучреждаю. Act. 10, 23. оучреди ἐξένισε, recepit hospitio. Act. 28, 7. τρεῖς ἡμέρας φιλοφρόνως ἐξένισεν, три дни любезнѣ оучреди, Vulg. triduo benigne exhibuit, (peramice in hospitio habuit). чрежденіе Luc. 5, 29. δοχὴ, convivium. Vide etiam чреждитель, чреждатель apud Alexjejew.

чрта, черта, linea, ductus. Matth. 15, 18. et Luc. 16, 18. κεραία, apex. Confer Boh. чара linea et Russ. карей, Pol. kary niger, et черн. A nigredine certe черт, Russ. чорт, Pol. czart, (apud Helmoldum gentilium Slavorum цępный бог) diabolus dictus est. Libri Slavorum christianorum дїавол exhibent. A чрта deducitur чртати, чертати, lineas ducere, exarare, inde чертало culter aratri, Serb. цртало, Boh. чертадло. Carn. zhertalo est vomer, teste P. Marco, siquidem is discrimen inter vomerem et cultrum recte noverit.

чрет (chrèt) Croatis sylva paludosa.

чертог thalamus. Psal. 18, 6. ἐκ παςȣ̃ αὐτȣ, ѿ чертога своегѡ, de thalamo suo. чертожница idem Joel. 2. 16. in antiqua editione, nunc чертог. Apud Polykarpow чертожница est mulier curans ea, quae ad thalamum sponsae pertinent, сваха pronuba, et чертожник θαλαμηπόλος, cubicularius. Stulli male legit, ut solet, in Missali Glagol. четрог pro чертог.

чрез, чрѣз, per, διὰ. Hebr. 2, 15. чрез все житїе per totam (omnem) vitam. Ephes. 2, 8. чрез вѣрꙋ, διὰ τῆς πίςεως, per fidem. Rom. 14, 5. разсꙋждает день чрез день, κρίνει ἡμέραν καθ᾽ ἡμέραν, judicat diem inter diem (prae die). Rom. 11, 24. чрез естество, παρὰ φύσιν, praeter naturam. чрезсыть adv. ultra satietatem, supra modum. Russice через, Carn. zhes, zhres, zhries.

чресмина, prorsus conficta vox a correctoribus Mosquensibus pro чесмина. Nec audiendus hic Alexjejew, qui ait vocem чресмина alibi sumi pro abiete (ель), aut fraxino (ꙗсень), graece πρῖνος, latine ilex. Dan. 13, 58. Atqui hoc in loco Ostrog. et Mosquensis prima editio recte чесмина legunt: под чесминою; neque alibi nomen hujus arboris occurrit. Est autem чесмина (corrupte et чесвина) Illyriis ilex, ital. elce, testibus Micalia, Dellabella, Stulli.

чресло, plur. чресла, lumbi, ὀσφύες, Luc. 12, 35. An a чрез? Confer Boh. trzjslo pubes, Pol. trzosła lumbi. 2) Boh. trzjslo est cortex contusus, coriarius, Carn. zhereflo *Gerberloh*. чресленик Jer. 13, 1. 2. 4. 10. 11. περίζωμα, cinctorium, Vulg. lumbare.

черств, черствый, solidus, Sirach 50, 10. ꙗкоже сосꙋд злат черств. At correctores pro черств substituerunt искован, graeco ὁλοσφύρητος magis respondens. Polykarpow sub voce черствый remittit lectorem ad сꙋхый, жестокый. Russis enim, uti Polonis, panis siccus et durus est черствый хлѣб, Bohemis autem recens pistus. Vinidis apud Gutsmann zherstvi *frisch*, *körnig*. Bohemis etiam viribus pollens, vegetus, immo et celer. Vide supra чверст, quod transpositione literae в ex черств ortum est.

чреш-

чрешна Croat. Carn. cerasus, cerasum, Russ. черешна, Pol. czereśnia et trześnia, Boh. strzessnje, trzessnje, Slov. черешна, Serb трешна Dalm. цришна. A lat. cerasus.

чиркати, чиркливати, Russ. fritinnire, zinzibulare. Confer Croat. чвергўлим, чвергечем, чверчим.

чирок Russ. anas querquedula, *Knäckente.*

четыри quatuor, четвертый quartus. Vide Numeralia.

чесмина Illyr. ilex. Vide supra fictum чресмина. Carnis чешмин, чешминье, Vinidis чешмилье, est berberis, vulgo *Paselbeer*, (non *Preisselbeere* ut male P. Marcus), чешмиловец frutex berberis, *Paselbeerstaude.* Utrumque et чесмина et чешмин esse possit a чесма, чесме, ope ина, ин formatum, et hoc a verbo чесати, uti писма a писати.

част, частый, densus, spissus; frequens, creber. 1 Tim. 5, 23. частых твоих недўгωв, et frequentes (πυκνὰς) tuas infirmitates. частω crebro. Serb. et Croat. чест, често, Pol. częsty, często, Boh. часто. чаща densitas. Hab. 3, 3. densa sylva. Antiqua quidem editio hoc loco legit ѿ горы присѣнныя части, sed jam in margine Mosquensis primae editor щи apponendo monuit legendum чащи, quod nunc correcta editio exhibet: приωсѣненныя чащи, inflectendo vocem чаща more Russico. Atqui et часть densam sylvam, densitatem significat. Serb. честа, densi frutices, честина densitas. Polykarpow penes чаща apposuit et частина, частый лѣс, δάσος, densitas, sylvosus locus. Ezech. 6, 13. чащный, quod vix alibi invenias, adjectivo частыи substituere maluerunt correctores, lectione antiqua под всѣм дўвом частым transformata in hanc: под всяким древом чащным. дўв Illyriis est etiam arbor in genere; patet hinc antiquum interpretem non fuisse Russum.

часть

часть pars, in codd. Serb. **честь**. **частица** particula. **часть чаши их** Psalm. 10, 6. ἡ μερὶς τοῦ ποτηρίου αὐτῶν, pars calicis eorum. Ps. Venet. **честь чаше их**. **оучастїе** Psalm. 49, 18. portio, μερίς. Ps. Venet. **оучестїе**. Pol. część, cząstka. Boh. **часть**, olim et **честь**, dim. **частка**.

честь honor, in codd. Serb. **чьсть**, Pol. cześć, Boh. **чест**. **честь** ad **чтȣ** secundae classis referendum est, ita ut ab Infinitivo **чести** abstractum **честь** ortum sit. Serbi quidem norunt **чест**, sed alii Illyrii more suo **е** mutando in **а** pronunciant **част**, inde et Serbis **част** convivium, **частити** convivio excipere. **честен** honorabilis, pretiosus. Psalm. 71, 14. **честно имѧ его**, honorabile (ἔντιμον) nomen ejus. Ps. 18, 11. **камене честна**, lapidem pretiosum (τίμιον). Tit. 2, 7. **честность**, σεμνότητα, gravitatem. Act. 13, 43. **чествиый** religiosus, colens, σεβόμενος. Act. 17, 23. **чествованїѧ ваша**, τὰ σεβάσματα ὑμῶν, simulacra vestra, sacra vestra, cultum vestrum. In antiquo Apostolo σεβάσματα sunt idola. Legit enim **тѣлеса б҃ вашиx** pro **чествованїѧ ваша**.

чист, **чистый**, purus, mundus. **чистота** puritas. **чистити**, **очистити**, purgare, mundare. **чищенїе** 2 Pet. 2, 9. purgatio. Alias **очищенїе** purificatio, purgatio.

чкаль Serbis onopordon acanthium L. **чкалѧ** caverna cancri. **чколька** refer ad **школька**, concha.

чкаклѧти Serb. titillare, refer ad **скоктати**.

Inchoantia a literis gutturalibus. A litera **г**:

гвоздь, **гвѣзд**, **гоез**, **гмат**, **гомз** (**гмиз**).

гнѣв, **гнид**, **гнѣд**, **гнат**, **гнѣт**, **гонз**, **гнѣзд**, **гнȣс** (**гнȣш**).

глав,

глав, глив, глоб, глꙋб (глб), глѣб, глꙋп, глип, глꙋм; глан, глин, глѣн; глад, глод, глѧд, глт (глот); глꙋзг, глез (глеж), глас, глист; глаг, глог (глож), глꙋх (глох), глꙋк.

грив, граб, грꙋб, греб (гроб), гриб, грб, горб, грм (грам, гром), грем (гром), грꙋм; гран, грон, грн, грѣн; грл; град, грꙋд, грꙋдь, грд (горд), грид, грѧд, грот, грт (горт); гроз, грозд (грозн), грꙋз, грꙋздь, грыз (грыж), грѧз, грꙋсть, грсть (горсть), грꙋш, грч; грг, грах, грох, грꙋх, грѣх, грак, грк.

гдак; гызд, гжегж, госп, гост, гꙋст, гащ.

His adde radices bisyllabas говор, голꙋбь, голѣм, forte et гомола. голоть ad гол, готов ad гот secundae classis retulimus. Russ. горностай mustela herminea, Pol. gronostay, Boh. chramosteyl (olim hranostaj) compositum videtur. Sic et гавран, Pol. гаврон, Boh. hawran, corvus frugilegus, Illyr. et гравран, a voce гай seu грай et вран dictus est. говѧдо pecus, ope до a говѣти formatum censeo. Peregrina sunt грош, Illyr. газда, immo et Russicum глаз oculus, грамота et alia. In Bibliis 2 Tim. 2, 17. гаггрена, et Levit, 11, 13. nunc грѵф pro ног antiquarum editionum legitur. Joh. 8. 20. graecum vocabulum, mutato solum genere neutro in femininum, газофѵлакїа pro γαζοφυλάκιον, retentum fuit. Luc. 21, 1. vox graeca circumscripta

est:

est: храм набдащїй имѣнїа, alias uti Marc. 12, 41. 43. сокровищное хранилище verti solet. In antiquis editionibus, Ostrogiensi et Mosquensi prima, saepius vocem гиганти (γίγαντες) reperias, in iis nimirum libris, quos in Russia longe serius in slavicam linguam conversos fuisse existimo; liber e. gr. tertius Macchabaeorum, ut hoc obiter moneam, non fuit inventus in Bibliis manuscriptis Mosqua Ostrogium missis, e quibus Constantini ducis jussu et sumtibus Ostrogiensis editio impressa fuit. Non mirum itaque in versione nova hujus libri, circa annum 1580 facta, pro voce slavica veteri cap. 2, 4. adoptatam fuisse peregrinam гиганти, magis jam notam, quam исполини, quae tamen vox in Psalmis bis, in Proverbiis semel, in Ecclesiastico bis, in Isaia semel jam olim legebatur, et nunc in correcta editione hoc in loco recte substituta legitur. Eadem licentia usus est interpres ille, qui centum annis ante Ostrogiensem editionem Octateuchum, libros Regum, Paralipomenon, Esdrae, Tobiae, Judith aut vertit aut recognovit. Placuit ei vertere Gen. 6, 4. исполини, Gen. 10, 9. исполин, sed v. 8. ejusdem capitis гигант, cap. 14, 5. гиганты, Deuter. 1, 28. сыны гигантовы. Pro his vocibus peregrinis in correcta editione primo loco исполин, secundo исполинωв, et tertio сыны исполинωв substitutae leguntur. Similiter factum

est 1 Par. 20, v. 6. et 8. Judith 16, 6., 1 Macc. 3, 3. immo et Sapient. 14, 6, ubi pro гордыхъ гигантовъ nunc гордїи исполини habentur. Sunt tamen et loci, in quibus correctores Mosquenses vocem peregrinam retinere maluerunt. Habent enim 2 Reg. 21, 18. внуки гигантовы, ibid. v. 22. внуцы гигантовы, 1 Para. 11, 15. во юдоли гигантѡв, at in glossa hic apposita исполинѡв.

говор Serb. sermo, говорити loqui. Vide infra глагол, глаголати.

гвоздь clavus. гвоздин adj.: язвы гвоздинны Joh. 20, 25. τὸν τύπον τῶν ἥλων, fixuram (vestigium) clavorum. пригвоздити, Iter. пригваждаю, configere, affigere. Serbis гвозден ferreus, гвожђе ferrum. Boh. hwozd olim mons sylva consitus, Car. gojsd, gosd, sylva.

гвѣзда, Boh. hwjezda, Pol. gwiazda. Vide supra звѣзда.

габр, Boh. habr, carpinus, vide граб.

гобз uber, opulentus. Job. 21, 9. домове их гобзи εὐθηνοῦσι; corr. ed. pro гобзи substituit обилнїи. гобзити: оугобзися нива Luc. 12, 16. εὐφόρησεν ἡ χώρα, uberes fructus ager attulit. гобзлай, ab Iterativo гобзати, Job. 21, 23. εὐθηνῶν, at correcta editio nunc legit благоуспѣвай.

гматати, Boh. hmatati, prehendere, tangere. Pol. gmatać, gmatwać, commiscere, confundere.

гомола et гомоля, massa, congeries. Dan. 14, 27. гомолу (ant. ed. гомолю) in singulari pro μάζας, massas. Serb. гомила et громила, cumulus, acervus, Russis гомзуля frustum, moles, cumulus. Boh. homole, homolka, Pol. gomolka, caseoli coni figura, *Quarkkäse.* Rus-

sis

sis гомола est aries cornibus mutilus. Pol. gomoly, mutilus, sine cornibus. Boh. komoly, cf. Russ. ком.

гомзаніе reptatio, a гомзати, idem ac гомозити.

гомозити Russ. moveri, scatere, гомазити Carn. *kriechen*, *wimmeln*, гамизати et гмизати Serb. repere, serpere, Praes. гмижем, Boh. hemžiti. гмиза Serb. sunt margaritae vitreae; Boh. hmyz, insecta, humi repentia.

гнѣв ira; гнѣватиса, разгнѣватиса, прогнѣватиса, irasci. прогнѣвати act. provocare ad iram. прогнѣваю вас Rom. 10, 19. παραζηλώσω ὑμᾶς, ad aemulationem vos adducam. прогнѣваша Hebr. 3, 16. παρεπίκραναν, exacerbaverunt (Dominum). в прогнѣваніи v. 15. ἐν τῷ παραπικρασμῷ. гнѣвлив iracundus.

гнида lens, (lendis), κόνις κόνιδος. Radicales itaque apud Graecos sunt κ - ν - δ, apud Slavos г - н - д, hoc discrimine, quod Slavus гн sine vocali conjungat, Graecus vero vocalem o inserat. Boh. hnida. Alii omnes гнида, Serbis dim. гнидица, Russ. Pol. Boh. гнидка.

гнѣдый fuscus, castanei coloris, *braun*. Boh. hnjedy, snjedy et smjedy. Supplenda itaque supra sub с radix смѣд, cum etiam in cod. Serbico reperiatur.

гнила Illyr. vide infra глина; гнил vero refer ad гнїю.

гнат Illyr. Croat. Pol. crus, tibia. Boh. hnat. Serb. гнат.

гнѣтꙋ, гнѣсти, et гнетꙋ, premere. народи ѡдержат тѧ и гнетꙋт Luc. 8, 45. turbae te constringunt et comprimunt (ἀποθλίβουσι), v. 42. оугнѣтахꙋ его, συνέπνιγον, comprimebant, coarctabant, ab Iterat. гнѣтаю. At in ms. antiquo гнетахꙋтии (ии pro его). Est autem гнетах Praet. iterat. a гнетꙋ. In dialectis гнѣтꙋ etiam

subigere, depsere, *kneten*, Serb. гнѣчити, Carn. gnjetiti. Croatis gnéchyak (гнечак) est mactra, artopta, cum quo tamen Serb. наћве, наћви, et supra ноцвы p. 124. conferantur.

гнѣтити, возгнѣтити огнь, ignem accendere: возгнѣтшем же огнь Luc. 22, 55. ἀψάντων δὲ πῦρ, cumque accendissent ignem. возгнѣтше бо огнь Act. 28, 2. ἀνάψαντες γὰρ πυρὰν, accensa enim pyra. возгнѣтше est contractior Gerundivus pro возгнѣтивше.

гонзнꙋ, Praet. гонзе, Iterat. гонзаю, effugere, evitare. гонзенїе effugium. Olim гонезнꙋ, inde гонезнꙋтїе salus, Act. 27, 20. in Apostolo antiquo pro hodierno спастисѧ, τȣ̃ σώζεσθαι. Confer germ. *genesen*.

гнѣздо nidus, *Nest*; гнѣздитисѧ nidulari. тамѡ птицы вогнѣздатсѧ Psal. 103, 17. illic passeres (ϛρȣθία) nidificabunt (ἐννοσσεύσουσι).

гнꙋс fastidium, Croat. гнюс, Boh. hnis pus. гнꙋсен abominabilis, foedus; гнꙋсити foedare; гнꙋситисѧ, Iterat. гнꙋшатисѧ abominari, fastidire.

глава caput, главизна caput libri, κεφάλαιον: в главизнѣ книжнѣ Psal. 39, 8. ἐν κεφαλίδι βιβλίȣ, in capite libri. главнѧ torris, titio. главный: власи главнїи Matth 10, 30. αἱ τρίχες τῆς κεφαλῆς, capilli capitis. главотѧжи Act. 19, 12. sunt sudaria; proprie главотѧж est capitis ligamentum, κεφαλόδεσμος, a глава et тѧгꙋ. главити, ѡглавити capita recensere, in capita colligere; ѡглавленїе summa, index capitum. возглавити всѧчєскаѧ Ephes. 1, 10. ἀνακεφαλαιώσασθαι τὰ πάντα, instaurare (recolligere) omnia.

глꙋв Serb. surdus, refer ad глꙋх.

глива Illyr. Croat. Carn. fungus, Boh. hliwa.

глоба Serb. mulcta, глобити mulctare.

глȣбок profundus, глȣбина profundum, profunditas, Illyr. nunc дȣбок, дȣбина. In codd. Serb. etiam глъбок, глъбина. Psalt. Ven. Ps. 91, 6. оуглъбишесе помышлєнїа твоа pro ѕѣло оуглȣбишася aliarum editionum, *σφόδρα ἐβαθύνθησαν οἱ διαλογισμοί σȣ*, nimis profundae factae sunt cogitationes tuae.

глѣбнȣ, оуглѣбнȣ, infigi, inhaerere coeno, Iterat. оуглѣбаю. Ps 68, 3. оуглѣбох в тимѣнїи глȣбины, *ἐνεπάγην εἰς ἰλὺν βυθȣ*, infixus sum in limo profundi, Psalt. Ven. оуглъбох въ тимѣни глъбины, non satis distinguendo radices глȣб et глѣб. Confer Serb. глиб coenum, глибав lutosus.

глипати Russ. circumspicere, spectare.

глȣп, глȣпый, stolidus, stupidus. Croat. glumpak, Boh. hlaupak, hlaupy.

глȣмитися, глȣмлюся, exerceri. Ps. 76, 13. поглȣмлюся, *ἀδολεσχήσω*, exercebor. v. 7. нощїю сердцем моим глȣмлахся, nocte cum corde meo exercitabar (*ἠδολέσχουν*), at v. 4. pro глȣмлахся и малодȣшствоваше дȣх мой, exercitatus sum et defecit spiritus meus, Psalt. Ven. legit: въскрьбѣх и прѣнеможе дȣх мой, *ἠδολέσχησα καὶ ὠλιγοψύχησε τὸ πνεῦμά μȣ*. Ps. 68, 13. ω мнѣ глȣмлахȣся, *κατ' ἐμȣ ἠδολέσχȣν*, adversum me loquebantur. глȣмленїя Ps. 118, 85. sunt *ἀδολεσχίαι*, fabulationes. In aliis libris глȣм jocus; глȣмник, глȣмитель, глȣмец, joculator, garrulus. глȣмитися jocari, irridere, garrire. Croat. глȣмач histrio, ludio.

глина limus, terra figlina. Illyr. nunc transpositis literis гнила, aliis omnibus глина. глинан: сосȣди-глинани 2 Tim. 2, 20. sunt vasa fictilia (testacea), *σκεύη - ὀστράκινα*. Isai. 29, 16. olim глина горнчарская, nunc бренїе скȣдельника, *πηλὸς τȣ κεραμέως*.

глѣнь Russ. succus, liquor; dim. глѣнец.

глад fames. гладен famelicus, Serb. гладан; гладнѣти, гладовати Serb. esurire, Slav. алкати.

гладок, гладек, гладкый, laevis, glaber, Illyr. гладак. Confer germ. *glatt.* Serb. гладчина laevitas. гладити laevigare. ıакѡ бренїе пѹтей поглаждѹ ıа (их), ut lutum platearum delebo (λεανῶ) eos, Psal. 17, 43.

глодати rodere, *nagen,* Praes. гложѹ, глождѹ, Serb. глодьем. глржитисе Serb. jurgare.

оха, еха: сноха nurus a сын, мачеха Russ. noverca, pro мащеха a мати. Croat. мачаха, Carn. мачеха, et мачоха, Serb. маћаха et маћиха, Pol. мацоха, Boh. мацеха, vulgo et мацоха.

ꙋха: требꙋха venter, alvus, Croat. et Illyr. трбꙋх masc., plur. требꙋхи Malach. 2, 3. intestina, ἔνυστρον, (in Ostrog. трикꙋхи addito лютомыи bis legitur). горꙋха, unde Adjectivum горꙋшно (зерно) et dim. горꙋшица sinapi. Adde Russ. бѣлꙋха delphinus leucas, желтꙋха icterus.

- к

M. - ок	F. - ка	N. - ко
- ак, ак	- ика	- еко, око
- ык, ыка		
- ик, ник		
- ѣк, юк		

ок: шипок rosa (canina), ѡстанок et ѡстаток, ѡпрѣснок azymum, послѣдок, пародок ὄμφαξ, свиток volumen, избыток, паток dies veneris, начаток, пѣсок arena. инок monachus, contrac-

tractum ex кдинок; колок paxillus est dim. a кол. Croatae, Poloni, Bohemi in his amant ек pro ок, Carn. ък (пѣек etc.), Serbi et Illyrii ак. Habent tamen hi свѣдок, testis, cum o firmo et immobili.

ак: злак, зрак a зрѣти, простак idiota, a прост. Russ. рыбак idem quod Slav. рыбарь.

ѧк: Russ. дѹбнѧк quercetum, Serb. врбљак salictum.

ык: камык et forsitan ꙗзык.

ыка: владыка dominus, a владѹ. Huc refer ика post ж: оужика m. et f. cognatus, cognata. Fortassis et ближика proximus, cum in Psalt. Ven. Ps. 121, 8. legatur ближик pro ближних.

ик: каженик eunuchus a казити, кажен; оученик discipulus, ab оучен. Praefixo н Adjectivi ник.

ник: празданик festum, a празден. Alia a Substantivis: жертвеник a жертва, mediante Adjectivo жертвен, alias etiam жертовник altare, требник idem, дымник fumarium, кадилник, свѣтилник lucerna, сребреник (numus) argenteus, златник aureus, источник fons, свѣщник candelabrum, a свѣща. Plurima virorum denominativa: ковник seditiosus, приставник procurator, наставник praeceptor, застѹпник, наѥмник et наимник, закмник, ѡбаганник, данник, конник eques, законник, поклонник ado-

adorator, посланник, гостинник et гостилник hospes, священник sacerdos, бѣлник et бѣлилник fullo, ωбиталник, проповѣдателник, началник, численик, дверник, сѹперник adversarius, праведник, преводник, бѣдник, наслѣдник haeres, средник, всадник eques, оугодник, съвѣтник consiliarius, βουλευτής, пѹтник, шепотник susurro, ротник, вратник centurio, патьдесатник, защитник (защититель), вѣстник nuncius, извѣстник olim 2 Paral. 34, 11. coementarius (at legendum известник ab известь e graeco ἄσβεστος calx), nunc домоздатель οἰκοδόμος, местник, четвертовластник tetrarcha, снѹзник auriga, (ascensor, ἀναβάτης Isai 21, 7.), оужник, пѣнажник nummularius, дължник debitor, книжник, хѹдожник, грѣшник a грѣх, темничник vinctus, ωбщник, пращник fundibularius, тысѹщник χιλίαρχος, tribunus.

ѣк: человѣк homo, cf. челадь.

юк: пилюк miluus, olim Jer. 8, 7. cui correctores peregrinum ερωδία substituerunt, apposita glossa in graeco legi асіда. Croat. пилюх vide sub х.

ка: fem. рабка perdix, водка, латка, юнотка, решотка, плюска, рѹчка urna, точка punctum

tum. Diminutiva сойка а сои, невѣстка, дощка Russ. pro дщица, а дска.

ика: черника. оужика vide sub ыка.

око: Neutr. ꙗблоко, Pol. Boh. ꙗблко, pomum, cujus primitivum ꙗбло nullibi invenitur.

еко: Diminutivum колеко а коло.

Formativam ско vide sub ск.

Confer Adjectiva ope ок, ка, ко formata.

Terminatorum in ник pleraque tono afficiunt syllabam ante ник: пóстник, мѣ́стник, начáлник, иноплемéнник. Excipe мꙋ́ченик, моли́твенник, жéртвенник, дѣ́вственник, in quibus tertia a fine, et блꙋдни́к, должни́к, оучени́к, in quibus ultima syllaba tono afficitur.

Usus formarum.

§. 33. Ex paucioribus aut copiosioribus exemplis sub qualibet forma adductis ipse jam judicare poteris, quam varius sit harum formarum in lingua veteri slavica usus. Eadem enim forma, qua actor, vir agens, denotari solet, subinde etiam instrumentum, utensile designatur. Formae quibus feminae a maribus distingui solent, etiam abstractis designandis serviunt. Masculis quidem tribuuntur terminationes ин, ꙋн, анин, ель (атель, итель), арь, (rarius ач, ак), ник. Feminis а, на, ына (ыни), ица, (rarius ка). Neutris animalibus nondum adultis: а, cujus pluralis ата. Actio verbi

bi notatur formis neutris аніє, еніє, тіє, et femininis ва, ба. Abstracta attributorum quorumvis amant formas femininas ь, а, ѧ, овь, ина, ына, ель (ѣль), да, ть, ота (ета), ость (есть), ица, et neutras ство, ствіє. Collectiva іє. Instrumenta, utensilia но, ло (ало, ило), ец, ица, ник. Receptaculi, loci appellationes postulant ище. Diminutiva ищ, ец, ица (rarius ка), це. Rarioris usus formas sub м, р, д, з, ж, с, ш, ч, г, х conspicies. Genus denique ipsum, ad quod determinandum regulae a Grammaticis hactenus datae vix sufficiunt, formae a nobis latius expositae ac secundum genera consulto distributae suapte indicant.

Caput IV.

De nomine adjectivo.

§. 34.

Adjectivorum terminatio.

In Adjectivis duplex terminatio, indefinita et definita, secundum genera distinguenda est.

Indefinita a) post consonas solidas:

M. -	F. - а	N. - о
нов,	нова,	ново.
наг,	нага,	наго.
зъл,	зла,	зло.

b)

b) Post consonas liquidas:

M. - ь	F. - а	N. е
бѹй,	бѹа,	бѹе.
отень,	отна,	отне.
ложь,	лжа,	лже.
лож,	лжа,	-

Adjectiva definita assumunt pro ratione consonarum praecedentium ый aut їй:

a)	первый,	перваа,	первое
b) 1.	синїй,	синаа,	синее.
2.	третїй,	третїа,	третїе.

Formae primitivorum.

§. 35. Formam Substantivorum primam induunt et Adjectiva, ea nimirum, quorum consona finalis non est affecta, sed solida. Talia sunt:

тв, лѣв laevus, нов novus, сив caesius, griseus, плав, прав, крив. Adde готов paratus. первый vide inter Numeralia; здрав vero ope 'ав formatum est.

люб, слаб, грѹб; лѣп pulcher, слѣп, глѹп 197, свѣрѣп.

нѣм mutus, сам; прам, хром, кром.

ин alius, юн, лѣн piger; пълн, бран, брон albus (equus), срѣн, черн.

бѣл albus, мал parvus, мил carus, ѕол, ѕѣл, цѣл 99, гол 102.

ѩр austerus Luc. 19, 21., сир orbus, спор 150, стар 156, скор 163.

рад, сѣд canus, хѹд vilis (Russ. Pol. macer, Boh. pauper, Serb. ѹд malus), смѣд (снѣд, гнѣд) 195, блѣд, млад, тверд, гърд.

лют saevus, atrox, сыт satur, свѧт 149, злат aureus, жлът, ист, пѹст, тлъст, част, чист, гѹст 207. литый est a participio passivo лит verbi лїю.

сиз, гобз, близ, бърз 115, дерз (дерзый) θρασύς, Prov. 13, 18.

лыс calvus, рѹс, кѹс (кѹсый).

ѹбог pauper, пѣг, наг nudus, нетѧг piger, ἀεργὸς (olim Prov. 13, 4. nunc праздный), благ, длг, мног, драг, дрѹг, строг (строгый) Russ. Pol. severus.

лих Boh. Croat. Illyr. impar, тих, сѹх; глѹх.

ѩк Serb. robustus, fortis, лѧк; прек.

Horum definita terminatio est ъій: лѣвъій, прѧмъій rectus. Post г, х, к per abusum scribi їи pro ъій supra p. 17 et 21 monuimus.

Quaedam uti ѩв, кром, ѕѣл, прек inusitata quidem sunt, qua Adjectiva, sed sunt themata Adverbiorum ѩвѣ, кромѣ, ѕѣлѡ etc. сам, ин, ист, дрѹг forma ab Adjectivis non differunt, quamvis ob significationem inter Pronomina locum sibi postulent.

For-

Forma Adjectivorum secunda.

§. 36. Formae secundae Substantivorum respondent Adjectiva, quae radicali liquida finiuntur: бѹй fatuus, сѹй vanus, шѹй sinister: бѹїй, сѹїй, шѹїй.

дивїй, ferus, incultus.

крѣплїй fortior, Comparativus a крѣпкый.

велїй magnus. Comparativus болїй major.

синь: синїй caeruleus, lividus. Comparativi оунїй melior, мнїй minor.

чѹждь: чѹждїй, чѹжїй, Serb. тѹждь, 100.

лож mendax, a лгати, рѫж (рѫжїй) rufus, дѹжїй a дѹг, robustus, bene valens.

весь vide inter Numeralia.

пѣшь, пѣшїй pedes 89.

ниш egenus, тощ: тщїй vacuus. слащ ἡδύς, suavis, jucundus (olim Prov. 12, 11. nunc сладостен).

ниц pronus.

проч: прочїй, reliquus, residuus.

Pleraque ex his derivata sunt ope ь seu їй. Nam дивїй est a див, чѹждь a чѹдо, ниц a никѹ, слащ a сласть.

Quaedam, uti Comparativi omnes, terminatione definita carere non possunt. Formantur autem ope suffixi ь et їй possessiva a Substantivis.

M. - ль F. - ла N. - ле

ІАКОВЛЬ, АВРААМЛЬ, cum ль paragogico ob labiales в, м, pro ІАКОВЬ, АВРААМЬ; ОВНЬ, ОВНА, ОВНЕ ab ОВЕН; фАРАШНЬ, СІШНЬ, ОРЛЬ, ОРЛА, ОРЛЕ ab ОРЕЛ; КОЖЛА КРВ in Missali glagolitico a КОЗЕЛ; ОСЛЬ ab ОСЕЛ; ВЕЛБЛѸЖДЬ a ВЕЛБЛѸД, КНАЖЬ a КНАЗЬ, ЕДИНОРОЖ a ЕДИНОРОГ, ВРАЖ a ВРАГ, ПАѸЧ a ПАѸК, ПРОРОЧ a ПРОРОК, ЧЕЛОВѢЧ a ЧЕЛОВѢК, ЮНЧ a ЮНЕЦ, АГНЕЧ ab АГНЕЦ, ТЕЛЧ a ТЕЛЕЦ, ЖРЧ a ЖРЕЦ, ОТЕЧ, ОТЧА, ОТЧЕ ab ОТЕЦ, НЕТАСЫЦЪ a НЕТАСЫТЬ. At ИСПОЛНЬ a ПОЛН, СВОБОДЬ a СВОБОДА Adverbiis adnumeranda sunt, cum de omni genere et numero valeant. Alia amant ОВ, alia ЕНЬ, ИН, quae videsis loco suo. Alia duas formas admittunt: АДАМЛЬ et АДАМОВ, ВАРНАВЛЬ et ВАРНАВИН.

M. - їй F. - їа N. - їе

ГОВАЖїЙ, ГОВАЖДїЙ a ГОВАДО; СКОТїЙ a СКОТ, КОЗїЙ a КОЗА, БОЖїЙ a БОГ, ПЕСїЙ a ПЕС, ОВЧїЙ ab ОВЦА; ПАЛАЩїЙ urens, a Gerundivo ПАЛА, ПАЛАЩ. Praeterita Gerundivorum masculina contracta, quae ИВ rejiciunt, quando Adjectivorum terminationem definitam assumunt pro їй amant ЕЙ: ОУДАРЕЙ, ПОРОЖДЕЙ ab ОУДАРЬ, ПОРОЖДЬ. Sic et Comparativi СТАРѢЙ, КРѢПЛѢЙ. Alia їй et ЕЙ admittunt: ОУНїЙ et ОУНЕЙ, ВЕЛїЙ et ВЕЛЕЙ.

ай: множай, vide in Comparativis.

ой, оа, ое vide in Pronominibus.

ѹй, ѹа, ѹе: волѹй, волѹа, волѹе (pro волов, -ва, -во) a вол. Serbi hodiedum волѹйскый dicunt.

Adjectiva consonis servilibus aucta.

§. 37. Augentur Adjectiva a fine etiam consonis servilibus в, н, л, р, т, ст, ск, ш, х, к, quibus plerumque vocales mobiles о et е, sed et immobiles а, о, и praefigi solent.

- в,	ав,	ов	: ев,	ив.
- ва,	ава,	ова	: ева,	ива.
- во,	аво,	ово	: ево,	иво.

в: мертв, мертва, мертво a мрѣти; черств; жив est Praeteritum Gerundivi a жити vivere.

ав: кровав a кровь, скверннав, кѹдрав a кѹдрь, ржав, величав, лѹкав a лѹка. Sic et compositum здрав sanus, a драти.

ов: адамов ab адам, лвов a лев, слонов, вранов, гадов et plura alia possessiva. Hinc etiam кгов, quod Rom. 8, 9. non solum nunc, sed et in antiquis editionibus et in Mss. minus antiquis pro кго legitur. At Apostolus an. 1324 legit citato loco нѣсть сего pro сей нѣсть кгов. Illyrii nunc omnes possessivo нѣгов, нѣгова, нѣгово, alii autem Slavi solo Genitivo кгѡ utuntur. Alia qualitatem, originem, materiam

riam indicant: домовый, тернов spineus, сꙋров crudus, humidus, ὑγρὸς, viridis (de ligno) Luc. 21, 23., ситовый scirpeus, неистов insanus, et fortasse готов. Adde Adjectiva pronominalia ѩков, таков, саков, каков.

ев pro ов, post vocales et consonas liquidas: ноев, ѕмїев, царев, олтарев, сицев talis, a сице.

ив: злобив a злоба, ad significandum habitum; лѣнив, ревнив, скрѣнив εὐμετάβολος Prov. 17, 20. (nunc оудобопреложный), гꙋгнив, зазрив, оукорив, покорив, терпѣлив, молчалив taciturnus, тщалив, a Praet. partic. activi терпѣл, молчал, тщал; владив verbosus, оурodив ab оурод, правдив, клеветив, строптив, шептив, льстив a лесть, милостив, нечестив, оужастив, оплазив, продерзив, лжив, плѣшив, ѡбщив. Post consonas quasdam л euphonicum inseritur: гнѣвлив, востанлив, сварлив, завидлив lividus, invidiosus, ѡбидлив, оубодлив вол, bos cornupeta, стыдлив, оувѣтлив placabilis, забытлив obliviosus, пытлив, боѩзлив formidolosus, недꙋжлив, вознослив, прослив, ослꙋшлив, страшлив.

Formativas овен seu евен vide sub ен; овит sub ит; овекый sub ск.

Desinentia in ем, ом, им, ut знаем, питом, (питомый телец), неключим, sunt participia pas-

siva praesentia. Confer etiam Adverbia ope ма, мо, ми formata.

- ен : ный, ень : нїй, ин, ан.
- на : наа, на : нага, ина, ана.
- но : ное, не : нее, ино, ано.

ен : потаен а потай, гноен (et гноин), равен, равна, равно; противен, оудобен, прискрбен, прамный, чермен, позден, празден, десный dexter, тѣсен, късен: косный tardus, точен. Plurima a Substantivis: дивен а див, червлен, inserto л euphonico, а червь, подобен, оумен, безѹмен, темен: темный а тма, земланый (in codd. serbicis) et земныи eliso л euphonico, а земла, повинен, свинен (стадо свинное), глинен, бернен а бернїе (кренїе), страннен, истинен: истинный, законный, огнен, болен, ѕѣлен: ѕѣлный, зелен, силен, мглен nebulosus, вѣрен, бѹрен, мирен; бѣден, мѹден, снѣден, единочаден unigenitus, чѹден, плоден, вреден, праведен а правда; пригатен, житен, честен, перстен terrenus, а персть; любезен, полезный, желѣзный, возможен, недѹжен, книжен literatus а книга, должен, хѹдожен а хѹдог artifex, искѹсен, красен а краса; страшен а страх, грѣшен а грѣх, вѣчный aeternus горѹшен а горѹха, вѣчена а

вѣк,

вѣк, двоичен а двоица, личен personalis, a лице, алчен ab алч, злачен а злак, брачен nuptialis a брак, солнечный а солнце, немощен. Differunt autem Adjectiva haec et similia a participiis passivis in ен tam significatu, quam motione. Nam Adj. хвален, хвална, хвално a хвала est laudabilis, laude dignus, participium vero хвален, хвалена, хвалено est laudatus, qui laudatus fuit. Sic differt твореный a творити in рꙋкотвореный manufactus, et творный in voce чꙋдотворный thaumaturgus, qui mira operatur. снѣдно est esculentum, edule, quod edi potest, снѣдено comestum. Pauca quaedam euphonia exigente е immobile habent: зелен, зелена, зелено, мглен, стꙋден, огнен, влажен.

Formativae ен praefigi solet quandoque ов seu ев, hinc овен, евен.

овен: виновен causalis, a вина; чиновен, терновен (вѣнец), медовен (медвен), дꙋховен, грѣховен, церковный. At лꙋкавен a лꙋкав.

евен: тридневен, дневный, a день, олтаревен, (до рог олтаревныих Psalt. Ven. 117, 26. aliae edit. олтаревых), дождевен a дождь, дꙋшевен, плачевный a плач. Alia a Verborum Infinitivis derivata terminationi ен praefigunt ел, hinc елен, елный.

єлєн, єлный: свѣтователный а свѣтовати, нескланателный indeclinabilis, извѣстителный, извѣщавателный, обстолтелный circumstans, circumstantialis, воздержателный continens, доброучителен benedocens. Hac forma usi sunt Grammatici in exponendis terminis technicis. имѧ нарицателное est nomen appellativum, сущєствителное substantivum, прилателное adjectivum. падеж именителный est casus nominativus. залог дѣйствителный vox activa. наклоненіе изъявителное modus indicativus etc.

єсный, seu єн cum praefixo augmento єс: небесный coelestis a небо, небесе; тѣлесный a тѣло, тѣлесе.

єнь: матерень a мати, матере, господень, господна, господне, отень ab от, unde et отец. Adde сыновень a сын interposito ов.

ній: давній, домовній, древній, земній, далній, ѕѣлній, выспреній a выспрь, оутреній, внутрьній, горній, искреній proximus, преисподній, задній a зади, предній a пред, прежній a прежде, средній a среда, нижній a низ, ближній, вышній excelsus, altissimus, верхній. Ab Adverbiis derivata praefigunt ш, hinc formativa шній.

шній: домашній domesticus a дома, тамошній a тамо, кромѣшній exterior a кромѣ, внѣш-

нїй а внѣ, нынѣшнїй et нынѧшнїй а нынѣ et ныня; долѣшнїй (in correcta edit. долнѣйшїй), вчерашнїй hesternus a вчера (Russ. вчерась cum сь demonstrativo), здѣшнїй a здѣ (Russ. здѣсь), днешнїй а днесь, лѣтошнїй a лѣтось.

ин: таин (тайна) а тай, гноин ulcerosus а гной, достоин, достойна, достойно; покоин, иглин (иглинѣ оуши foramen acus), молнїин, неприꙗзнин, гвоздин a гвоздь. A nominibus rerum animatarum femininis et masculinis secundae formae: голѹбин а голѹбь, змїин а змїй seu змїѧ, сернин (сернина кожа), зверин а звѣрь, вдодин а вдод, quod est primae formae (крилѣ вдодинѣ in Ostrogiensi, at nunc вдодовы Zach. 5, 9.), татин а тать. Praecipue a nominibus propriis personarum in а et и: евжин ab евга pro ева, левїин а левї, марїин а марїа, їѹдин а їѹда, мелхїин а мелхї. Sic адамин ab адама (at адамов ab адам), сатанин а сатана. москвитин ad Substantiva in ин spectat.

ан: олован plumbeus, древан ligneus, рѹман, броеман (Serb. времен), оусман (оуснїан ab оуснїе) et оусмен coriaceus, loreus; каман а камы et каменный а камень, стклан vitreus, льнан lineus, (надраги лняны Exod. 28, 42. foeminalia linea, olim н. полотняны, alias платняны а платно), пыран (хлѣб) subcine-

ri-

ricius, a пырь favilla, сребран argenteus; багран, (Serb. багрен) purpureus, медан, плотан carneus, тростан, рожан (рожан) a рог, власан, шипчан (цвѣтец), roseus, a шипък; слан vero, salsus, ope ан formatum est, differtque a participio passivo солен salitus: столп слан est columna salis, et соль несланна Marc. 9, 50. est sal insulsum, τὸ ἅλας ἄναλον.

- ел, ел.
- ла, ела.
- ло, ело.

ел, ла, ло: тепел (тепл), тепла, тепло calidus, свѣтел, кысел, кысла, кысло, крꙋгел.

ел, ела, ело: дебел, дебела, дебело, crassus, тажел gravis, cum е immobili, a таг. At гнил, (гнилый), зрѣл, драхл sunt participia activa seu neutra Verborum гнїю, зрѣю, драхнꙋ.

елен vide supra sub ен.

- р, ер.
- ра, ера.
- ро, еро.

р: добр a доба, храбр (храбор), бодр promtus, бъждрїй vigil, Dan. 4, 10. in ed. Ostrog., nunc бодрый, мꙋдр, щедр a щадѣти, хытр, остр acutus, ab ость, быстр limpidus, пестр 120, мокр humidus, madidus, a мок: мокнꙋ.

ер,

ер, ера, еро amant Numeralia, ut патеро, et Pronomina uti кетер quidam, quae videsis infra.

- т, ат, ит.
- та, ата, ита.
- то, ато, ито.

т: желт: желтый flavus. Adde Numeralia четвертый, третїй.

ат: космат villosus, стѣнатый, мѹжатаѧ жена, власат, богат dives, et praefixo н: пернат pennatus, a перо. Praefixo ов: виноват reus.

ит: вражбит augurandi peritus, a вражба; именит et именитый nominatus, маститъ (Psal. 91, 12. въ елеи маститѣ, v. 15. въ старости маститѣ ἐν γήρει πίονι, in senecta uberi), нарочит praecipuus, eximius. Conjuncto с cum т: аст, ист.

аст: рогастый Russ. magnis cornibus, differt a рогатый cornutus, corniger, Croat. рогаст idem est quod Russorum et Illyriorum рогат; криласт Serbis est notam albam quasi alarum habens, крилат vero alatus.

ист: нѣдристый sinum latum habens, рѣчист eloquens. Praefixo vero ов: овит.

овит: домовит, сановит, тресновит fimbriatus, ѩдовит virulentus, плодовит fertilis. Adde рѣчевит, mutato о in е ob ч praecedens.

- ск, скый.
- ска, скаа.
- ско, ское.

ск, скый: балїйск (княже балїйск princeps ariolorum, seu incantatorum Dan. 4, 6.), житїйскый et житейскый а житїе, вдовскый, земскый terrestris, словенскый ꙗзык slavonica lingua, конск, женскый пол sexus femininus, поганскый in antiquo Apostolo pro ꙗзыческый gentilis, in eodem Jud. 1, 12. дрѣва кесеньска (ed. древеса есенна) arbores autumnales, *φθινοπωρινά*; польскый а поле, жернов оселск mola asinaria, морскый marinus, мїрскый mundanus, мѹрскый (et мѹринскый) ex Aethiopia, винарск, кедрск, житарск, царск, людскый, господьскаꙗ вечера dominica coena, плотскый carnalis, южскый et inserto е euphonico, южескый а юг, мѹжеск род genus masculinum, человѣческ, старческый а старец, старичскый а старица (старичскыꙇх басней aniles fabulas 1 Tim. 4, 7. in antiquo Apostolo, nunc бабїих), всꙗческ а всꙗк. Adde небеск, тѣлеск, alias небесный, тѣлесный. Formam hanc amant Gentilia: литовскый а литва, римскый а рим, латинскый, рѹскый а рѹсь, росїйскый vero а росїа, греческый а грек.

шїй

шїй, ѣйшїй vide infra in Comparativis.
шнїй vide supra sub нїй.

- ъх, хъій.
- ха, хаа.
- хо, хое.

ъх, ох: ветох, ветха, ветхо vetus. Alia amant ък.

- ък, ек, ок, ик, ак.
- ка, ока, ика, ака.
- ко, око, ико, ако.

ък: крѣпок, крѣпка, крѣпко, тонок, cum o euphonico et mobili, (Croat. Boh. тенек, Illyr. танак) tenuis, subtilis, сладок, краток, кроток, оузок, близок, a близ, ползок, дерзок (дьрзък), макок, маккый (Russ. магок, магкїй), легок. Post consonas liquidas ек: горек, горькый, тажек, тажкый.

ок, ока, око, cum o immobili; глубок, широк, высок altus, жесток. Adde далекый longinquus, remotus, cum е immobili.

ик: велик: великый a вель. Hanc formam adoptant Pronominalia елик, толик, селик, колик. Istorum alia amant ак.

ак: тк, ткый, такый, какый, inde et Adverbia ткω, такω, какω, Adde Numeralia единак, adverb. единакω, всак, всакый, a весь; троак-

трое-

трολκω; тρєтακ, fem. тρєтακы (юница) trium annorum vacca.

Comparatio Adjectivorum et Adverbiorum.

§. 38. Comparativus quorundam Adverbiorum primitivorum terminatur in є; оунє melius, болє majus, баψє amplius, пачє magis, super, лѹчє melius. In codd. Serbicis post л et н scribitur ѥ pro є: оунѥ, болѥ. Hanc formam amant et alia, uti дρєвлє (дρѣвлѥ) a дρєвнїй, глѹблє profundius, a глѹбок, кρєплє (кρѣплѥ) fortius, a кρѣпок, твєρжє a твєρд, пρєждє a пρєд, нижє humilius a низ, вышє a высок, лишє abundantius, a лиχ.

§. 39. Comparativus Adjectivorum tribus modis formatur, aut a comparativis Adverbiorum primitivis, aut a positivo suo, affigendo Comparativi formativas:

1) M. - їй,	F. - ши,	N. - ѣє.	
оунїй,	оунши,	оунѣє,	ab оунє.
мнїй,	мєнши,	мнѣє,	ab obs. мєнѣ.
болїй,	болши,	болѣє,	a болє.

Censentur vero haec anomala, quod positivo proprio careant. Respondet enim primo comparativo positivus благ vel добρ, secundo мал, tertio вєлїй seu великый.

Pro болїй scribitur et болѣй, sic etiam кρѣплїй et кρѣплѣй. Alia omnia amant ѣй: тψнвѣй sol-

sollicitior, юнѣй, славнѣй, силнѣй, пространнѣй, сластнѣй, беспечалнѣй, добрѣй, мѹдрѣй, старѣй, чистѣй, пречистѣй.

Neutrorum in ѣе formam referunt et Adverbia: новѣе, первѣе, оудобѣе ab оудобь, силнѣе, ѿраднѣе, тъщнѣе, далѣе a дале, добрѣе melius, горѣе pejus, скорѣе citius, острѣе, истѣе diligentius, долзѣе a долго, дерзѣе, лѹчее, тачее deterius Joh. 2, 10. olim, pro hodierno хѹждшее. Feminini in ѣа nullum exemplum in libris sacris occurrit. At Serbi aliique Illyrii a masc. in їи fem. in їа, neut. in їе formant: мѹдрїи, мѹдрїа, мѹдрїе; богатїи, богатїа, богатїе etc.

2) M. - шїй, F. - шаа, N. - шее.
- ши, - ше.

горшїй, горшаа, горшее, a горе.
вѧщшїй, вѧщшаа, вѧщшее, a вѧще.
лѹчшїй, лѹчши, лѹчше, a лѹче.

Quibus utpote anomalis respondent positivi зол, велик, добр. Hujus formae etiam оунїй, мнїй, болїй capacia sunt: оуншїй, меншїй, болшїй, болшаа, болшее. Sic et лишшїй, лишшее et лишше a лише, et plurima alia Adjectiva: младшїй a млад, чистшїй a чист, Neutrum seu Adverbium пѹщше a пѹст, трѣбше a трѣбѣ. Praecipue ope ок seu кый formata, quae rejecta hac terminatione syllabae radicali шїй apponunt:

блѹ-

глꙋбшїй а глꙋбокый, далшїй а далекый.
ширшїй а широкый, жестшїй а жестокый.

Sic крѣпшїй et крѣпльшїй а крѣпкый pro крѣплїй, тоншїй а тонкый, сладшїй, et слаждшїй а сладкый, кратшїй а краткый, кротшїй а кроткый, тяжшїй (olim et тяжїй) а тяжкый, quae tamen, mutato к in ч, etiam tertio modo formari solent: глꙋбочайшїй, далечайшїй, широчайшїй, жесточайшїй, легчайшїй а легкый.

3) ѣйшїй; айшїй vero post ж, ш, ч.

ѣйшїй: первѣйшїй, сꙋгꙋбѣйшїй, юнѣйшїй а юн; praesertim si terminationem ный praecedat consonans: славнѣйшїй, силнѣйшїй, честнѣйшїй; малѣйшїй, ѕлѣйшїй, мꙋдрѣйшїй лютѣйшїй.

айшїй: млажайшїй а младый, нижайшїй а низкый vel potius а ниже, ближайшїй а ближе, оубожайшїй ab оубогый, множайшїй а многый, блажайшїй а благый, дражайшїй а драгый; тишайшїй а тихый, ветшайшїй а ветхый, крѣпчайшїй а крѣпкый, величайшїй а великый, горчайшїй а горькый, сладчайшїй а сладкый. Resecto шїй desinunt quaedam in ай: множай. Hinc Adverbia seu Neutra множае, дражае; крѣпчае, жесточае, легчае, quamvis et neutra terminatione in ше suppleantur: далечайше.

чайшє. Tribuunt autem Grammatici etiam terminationem fem. ши Adverbiis: скорѣйши, крѣпчайши. Prov. 22, 1. изволенѣйши.

In quibusdam libris, iis nimirum qui a Polono-Russis recogniti sunt, subinde comparativis болє, нижє, вышє, вящє et aliis more Polonorum и in fine affigitur: болєи, нижєи, вышєи, вящєи, quod minime probandum. 3 Esdrae 8, 20. plane legebatur olim найвышєи (аєра), quod in Mosquensi prima in найвышши (ob praecedens очи) mutatum est; in correcta vero Vulgatae verba *in superna* redduntur на вышнаѧ. In formula прєчистѣи рꙋцѣ твои, purissimae manus tuae, terminatio ѣи est Dualis femininus Comparativi seu Superlativi прєчистѣй, a fem. sing. прєчистѣѧ pro прєчистѣйши.

§. 40. Superlativus suppletur productioribus Comparativis in ѣйшїй et айшїй. Aequivalent enim Comparativi absolute sumti Superlativis, ita ut omnibus major, melior, censeatur maximus, optimus. Errant itaque Grammatici, qui terminationes longiores Comparativorum Superlativis propriam esse docuere, ita ut мꙋдршїй, свѧтшїй, чистшїй a мꙋдрѣйшїй, свѧтѣйшїи, чистѣйшїй gradu distinguerent et breviores Comparativos, longiores vero Superlativos appellarent, cum potius dicendum fuerit, Comparativis, praecipue productioribus, sensum tribui absolutum et hos pro Superlativis aliarum linguarum usurpari. Soletque iis ad indicandum summum gradum nume-

rale

rale все (παν-) aut praepositio пре (prae, per) aut utrumque praefigi: премилостивѣйшїй, преосвященнѣйшїй, всемилостивѣйшїй, всепресвѣтлѣйшїй. Comparativus паче exigit particulam най: найпаче, quod in Psalmis graeco ἐπιπλεῖον, amplius, alibi et superlativo μάλιστα, maxime, respondet.

Hodie in plurimis dialectis slavicis ope particulae най, Comparativis praefixae, Superlativus formatur. Apud Serbos наймꙋдрїи, наймꙋдрїа, наймꙋдрїе. Bohemi най nunc ut ней pronunciant et scribunt: нейлепшїй optimus; Carnioli най etiam in нар mutant. Croatarum найвекшїй, maximus, iis est et нарвечїй et найвекшїй.

Caput V.

De Numeralibus.

§. 41.

E Numeralibus cardinales numeri, si quatuor primos excipias, formam Substantivorum, ordinales vero omnes Adjectivorum formam referunt.

Numeri cardinales.

Simplices:	Compositi: a.	b.
1 єдин.	11 єдинонадесать	- - - -
2 два.	12 дванадесать.	20 двадесать.
3 три.	13 тринадесать.	30 тридесать.

4 четыри. 14 четыринадесать. 40 четыридесать.
5 пать. 15 патьнадесать. 50 патьдесать.
6 шесть. 16 шестьнадесать. 60 шестьдесать.
7 седмь. 17 седмьнадесать. 70 седмьдесать.
8 осмь. 18 осмьнадесать. 80 осмьдесать.
9 девать. 19 деватьнадесат. 90 деватьдесать.
10 десать. 100 сто. 1000 тысѹща (R. тысаща).
10000 тма μυριάς. Adde пол semis, dimidium.

§. 42. єдин, єдина, єдино, а єд ope ин formatum est. два, duo, et оба, ambo, dualis numeri sunt, quorum femininum et neutrum двѣ, обѣ. трїє et четырїє sunt masculina, три, четыри fem. et neutra. пать, шесть ope ть, девать, десать ope ать, седмь, осмь ope мь formata videntur, referuntque formam femininorum. сто est neutrum, cujus Dualis est стѣ: двѣ стѣ (Exod. 30, 23. atque alibi Russ. двѣсти in correcta editione); Pluralis ста: три ста. тысѹща fem. e Goth. Thusund ortum est, cui Russi suum тысаща in editis libris substituerunt. тма fem. et tenebras et μυριάδα (decem millia) significat.

Antiqua versio, licet et haec a Russis recognita fuerit, legit Gen. 24, 60. бѹди въ тысѹщи тем, esto in millia myriadum γίνȣ εἰς χιλιάδας μυριάδων, nunc в тысащы.

Non solum in codd. Serbicis тысѹща pro тысаща librorum editorum legitur, sed etiam in ipsa edi-

tione Ostrogiensi, in aliis adhuc locis antiquior haec forma intacta mansit. Job. 33, 23. тысѹщ, Eccles. 7, 29. ѿ тысѹщи, Sir. 16, 3. тысѹща, 39, 14. тысѹщи, Ezech. 48, 8. пѧти тысѹщ, 2 Macch. 8, 34. тысѹща, Marc. 5, 13. двѣ тысѹщи, inde тысѹщник Joh. 18, 12. тысѹщ olim masc. fuisse Boh. tisjc et Pol. tysiąc et e libro Job citatus locus firmare videtur.

§. 43. In numeris ab 11 usque 19, qui interponendo на ex unitatibus et decade componuntur, десѧте pro десѧть frequenter usurpatur: дванадесѧте. єдиннадесѧть, eliso о, pro єдинонадесѧть non solum apud Smotriskium et in libris glagoliticis, sed etiam in Ostrog. editione Ezech. 40, 29. reperias. Legitur enim ibidem єдинъ надесѧте степень pro hodierno десѧтїю степенми. обанадесѧть, duodecim, in Evangeliis frequentius occurrit, quam двадесѧть. Immo in Mss. etiam iis in locis обанадесѧте scriptum observavi, in quibus nunc дванадесѧте habetur. In compositis sine на ad exprimendas decades lene ь ab editoribus fere negligi solet. Hinc двадесѧтъ pro двадесѧть, пѧтдесѧтъ et пѧтьдесѧтъ pro пѧтьдесѧть, шестдесѧтъ pro шестьдесѧть impressa reperies. Pro девѧтьдесѧть nonaginta Matth. 18, 12. in Ostrogiensi Bibliorum editione et novissima Petropolitana an. 1816 legitur девѧтьдесѧтъ, in Nov. Test. Kiov. 1732 девѧтдесѧть; at in scribendo, qui ibidem sequitur, numero simplici девѧть omnes conveniunt.

§. 44.

§. 44. Numeri ordinales Adjectivorum definita terminatione gaudent:

первый	primus,	єдиный-надесать	11us
вторый	secundus,	вторый-надесать	12us
третїй	tertius,	третїй-надесать	13us
четвертый	quartus,	четревтый-надесать	14us
патый	quintus,	патый-надесать	15us
шестый	sextus,	шестый-надесать	16us
седмый	septimus,	седмый-надесать	17us
осмый	octavus,	осмый-надесать	18us
деватый	nonus,	деватый-надесать	19us
десатый	decimus,	двадесатый	20us

Libri minus antiqui exhibent первый надесать pro єдиныйнадесать, sive єдиныйнадесате. Vide 1 Paral. 25, 18. At more Russico etiam єдинонадесатый, дванадесатый (Ostrogiensis editio plane дванадцатый), тринадесатый, четыренадесатый 1 Paral. 24, 12. 13. leguntur, verum a v. 14. continuantur патыйнадесать, шестыйнадесать etc. et v. 28-31 cum двадесать conjuncti cardinales simplices первый, вторый, третїй, четвертый denotant vigesimum primum, secundum etc. Antiquiores formulae sunt первый между десатма, primus inter bis (seu duo) decem, i. e. vicesimus primus, четвертый между десатма vicesimus quartus, седмое между десатма лѣто vicesimus septimus annus

At седмое десать лѣто est septuagesimus annus. In Compositis enim uni solum numero terminatio ый adnecti solet.

Ordinales numeros, primis quatuor exceptis, a cardinalibus derivari sat clarum est; первый vero est a пре ope вый (uti lat. primus a prae, pri, graec. *πρωτος* a *προ*) formatum. вторый contractum videtur ex дваторый, quod est a два et formativis т-ор, uti graec. *δεύτερος* a *δύο*. третїй a тре pro трое, ope тїй, четвертый a четверо ope тый deducitur.

45. A два, оба, три, collectivi numeri ope ой formantur: двой, двоя, двое; обой, обоя, обое; трой, троя, трое. A четыри vero четверо, mutato ы in в, a пать et sequentibus ope affixi еро: патеро, шестеро, седмеро etc. Ab his iterum abstracta ope ица: двоица, троица, четверица, седмерица etc. дващи, трищи, uti et два краты etc. vide inter Adverbia. A сто formatur сотый (Boh. стый) in compositis двѹсотый, трисотый, et сотный in четверосотный, шестьсотный; a тысѹща (тысаща) тысѹщный (тысащный). A весь est всак quilibet, ope ак, a трое vero трожкый, ope ак, акый, a всак iterum всаческ, ope еск formatum. Multiplicativi numeri сѹгѹбый, трегѹбый compositi sunt ex сѹ cum, тре et radice гѹб. два два, uti apud Graecos *δύο δύο*, sunt bini, оба ambo.

Tria genera cardinalis numerus єдин in singulari et plurali distinguit. Sic et весь, вса, все, omnis,

nis, sed два et оба, три, четыри nonnisi duo: два, оба est dualis masculinorum, двѣ, обѣ fem. et neutrorum. тріе, четыріе est masculinorum, три, четыри femininorum et neutrorum. Russis четыре pro utroque genere valet. Vide Declinationes. пять et sequentes numeri cardinales, uti collectiva пятеро, шестеро, седмеро, etc. Substantivorum vices gerunt. Hinc пять лѣт, шесть тысѧщ, пятеро телят. Vide Syntaxim.

Caput VI.

De Pronomine.

§. 46.

Pronominum stamina.

Pronomina primitiva staminibus syllabarum radicalium sequentibus constant:

1) и, ва, вѣ, вы, мы et нь, тъ, ты, (с), сь, че, к.

2) ов, он, ин, аз, сам.

3) ист, друг.

§. 47. Ex his Personalia sunt: аз ego, ты tu, он ille (pro и). In Plurali мы nos (ἡμεῖς) ны nos (ἡμᾶς), вы vos, они illi. In Duali ва m. et вѣ f. nos. Pronominis и duntaxat casus obliqui in usu sunt: Accus. Sing. m. ѝ, f. ю, n. ѥ seu е. Plural. ꙗ seu ѧ. Reliquos casus vide in Declinationibus. Ab и or-

ortum est Relativum иже qui. Reciprocum (c) caret recto, sed Accus. сѧ, себе, Dat. си, себѣ, Instrum. собою, singulari et plurali numero exprimendo usurpantur. Interrogativum к augetur determinativo то: кто quis. че vero aut то aut со assumit: что, чесо quid, in Mstis etiam чьсо.

§. 48. Determinativa et demonstrativa pronomina тъ et сь duplici terminatione, indefinita seu communi, et definita seu emphatica, gaudent:

тъ, та, то : той, тая, тое.
сь, си, се ; сїй, сїя, сїе.

Alia amant ъій, ая, ое, uti об, он, сам:

об, оба, обо : объій, обая, обое,
сам, сама, само : самъій, самая, самое.
он, она, оно : онъій, оная, оное.

Sic et ин, alius, et дрѹг, alter, (in formulis дрѹгдрѹга; дрѹгдрѹгѹ) Adjectivorum formam definitam referunt: иный, дрѹгый.

§. 49. Aucta a fine affixis encliticis же, жде, ждо sunt: Relativum иже, яже, еже, qui, quae, quod; Demonstrativum тъжде, et тойжде, таяже et тажде (таже), тожде (тоже), idem, eadem, idem. Numerale кождо, pro antiquo къждо, quilibet; hinc кождо их quilibet eorum. Sed et единкождо unusquisque, et кыйждо (койждо), каяждо, коеждо in usu sunt.

In

In Ostrogiensi editione Ezech. 47, 12. reddita sunt Vulgatae verba *per singulos menses* на кождый мѣсѧц. Multis enim in locis Ezechielis textus antiquus ab homine Polono-Russo secundum Vulgatam recognitus et refictus fuit. At alibi кождый nuspiam legitur. Apoc. 22, 2. на кїйждо мѣсѧц respondet graeco *κατὰ μῆνα ἕκαστον*. Russ. Pol. Boh. nunc каждый pro кыйждо.

§. 50. Possessiva ope formativarum a primitivis derivantur, suntque Adjectiva pronominalia, uti et alia quaedam. Formantur autem affigendo ь, ой, ъй, їй, ов seu ев, от-ор seu ет-ер, ак et ик. Et quidem

а нас :	нашь,	наша,	наше,	noster.
- вас :	вашь,	ваша,	ваше,	vester.
- м :	мой,	моѧ,	моє,	meus.
- ты :	твой,	твоѧ,	твоє,	tuus.
- с :	свой,	своѧ,	своє,	suus.
- к :	къй,	каѧ,	коє,	quis.
- че :	чїй,	чїѧ,	чїє,	cujus.

Ope ов formata sunt ѧков, таков, каков. Sic et єгов а єго, тогов а того; сицев, сицева, сицево а сице.

Ope от-ор: который, olim et котерый, qui, а к (кто); єтер, єтера, єтеро aliquis, ab и, quod hic ob affixa in є mutatum est (cf. єго, ємꙋ cum й).

Ope ак: ѧк, ѧкый qualis, ab и; так: такый talis, а т; как: какый qualis, а к.

Ope

Ope ик: клик, толик, селик, колик ab и, т, сь, к, interposito tamen л. Ab iisdem staminibus и, т, сь, к formantur etiam Adverbia амω (гамо), тамω, семω, камω, ope мо.

§. 51. Quibus particula нѣ particulariter affirmans, et negativa ни praefiguntur, composita sunt: нѣкто, нѣкый aliquis, нѣчто aliquid. никто, никтоже, никый nullus, ничто, ничесо, ничесоже nihil, ничїй nullius, ad nullum pertinens. Adde онсїй, a quo abstractum онсица, ὁ δεῖνα quidam. єдинкождо, ниєдин, ктолибо, чтолибо, conjunctim scribi solent, licet vere composita non sint. Post тожде sequi solet исто: тожде исто idem ipsum.

Affixa verborum personalia sunt aut obsoleta aut adhucdum usitata Pronomina, quae videsis capite sequenti.

Caput VII.

De Verbo.

§. 52.

Thema Verbi.

Verbi etymon primum, ac proinde thema omnium Temporum et Modorum, constituit syllaba radicalis nuda*, quae nulla adhuc servili litera a fine aucta sit. Itaque Futuri дам, Infinitivi дати, Praesentis даю, Imperativi дай, Infinitivi даяти, Participiorum activi дал, et passivi дан, thema est

syl-

syllaba да, dedit, Praeteritum simplex tertiae personae Indicativi. Ab omnibus igitur Verbi syllabis radicalibus, quae vocali terminantur, facile et Praesens et Infinitivus formari potest, affigendo Praeterito simplici ю vel ти.

зна, Praes.	зна-ю, Inf.	зна-ти	noscere.
гни,	гни-ю,	гни-ти	putrescere.
кры,	кры-ю,	кры-ти	tegere.

§. 53. In iis vero, quorum syllaba radicalis consona finitur, uti sunt веду, паду, везу, стрегу, теку, влеку et alia multa in у, Praeteritum Gerundivi, nimirum вед, пад, вез, стрег, тек, влек thema primum constituit, a quo Praeteritum Indicativi formatur affigendo vocalem е (in prima persona оух): вед: веде, ведоух; пад: паде, падоух etc. Aliae Verborum formae in Praeterito vocales ѣ, и, а affigunt. Sed cum Lexica slavica non prostent, in quibus Praeterita simplicia ceu themata exhibeantur, maluerunt Grammatici Praesens pro themate assumere, et ab hujus prima persona Praeteritum deducere. Sensit tamen jam Meletius Smotriski difficultates in deducendo Praeterito secundae (nobis tertiae) Conjugationis a persona prima, quae ob ю affixum mutationem transformabilium subire solet, ideoque illud a persona secunda formandum praecepit. Vidit omnino гласи (гласих) a гласиши, resecto nimirum ши, deduci

ap-

aptius, quam a глашю ob mutationem radicalis consonae c in ш. Monuit tamen hoc in loco irregularia multa et varia, de quibus alibi brevi agendum sit, vigilem curam exigere. Atque hac ratione difficultates in formatione Praeteriti a solo Praesenti obvias subterfugit potius, quam solvit; impar omnino et ille et alii huic labori, ob formarum Verbi diversitatem nondum sat clare observatam ac distincte explicatam. Nobis igitur in iis saltem formis, in quibus ob affixum ю primae personae finales consonae transformantur, Praeteritum simplex aut Infinitivus, utpote intuitu characteristicae vocalis tempora analoga, pro themate ipso valebit.

Formae Verborum.

§. 54. Verborum formae, a quibus non solum significatus ratione actionis, sive tempore definito absolutae, sive tempore indefinito continuatae aut etiam iteratae, sed etiam Futuri et Praesentis clarior notio dependet, variae sunt. Earum simplicissima seu

Prima comprehendit ea Verba, quae nullam characteristicam vocalem ante ти Infinitivi habent. Suntque eorum duo genera.

a) Eorum quorum syllaba radicis vocali terminatur, uti пи-ти, да-ти; и-ти, би-ти, пѣ-ти, мы-ти, чꙋ-ти.

b)

b) Eorum, quorum radix consona terminatur: пас-ти, нес-ти, рас-ти (pro раст-ти), Praesens пасꙋ, несꙋ, растꙋ.

Secunda complectitur ea Verba, quae in Praesenti (seu Futuro) нꙋ, in Inf. нꙋти syllabae radicali affigunt: дꙋ-нꙋ, ста-нꙋ. Habentque plerumque etiam praefixas praepositiones: помаднꙋ, изринꙋ, изсꙋнꙋ, прозабнꙋ, оужаснꙋ etc.

Tertia eorum est, quae characteristicam ѣ syllabae radicali affigendo Praeteritum, et huic demum addito ти Infinitivum formant: разꙋм-ѣ: разꙋм-ѣти a разꙋм; повелѣ: повелѣти; видѣ: видѣти; гладѣ: гладѣти; стыдѣся: стыдѣтися. Quaedam tamen а pro ѣ amant, uti стоати, боятися, держати, слышати.

Quarta eorum, quae characteristica и gaudent, uti таи: таити; кои: коити; твои: твоити; преломи: преломити; клони: клонити; сꙋди: сꙋдити; хыти: хытити.

Quinta eorum, quae characteristica а aut а gaudent: сїа: сїати; гнѣватися, зовати, копати, гладати.

Sexta demum eorum, quae characteristica ова aucta sunt: кꙋп-ова: кꙋп-овати, мил-овати, рад-оватися.

Ver-

Verba formae primae.

§. 55. Praesens seu Futurum - ꙋ,
post vocales - ю,
Infinitivus - ти.

(A) Praes. - ю, Infin. - ти, praecedente vocali.

(Conjugatio I. Paradigma A.)

Praes.	Praet.	Infin.	
бїю,	би,	бити	caedere.
пїю,	пи,	пити	bibere.
пою,	пѣ,	пѣти	canere.
выю,	вы,	выти	ululare.
мыю,	мы,	мыти	lavare.
чꙋю,	чꙋ,	чꙋти	sentire.

Huc refer et ꙑыю, тыю, сꙋю; composita почїю, ѡбꙋю, изꙋю. Porro знаю, знати; смѣю, смѣти audere; тлѣю, тлѣти; врѣю, врѣти, брѣю, брити tondere, вопїю, вопити; гнїю, гнити; крыю, крыти; стрыю, стрыти,

Haec, cum eorum syllaba radicalis in vocalem desinat, in Praeterito characteristica vocali a fine non augentur. Ea tamen, quibus continuata actio designatur, characteristicam quintae formae (ѧ) affigunt:

вѣю,	вѣꙗ,	вѣѧти	flare.
лїю,	лїꙗ,	лїѧти	fundere.

Sic

Sic лаю: лаяти; ѿрѣю, дѣю (ѡдѣю, надѣюся); даю: даяти; таю: таяти; зѣю: зїяти; сѣю: сѣяти; чаю; каюся: каятися. Porro спѣю, смѣюся, влаюся, блею, грѣю, въстаю: въстаяти. (боюся et стою vide sub forma tertia).

Composita autem actionis momentaneae characteristicam я non affigunt. Hinc воздѣ, задѣ, придѣ a дѣю, возврѣ a врѣю.

Quorum vocalis radicalis est ѹ, resolvunt ѹ in ова (ева), formam sextam aemulando:

a) кѹю, кова, ковати cudere.
(кѹ) (кѹти)

Sic снѹю, ѡснѹю: ѡсновати; плѹю: пловати.

b) блюю, блева: блевати vomere.
(блю) (блюти)

Sic etiam плюю, ѡплюю: ѡплевати, et плвати conspuere; клюю: клевати pro клюти.

Anomala formatio.

§. 56. Verba quaedam hujus formae, quorum syllaba radicalis in я desinit, assumunt, rejecta vocali radicis, нѹ pro ю in Praesenti, formam secundam aemulando:

пнѹ	a	пя	:	пяти	tendere.
тнѹ	-	тя	:	тяти	secare.
жнѹ	-	жа	:	жати	metere.
почнѹ	-	поча	:	почати	incipere.

Adde

Adde кленꙋсѧ (кланꙋсѧ) a клѧ: клѧти jurare, Futurum станꙋ a ста : стати stare. мꙋ pro нꙋ affigunt имꙋ a ıм: ıмти capere, et жмꙋ a жа: жати liquorem exprimere.

Alia amant in Praesenti seu Futuro вꙋ pro ю:

живꙋ a жи : жити vivere.

плѣвꙋ - плѣ : плѣти evellere.

Sic пловꙋ et плывꙋ pro плꙋю, словꙋ et слывꙋ pro слꙋю, ѡсновꙋ pro ѡснꙋю.

Alia дꙋ pro ю:

Praes. идꙋ ab (и) : ити ire.

Fut. бꙋдꙋ a бы : быти esse.

Adde ѡдеждꙋ pro ѡдѣю, надеждꙋсѧ pro надѣюсѧ, задеждꙋ (задежꙋ) pro задѣю. A ше est inusitatum шедꙋ, a quo tamen Gerundivum шед et Participium activum шел, шла, шло vigent. дати format Futurum unitatis ope м: дам. Sed tertia plur. дадꙋт (дадѧт), Imperativus даждь (pro дади) formata sunt ab inusitato дадꙋ.

§. 57.

(B) Praes. - ꙋ, Praet. - е, ох, Inf. - ти, post radicales consonas б, п; д, т; з, с; г, х, к.

(Conjugatio II. Paradigma C).

Post б, п, post quas inseri solet с ante ти Infinitivi:

грebꙋ, гребе : гребох, гребсти.

(погрести).

Sic

Sic почерпѹ: почерпсти; сопѹ: сопсти; тепѹ: тепсти, (et тепати). Adde Russ. скребѹ: скребсти, Serb. ѥбем: ѥбсти; зебем: зебсти (Boh. забсти); дѹбем: дѹбсти (Carn. долбем, долбсти); скѹбем: скѹбсти, Carn. хропем: хропсти.

Post д, т, quae mutantur ante ти in с:

ведѹ, веде: ведох, вести ducere.

Sic бодѹ: бости; падѹ: пасти, сѧдѹ: сѣде, сѣсти; гѹдѹ: гѹсти. Porro бладѹ, блюдѹ, кладѹ, бредѹ, прѧдѹ, крадѹ. Adde defectivum грѧдѹ quoad Praesens.

плетѹ, плете: плетох, плести plectere.

Similiter мѧтѹ, метѹ (мѣтѹ); futura ѡбрѣтѹ, срѣтѹ, ab inusitato рѣтѹ; чтѹ: чести; цвѣтѹ, гнетѹ (гнѣтѹ), растѹ: расти.

Post з, с, mutato з in с ante ти:

везѹ, везе: везох, вести vehere.

Sic лѣзѹ: лѣзти et лѣсти, defectivum вон-зѹ: вонзе a нзѹ; ѿверзѹ: ѿверсти; грызѹ: грысти.

пасѹ, пасе: пасох, пасти pascere.

Similiter несѹ, трѧсѹ, et compositum спасѹ: спасти salvum facere.

Post г, х, к, mutatis gutturalibus ante е Praeteriti in analogas, et transformatis гт, хт, кт ante и Infinitivi in щ:

могѹ, може: могох, мощи posse.

вьрхѹ, вьрше: вьрхох, вьрщи triturare.

Sic

Sic лагꙋ, лѣже: лѣгоχ, лѣщи; сагꙋ; жгꙋ (жегꙋ), жеже: жегоχ, жещи; вргꙋ, врещи; врегꙋ, прагꙋ, стрегꙋ, стригꙋ. Adde бѣгꙋ quoad primam personam et Inf. бѣщи, currere, apud Smotriskium бѣчи, Russice, non Slavice. Confer sub forma tertia бѣжати.

пекꙋ, пече : пекоχ, пещи pinsere.

Similiter reflexivum пекꙋсѧ; рѣкꙋ, рѣче: рѣкоχ (рѣχ); слакꙋ, налакꙋ, текꙋ, сѣкꙋ, блекꙋ. Adde толкꙋ: толщи, a quo толкнꙋ formae secundae.

§. 58. Verba hujus formae, quorum syllaba radicalis consonis в, р, finitur, et pauca alia, amant characteristicam а in Praeterito et ante ти Infinitivi, formam quintam aemulando:

ревꙋ,	рва,	рвати.
зовꙋ,	зва,	звати.
жвꙋ,	жва,	жвати.
берꙋ,	бра,	брати.
перꙋ,	пра,	прати.
дерꙋ,	дра,	драти.
серꙋ,	сра,	срати.

Adde женꙋ, гна, гнати. Etiam post д, с, г, к, si immediate aliae consonae nulla vocali interposita praecedant, characteristica а locum habet.

ждꙋ,	жда,	ждати	exspectare.
сѣсꙋ,	сѣса,	сѣсати	sugere.

Sic

Sic лгꙋ: лгати ткꙋ: ткати texere, a quo differt ткнꙋ formae secundae. Praesens лжю (лжꙋ) a лгати, uti слю a слати, стелю a стлати, колю a клати, ржю (ржꙋ) a ржати refer ad formam quintam.

§. 59. Quaedam tamen post р postulant characteristicam tertiae formae saltem in Infinitivo:

мрꙋ : мрѣти; понрꙋ : понрѣти.
трꙋ : трѣти; пожрꙋ : пожрѣти.
прострꙋ : прострѣти.

Horum Praeterita inter primam et tertiam formam fere nutant. Hinc оумре: оумрохъ et оумрѣ: оумрѣхъ. Addere possis прюся : прѣтися, мелю: млѣти. Sed Verba in ю, Infin. ѣти, uti мню, зрю, вдю et alia omnia, quae Conjugationis tertiae Paradigma E. sequuntur, ad tertiam formam referenda sunt.

Anomala in мь:

ꙗмь, ꙗсти edere, a ꙗд.
вѣмь, (вѣсти) scire, a вѣд, вѣдѣти.
ѥсмь (pro ѥсми), a ѥс.

§. 60. Complectitur vero forma prima Neutra et Activa. Transeunt autem neutra in Factitiva vel ope praepositionum (помогꙋ juvo a могꙋ possum) vel induendo formam quartam (растити crescere facere, власы растити capillos alere, a растꙋ cresco).

co). Notandum etiam, cum ejusdem originis (radicis) Verba plures induere formas soleant, formam quorundam primam exolevisse. Sic бѣгꙋ, бѣꙁи personas alias (бѣжиши, бѣжит) a forma tertia бѣжати mutuatur, ejusque composita побѣгнꙋ, прибѣгнꙋ formam secundam induerunt. A бладꙋ, бласти magis jam usitatae sunt formae бладѣти, et бладати in composito ѡбладати. Non igitur miraberis conjugationem irregularem Verbi имамь e tribus congestam formis, nimirum ex имꙋ prima, имѣти tertia, имати quinta.

Verba formae secundae.

§. 61. Praes. Fut. - нꙋ, Praet. - нꙋ, нꙋх.
Inf. - нꙋти. - ѐ, ох.

(Conjugatio II. Paradigma D.)

Quoad Praesens e forma prima huc pertinent имꙋ, жмꙋ, пнꙋ, тнꙋ, жнꙋ, почнꙋ (начнꙋ, зачнꙋ), Fut. станꙋ. Ex integro vero huc spectant дмꙋ, дмꙋти (pro дꙋнꙋ, дꙋнꙋти), мнꙋ, мнꙋти (olim et мати), et omnia alia in нꙋ, нꙋти, licet eorum non pauca characteristicam Praeteriti е, ох a forma prima repetant, unde et formarum istarum primae et secundae summa affinitas liquet. Habet autem нꙋ locum post vocales, et consonas к, п; м, н; д, т; з, с; г, х, к.

Post

Post vocales: винꙋ (повинꙋ, ѡвинꙋ), помѧ́нꙋ, поманꙋ, минꙋ, нзринꙋ (ѡтринꙋ), зѣнꙋ, сꙋнꙋ (изсꙋнꙋ), канꙋ (оуканꙋ), кынꙋ, восплан ꙋсѧ плынꙋ, плюнꙋ. Haec a Verbis formae primae assumto нꙋ pro ю orta sunt: винꙋ pro вїю, минꙋ pro мїю. Praet. винꙋ, винꙋх, поманꙋ, поманꙋх.

Post б, п: гыбнꙋ (погыбнꙋ), Praet. погыбе: погыбох, прозабнꙋ, прозабе, оуглѣбнꙋ, сдолбнꙋ, прилпнꙋ: прилпе, истопнꙋ, оуспнꙋ: оуспе obdormivit.

Post м, н: мнꙋ, Praet. мнꙋ: мнꙋх; потонꙋ, оуснꙋ a сон.

Post д, т: оуванꙋ (оувяднꙋ): оувяде, (возбнꙋ compositum a воз et бднꙋ), спаднꙋ; метнꙋ, тꙋтнꙋ, свѣнꙋ (свѣтнꙋ), блеснꙋ (блестнꙋ), взпрянꙋ (взпряднꙋ): взпряде evigilavit.

Post з, с: оувязнꙋ: оувязе, изчезнꙋ, гонзнꙋ, поползнꙋ, измолзнꙋ, дерзнꙋ; оужаснꙋсѧ: оужасеся, оугаснꙋ, коснꙋсѧ, плеснꙋ (плескнꙋ), покроснꙋ, треснꙋ, возкреснꙋ: возкресе resurrexit.

Post г, х, к: гнꙋ (разгнꙋ), прибѣгнꙋ: прибѣже: прибѣгох, мгнꙋ, ѿрыгнꙋ, стагнꙋ, сягнꙋ; двигнꙋ (подвигнꙋ), воспрягнꙋ, постигнꙋ: постиже: постигох, проторгнꙋ: проторже; пхнꙋ (сопхнꙋ), дхнꙋ (воздохнꙋ), издхнꙋ: издше, потꙋхнꙋ, изсхнꙋ: изсше: изсхох et изсхнꙋ: изсхнꙋх. навыкнꙋ, мкнꙋ (измкнꙋ: измче: измкох), промкнꙋсѧ; намокнꙋ, оумякнꙋ, изникнꙋ, приникнꙋ, поткнꙋ:

нѹ: потче: потхох, изсакнѹ, оусѣкнѹ; оумолкнѹ, возкликнѹ, померкнѹ: померче, толкнѹ.

§. 62. Utuntur hac forma Slavi praecipue in Verbis compositis ad Futura unitatis (actionis momentaneae, determinato tempore definitae) formanda, quorum Praesens ex aliis formis, plerumque ab Iterativis quintae, petendum est. Futuri дерзнѹ Praesens дерзаю a дерзати formatur; оуспнѹ petit Praesens сплю a спати, возбнѹ Praesens бдю a бдѣти, помолкнѹ Praesens молчѹ a молчати. Aliorum Compositorum, uti спаднѹ, побѣгнѹ etc. themata simplicia formae primae падѹ, бѣгѹ Praesens exhibent. Ipsa etiam Praeterita погыбе, оуглѣбе, изниче indicio sunt, formas погыбѹ, оуглѣбѹ, изникѹ olim usitatas fuisse.

§. 63. Haec forma in нѹ complectitur Verba Activa et Neutra. Horum aliqua sunt inchoativa Futura a nominibus deducta, ut оуснѹ obdormiam a сон, вскыснѹ acescam a radice кыс, wслѣпнѹ obcoecabor a слѣп. Factitiva sub нѹ nulla comparent. Haec enim sub aliis formis sistuntur, ut wслѣпити obcoecare sub quarta, wслѣпати et wслѣплати sub quinta. Neutra tamen etiam hujus formae subinde vi praepositionum Factitiva fieri possunt. A поманѹти, meminisse, est воспоманѹти in memoriam revocare, suggerere.

Ver-

Verba formae tertiae.

§. 64.

a) Praet. - ѣ, Inf. - ѣти, Praes. - ю.
b) Praet. - ѧ, Inf. - ѧти, Praes. - ю.
- а, - ати,
c) Praet. - ѣ, Inf. - ѣти, Praes. - ѣю.

(Typus (a) Conjugatio III. Paradigma E).
(Typus (b) Conjugatio I. quoad Praeteritum).
(Typus (c) Conjugatio I. quoad Praesens).

Derivata a thematibus priorum formarum sunt:

a) сѣдѣ, сѣдѣти, сѣждꙋ, a садꙋ.
b) стоѧ, стоѧти, стоѭ, a стати.
лежа, лежати, лежꙋ, a лѧгꙋ.
c) имѣ, имѣти, имѣю, ab имꙋ.
владѣ, владѣти, владѣю, a владꙋ.

Anomali вѣмь tempora quaedam formae primae respondent, sed alia, uti Praet. вѣдѣ, et Inf. вѣдѣти, formae huic tertiae conformia sunt. бѣжати, бѣжа, retinet solum primam personam бѣгꙋ e forma prima. Nam бѣжиши, бѣжит et reliquae ad formam tertiam spectant. Suntque Verba hujus formae, si cum prioribus formis comparentur, non Singularia, sed Iterativa aut Continuativa, quibus actio indefinita longioris morae significatur. садꙋ ex. gr. primum sedendi actum

(con-

(consido), сѣдѣти sessionis continuationem (sedere) denotat.

§. 65. Primitiva hujus formae plura sunt, et quidem typi primi (a) quorum Praet. et Infin. characteristica ѣ gaudent, Praesens vero in ю terminatur. Post в, б, п, м: скорбѣти: скорблю, кыпѣти, терпѣти: терплю, дымѣти, шꙋмѣти, гремѣти: гремлю, apud Smotriskium et гремю, absque л epenthetico, Polonorum more.

Post н, л, р: звенѣти: звеню, мнѣти, велѣти, болѣти, зрѣти: зрю, горѣти. Post д, т: видѣти: виждꙋ (вижꙋ), et composita ненавидѣти, завидѣти, ѡбидѣти; вѣдѣти, повѣдѣти, бдѣти: бдю, снабдѣти: снабждꙋ (снабжꙋ), смердѣти, гладѣти, стыдѣтися; питѣти (olim pro питати), летѣти; хотѣти: хощꙋ, вертѣти: верщꙋ, (apud Smotriskium et верчꙋ Russorum more). Post с: висѣти: вишꙋ pro вишю. Anomalum сплю: спиши, спит in Praet. et Infin. amat а formae quartae: спа: спати.

Verba typi secundi (b) a prioribus in eo differunt, quod pro ѣ postulent а post vocales et post ж, ш, ч: боятися: боюся, боишися; держати: держꙋ (pro держати: держю), дрожати; слышати; слышꙋ; пищати, трещати; звꙋчати, молчати, ворчати, кричати: кричꙋ. Sic кончати а конец.

Ver-

Verba typi tertii (c) Inchoativa sunt, exiguntque in Praesenti ѣю. Primitiva: говѣти: говѣю, желѣти: желѣю (Exod. 21, 22. in antiqua editione желѣдбою да жьлѣдет pro желѣет), вождѣлѣти, ботѣти: ботѣю. Adde composita ωдолѣю, ωскѹдѣю, ωмѹтѣю. E forma prima huc referri possint блею, тлѣю, брѣю, зрѣю maturesco.

Inchoativorum in ѣю, a Nominibus, maxime ab Adjectivis derivatorum ingens est numerus: ωмертвѣю a мертв, ωслабѣю, разслабѣю a слаб, оукрѣпѣю a крѣпок, оумѣю ab оум, разѹмѣю a разѹм, ωнѣмѣти a нѣм, ωхромѣю a хром, ωтемнѣти a темен, оутѣснѣти a тѣсен, дебелѣти a дебел, цѣлѣти a цѣл, доблѣти: доблѣю, a до et бола; старѣти a стар, ωсирѣти a сир, смѣдѣти a смѣд, погордѣти a горд, богатѣти a богат, печатлѣти a печать, ωсѹетѣти a сѹета, ωкрилатѣти a кри лат, ωтаготѣти a тагота, ωпѹстѣти a пѹст, ωжестѣти a жесток, гѹстѣти a гѹст, разтолстѣти a толст; оубозѣти ab оубог, ωбнизѣти a низ, ωмерзѣти a мерзок.

Factitiva sub hac forma non alia reperire licet, quam ea, quae vi praepositionum talia fiunt: повѣдѣти notum facere, narrare, a вѣдѣти scire; повелѣти jubere, a велѣти velle; снабдѣти servare, observare, curare, a с, на, et бдѣти vigilare. скорбѣти, цѣлѣти neutra sunt,

quae

quae si formam quartam induant, activa significatione gaudent: скорбити, цѣлити. Eadem ratione differunt тлѣти: тлѣю et тлити: тлю.

Verba formae quartae.

§. 66.

Praet. - и, Inf. - ити, Praes. - ю.

(Conjugatio III. Paradigma F.)

Huc spectant Iterativa a Verbis formae primae derivata:

гонити pellere, a женѹ, гнати.

ꙗздити }
ѥздити } vehi, a ꙗдѹ, ѥдѹ.

водити ducere, a ведѹ.

ходити ire, a шедѹ.

возити vehere, a везѹ.

носити ferre, a несѹ.

His adde зорити, презорити a зрѣти.

Factitiva aut immediate, aut mediante Substantivo a prioribus formis deducta, aut saltem iis respondentia:

поити, напоити, potum praebere, a пити.

коити, покоити, pacare, a почїю.

строити a стрѹ; избавити ab избыти.

словити (благословити) a словѹ, слѹю.

плавити a пловѹ, плѹю; ставити a став.

гѹбити a гыбнѹ, разграбити a гребѹ.

прилѣ-

прилѣпити а прилпнꙋ; оуспити а спати.
валити а блаюсѧ, волити а велѣти, палити а планꙋ.
варити coquere а врѣти, морити а мрѣти.
бꙋдити e somno excitare, а бдѣти.
растити, израстити, возрастити, а растꙋ.
вѣсити а висѣти, оужасити аѣ оужаснꙋти.
садити plantare, а сѣдѣти, стꙋдити а стыднꙋ.
ложити, положити, а лежати, движити а двигнꙋ.
гасити а гаснꙋ, воскресити а воскреснꙋ.
мочити а мокнꙋ, точити а текꙋ.

Sic Activa скорбити, тлити, respondent Neutris скорбѣти, тлѣти, et intensivum поити, споити, conjungere, Verbo пати.

§. 67. Primitiva hujus formae censeri possunt sequentia, licet aliquorum compositorum simplicia in usu non sint:

роитисѧ, доити, таити, кроити.
гбити: гблю, ловити, давити, дивитисѧ, молвити.
любити: люблю, потребити.
излꙋпити: излꙋплю, топити, изцѣпити, хопити, кꙋпити, кропити, стꙋпити.
ломити: ломлю, томити, глꙋмити, оустремитисѧ кормити.
мѣнити, ранити, чинити, хранити, клонити.
молити, дѣлити, оутолити, хꙋлити, хвалити.

раз-

разорити, варити, предварити praecedere, мѣрити, оударити, корити, кꙋрити, творити, сварити, смотрити.

кладити: важдꙋ, оубѣдити, побѣдити, пꙋдити, мꙋдити, нꙋдити, родити, сꙋдити, цѣдити, годитиса; блꙋдити, плодити, бредити, трꙋдити, градити, пощадити.

мꙋтити: мꙋщꙋ, ротитиса, посѣтити, сытити, хытити, хватити, поглотити, вратити, прѣтити, постити, пꙋстити.

лазити, поразити: поражꙋ, казити, грꙋзити.

мѣсити: мѣшꙋ, ѡкꙋсити, вкꙋсити, просити.

§. 68. Utrum смѣжити, ѿрѣшити, приключити, aliaque in quibus literae ж, ш, ч praecedunt characteristicam и, ad primitiva referenda sint, dubitari possit. Literae enim г, х, к ante и in ж, ш, ч transformari solent. Est namque тꙋжити a тꙋга, множити a мног, слꙋжити a слꙋга etc. лишити a лих, тѣшити a тѣха, грѣшити a грѣх etc. оучити ab оука, мꙋчити a мꙋка, лꙋчити a лꙋк etc.

Similium a nominibus aliisque orationis partibus ortorum Denominativorum hujus formae exempla cumulare non vacat. Ex innumeris cape pauca: присвоити a свой, живити a жив, славити a слава, трꙋбити a трꙋба, оукрѣпити a крѣпок, посрамити a срам, женитиса a жена, цѣнити

ти а цѣна, плѣнити а плѣн, полнити а полн, бранити а брань, малити а мал, оудалити а дале, вселити а село, цѣлити а цѣл, мыслити а мысль, вдворити а двор, смирити (смѣрити) а мир (мѣр); нерадити а рад, чꙋдитисѧ а чꙋдо, сладити а сладок, прохладити а хлад; свѣтити а свѣт, сватити а сват, прекратити а краток, кротити а кроток, возвѣстити а вѣсть, прелстити а лесть, гостити а гость, крестити а крест; ближитисѧ а близ, косити а коса, гласити а глас, красити а краса, ѡбличити а лице etc. etc. Hinc fieri potuit, ut quaedam ultra trium syllabarum mensuram excrescerent: изходатаити а ходатай, готовити а готов, сꙋпротивитисѧ а сꙋпротив, пособствити а пособство, оуничижити а ничтоже, eliso то.

Verba hujus formae fere mere Activa sunt, exceptis admodum paucis Neutris et Reflexivis.

Verba formae quintae.

§. 69.

a) Praet. - а, Inf. - ати, Praes. - аю, ю.
b) Praet. - ѧ, Inf. - ѧти, Praes. - ѧю.

(Conjugatio I. Paradigma A et B).

Typi primi characteristica est а solidum: играти: играю, орати: орю. Huc refer Primitiva numero pauca:

оу-

оуповати: оуповаю, sperare.

зобати: зобаю et зоблю, колебати: колеблю, agitare, movere.

сыпати: сыплю, капати: каплю, копати, кѹпатиса, хапати: хаплю.

дремати: дремлю.

стенати: стенѹ (стеню).

желати: желаю.

играти: играю, орати: орю.

рыдати, жадати: жаждѹ, страдати: страждѹ.

витати, питати, пытати, метати: мещѹ, пратати, блистати, ристати: рищѹ.

вазати: важѹ, мазати: мажѹ, рѣзати: рѣжѹ, тазати: тажѹ, казати: кажѹ, локзати: ложѹ, Iterat. ѡблобизати: ѡблобизаю.

писати: пишѹ, тесати: тешѹ, чесати: чешѹ, пласати: плашѹ.

рѹгатиса, стрѹгати: стрѹжѹ.

махати: машѹ, дыхати: дышѹ.

локати: лочѹ, рыкати: рычѹ, истѹкати, алкати: алчѹ, плакатиса: плачѹса flere, плакати: плакаю abluere.

искати: ищѹ, пискати, ласкати.

Terminatio brevior ю actionem singularem, longior аю actionem continuatam aut iteratam plerumque designat. Utriusque autem terminationis

nis non nisi pauca capacia sunt. Quae breviorem ament, ex indiculo praemisso cognosces.

§. 70. Huc etiam spectant Iterativa, quorum themata jam in prioribus formis, praecipue in prima et secunda, occurrunt:

призываю а зовꙋ, плавати а пловꙋ.

погыбати а погыбнꙋ, разгыбати а разгнꙋ, прозабати а прозабнꙋ.

оутопати ab оутопнꙋ, оусипати а спати, почерпати а почерпꙋ, стꙋпати а стꙋпити.

имати (имамь), et ємати: ємлю ab имꙋ, ламати а ломити, дымати а дмꙋ.

припинати а припнꙋ, поминати а поманꙋ, пожинати а пожнꙋ, починати а почнꙋ; заклинати а кленꙋ et заклнаю а клнꙋ.

калати а колю, посылати а послю, постилати а стелю.

собирати а соберꙋ, ѡпирати ab ѡпрю, попирати а перꙋ, оумирати ab оумрꙋ, раздираю а дерꙋ, стирати а сътрꙋ, простирати а прострꙋ, призирати а зрю, пожирати а пожрꙋ, погарати а горѣти.

ꙗдати а ꙗмь, снѣдати а снѣмь, вѣдати а вѣдѣти, повѣдати а повѣдѣти, оувадати ab оуванꙋ (оувяднꙋ), провадати а водꙋ, падати а падꙋ, назидати, созидати: созиждꙋ а здати, ѡжидати а ждꙋ, просадати а садꙋ,

вла-

власдати, шбладати а владꙋ, соблюдати а блюдꙋ, гладати а гладѣти, накладати а кладꙋ, воспрадати а воспранꙋ.

шбрѣтати: шбрѣтаю, Fut. шбрѧщꙋ, ab шбрѣтꙋ, читати а чтꙋ. причетати а причтꙋ; процвѣтати а процвѣтꙋ, соплѣтати а плетꙋ, изгнѣтати а гнѣтꙋ, превозрастати а растꙋ.

изчезати ab изчезнꙋ, дерзати а дерзнꙋ, ѿверзати ab ѿверзꙋ.

спасати а спасꙋ, оужасатисѧ ab оужаснꙋсѧ, оугасати ab оугаснꙋ, прикасатисѧ, а прикоснꙋсѧ, ѿтрѧсати а трѧсꙋ.

прибѣгати а прибѣгнꙋ, помагати а помогꙋ, шблыгати ab шболгꙋ, полагати а положити (лѧгꙋ), посѧгати а посѧгнꙋ, вергати а вергꙋ.

изсыхати: изсышꙋ, ab изсъхнꙋ.

претыкати а преткнꙋ.

His addere possis пожигати, разторгати, прерѣкати, притекати, померкати. Sed haec, uti et alia in libris antiquis typum secundum ѧти potius sequuntur, ante ѧ mutando г in з, к in ц. Hinc пожизати а жгꙋ, растерзати а тергнꙋ, прерѣцати а рѣкꙋ, притецати а текꙋ, померцати а меркнꙋ. Alia vide sub typo ѧ, ѧти.

Typum primum etiam sequuntur Denominativa plurima: готовати а готов, подобати, знаменати, дѣлати а дѣло, глаголати а глагол,

кот-

которати а котора, поработати, роптати: ропщу, потоптати, шептати, клеветати, щебетати, скрежетати а скрежет stridor, поясати: пояшу а пояс cingulum.

§. 71. Ad eundem typum referuntur Frequentativa omnia, quae inter vocalem radicis (primae et secundae formae) et characteristicam а interponunt в, seu quae pro ю aut ну apponunt ваю: бывати: бываю, а быти.

Sic обувати: обуваю ab обую, обавати а баю, побивати а бїю, оупивати а пїю, оуспѣвати а спѣю, оумываю ab оумыю, изливаю а лїю, оплюваю а плюю, открываю а крыю, давати а даю, одѣвати ab одѣю, раздуваю а дую, почиваю а почїю.

Sic quoque обвиваю, повиваю а вину, помаваю а поману, ставати а стану, зѣвати а зѣну seu зѣю, покывати а кыну.

Huc quoque referas Frequentativa in ваю, quae a forma tertia deducuntur, servata characteristica ѣ ante ваю: претерпѣваю, доразумѣваю, сумнѣваюся, оцепѣнѣваю, повелѣваю, съдолѣваю, растлѣваю, исцѣлѣваю, снабдѣваю, оскудѣваю. Adde скончаваю (скончеваю) а скончати. A Verbis formae quartae vix ulla Frequentativa in ваю reperias. Occurrunt tamen оупокоеваю ab оупокоити, прогоневаю а прогонити, искореневаю ab искоре-

ре-

ренити, прегорчеваю а прегорчити mutata ubique characteristica vocali и in е. Quae a forma quinta derivantur, servant characteristicam а: возсїѧваю а сїѧти, ѡчаѧваю ab ѡчаѧти, ѿвѣщаваю ab ѿвѣщати, искаваю ab искати. Sic etiam ископаваю ab ископати. Hinc ископаваай Sir. 27, 29. recte Ostrogiensis, male correcta ископоваай. Serbis ископавати: ископавам adhuc in usu est, uti Bohemis выкопавати et подкопавати. Matth. 6, 19. 21. codd. manuscripti et libri Serbici подкопаваютъ legunt, Ostrogiensis vitiose подкоповаютъ. A подкоповати (formae sextae) Praesens esset подкопую, non подкоповаю. Correctores autem maluerunt hoc loco substituere Russicam formam: подкопываютъ. At Prov. 29, 4. раскоповаетъ (pro antiquiori voce раскутаетъ) etiam in correcta editione legitur. Vides hic formam antiquam раскопаваю in fictam раскоповаю commutatam. Nec jam miraberis 3 Macch. 4, 10. legi nunc ѡплакивати, quod graecum ἀποδύρεσθαι melius utique exprimit, quam оутѣшити primi interpretis. Russis enim forma haec, quae et Serbis placuit, duntaxat usitata, ѡплакавати autem, quam Bohemi servant, prorsus ignota est.

§. 72. Typus secundus in ѧ, ѧти: извѧѧти: извѧю, сїѧти: сїѧю.

Hunc typum sequuntur Iterativa, quae a thematibus formae primae, secundae et tertiae formari

mari solent: біѧю а бити, помаѧти а поманꙋ, блеѧю а блею, ѡчаѧю а чаю. Et mutatis г et к ante ѧ: помизати а мгнꙋ, разжизати а жгꙋ, ѡсѧзати а сѧгнꙋ, напрѧзати а напрѧгнꙋ, постизати а постигнꙋ, пострізати а стригꙋ. Sic quoque изницати, приницати а никꙋ, налѧцати а лѧкꙋ, нарицати а ркꙋ, прерѣцати а рѣкꙋ, истицати а ткꙋ, стицати а текꙋ, сѣцати а сѣкꙋ; звѣцати а звѣкнꙋ, возклицати а кликнꙋ, брацѧти а брѧкнꙋ, мерцати а меркнꙋ; huc etiam refer послꙋшаю а слꙋхати.

Derivata a forma quarta innumera sunt. A quovis enim fere Verbo in ити formantur Iterativa hujus typi, pro ити apponendo ѧти. Mutationem transformabilium et vocalis о in а in syllaba radicali, epenthesim literae л post labiales в, б, п, м, exempla subnexa docebunt.

напаѧти, потаѧти, присваѧти, престраѧти, оустраѧти, а напоити, таити, присвоити, престроити, оустроити.

ѧвлѧти, избавлѧти, оулавлѧти (Russ. оуловлѧти) а ловити, подавлѧти, оудивлѧти, направлѧти, прославлѧти, оуѧзвлѧти, а ѧвити, избавити, подавити etc. оумрщвлѧти ab оумртвити.

люблѧти, погꙋблѧти, раздраблѧти а дробити, ѡскорблѧти.

А а при-

прилеплати, оукрѣплати, хаплати а хопити.

вразꙋмлати а вразꙋмити, ѡкърмлати, храмлати а хромити. похрамати refer ad typum (a).

измѣнати, ѡсѣнати, разганати а гонити, (R. ѿгонати), напълнати, кланатиса а клонити, возбранати, оупражнати ab оупразнити.

валати а валити, попалати, оудалати, раздѣлати, исцѣлати, оукалати а калити, помышлати а мыслити.

разарати а разорити, варати а варити praecedere, идварати а вдворити, смирати, ѡзарати, оукарати а корити, затварати, оумꙋждрати (оумꙋдрати) ab оумꙋдрити, сматрати а смотрити, оухыщрати ab оухытрити.

важдати а вадити, препроваждати (R. провождати) а водити, побѣждати, нꙋждати, раждати а родити, досаждати, ѡсꙋждати, ѡцѣждати, чꙋждати, оугаждати ab оугодити, пригваждати а пригвоздити, трꙋждати, а трꙋдити. In antiquissimis Codd. post жд scribitur а: осꙋждати, побѣждаю, трꙋждаю.

смꙋщати а смꙋтити, въсхыщати а хытити, просвѣщати, пригнѣщати а пригнѣтити, ѡвращати, прещати а претити.

взвѣщати а взвѣстити, ѿпꙋщати а пꙋстити, мщати а мстити, вмѣщати, прелщати а прелстити,

ти, изращати, причащати, ѡчищати, пращати (R. прощати) а простити.

влажати а влазити ingredi, поражати а поразити, погрѹжати а погрѹзити.

ѡбожати ab ѡбожити, приближатисѧ, прѹжати, стѹжати.

смѣшати а смѣсити, взнашати а носити, (R. поношати), ѡрошати, изсѹшати, искѹшати, глашати, ѡгнѹшати, прашати а просити, вскрѣшати.

лишати а лишити, ѿрѣшати а рѣшити, оутѣшати, совершати, сгрѣшати.

поѹчати ab оучити, разлѹчати, ѡбличати, порѹчати а порѹчити, истачати (R. источати), затачати а точити.

Eundem typum sequuntur pauca Denominativa: ѡбѹвати а бѹй, бечерати а вечера; et ѿвѣщати ab ѿвѣт, vel immediate ab inusitato ѿвѣтити. Sic ѡбетшати ab ѡбетшити et hoc a ветъхъ.

Usus Iterativorum et Frequentativorum formae quintae praecipuus est in formando Verborum compositorum Praesenti. Cum enim composita ex. gr. изѹю, претнѹ, ѿрѣшѹ Futura sint, Praesens ab Iterativis eorum peti solet: изѹваю, претинаю, ѿрѣшаю.

Verba formae sextae.

a) - ѹю, ова, овати post consonas solidas.

b) - юю, ева, евати post vocales et liquidas.

(Conjugatio I.)

(Paradigma A, quoad Praesens).
(Paradigma B, quoad Praet. Infin.)

§. 73. Primitivum hujus formae vix ullum reperеris, nisi fortasse ea primitiva censeas, de quorum primo etymo non constat. Sunt enim omnia a nominibus, rarius a thematibus aliarum formarum, derivata.

a) - ѹю, овати:

вдовѹю а вдова, волхвѹю а волхв.

требѹю а треба, кѹпѹю а кѹп, кѹпити; сверѣпѹю а сверѣпый, нѣмѹю а нѣм.

ѡбинѹю, повинѹюсѧ, а винѹ; минѹю а минѹ, именѹю ab имѧ, имене; знаменѹю а знаменати, вълнѹюсѧ а вълна.

помилѹю а мил; цѣлѹю salutare, osculari, а цѣл. Salutant nimirum Slavi, dum alterum integrum (цѣл) id est sanum et salvum esse jubent. дръселѹю а дрѧхл.

вѣрѹю а вѣра, мирѹю *εἰρηνεύω* а мир, дарѹю а дар, жирѹю а жир, щедрѹю а щедр.

ѡбѣдѹю ab ѡбѣд, исповѣдѹю, заповѣдѹю (alias et исповѣдаю, заповѣдаю), радѹюсѧ а рад, приплодѹю а плод.

co-

совѣтꙋю а совѣт, ѡбѣтꙋю ab ѡбѣт, испытꙋю ab испытати, ратꙋю, сѣтꙋю.

забазꙋю а вазати, ѡблизꙋю а лизати, истазꙋю а тазати, показꙋю а показати, ползꙋю а полза, ѡбразꙋю ab ѡбраз.

ѡпоѧсꙋю ab ѡпоѧсати, восписꙋю а писати, согласꙋю а глас.

ѡболгꙋю ab ѡболгати, недꙋгꙋю а недꙋг.

лихꙋю а лих. ликꙋю а лик, инокꙋю ab инок, толкꙋю а толк, слꙋкꙋю, изыскꙋю ab искати.

Adde plurima alia partim ab Adjectivis in ен derivata, uti лꙋкавнꙋю а лꙋкавен, чермнꙋюса а чермен, праздꙋю, бѣснꙋюса, вѣчнꙋю, partim a Substantivis orta, uti болѣзнꙋю, господꙋю, враждꙋю, а болѣзнь, господь, вражда; et alia, maxime a forma Abstractorum in ство deducta: дѣйствꙋю а дѣйство, витїйствꙋю а витїйство, ходатайствꙋю, благовѣствꙋю, разньствꙋю, пѣстꙋнствꙋю, свѧщенствꙋю, свѣдѣтелствꙋю, предстателствꙋю, господствꙋю, наслѣдствꙋю, оусердствꙋю, десѧтствꙋю, сꙋботствꙋю, торжествꙋю, шествꙋю, монашествꙋю, послꙋшествꙋю, пророчествꙋю, жречествꙋю, владычествꙋю, избыточествꙋю, ѡсꙋществꙋю а шꙋщество, человѣколюбствꙋю, et innumera alia, plerumque graecorum exemplorum servili imitatione procusa.

b) - ева, евати:

воюю: воєва: воєвати, а вой.

оутренюю: оутреневати, ab оутреній.

властелюю: властелевати а властель.

совершꙋю: совершевати, а совершити.

врачꙋю: врачевати, а врач.

непщꙋю: непщевати, а не et пещися.

сокровищꙋю: сокровищевати, а сокровище.

Post ш, ч, щ scribi ꙋю pro юю satis jam notum est ex iis, quae Introduct. §. 24. nota (t) monuimus.

Sextae formae usus idem fere est, qui Frequentativorum quintae, ad formanda nimirum Praesentia. кꙋпити Praesens кꙋпꙋю ab hac forma petit, cum кꙋплю Futurum sit. A вѧзати Praesens вѧжꙋ praefixa praepositione за transit in Futurum завѧжꙋ (alligabo), ut igitur a composito завѧзати Praesens habeatur, hoc a forma завѧзовати, utpote frequentativa respectu brevioris formae, repetendum erit: завѧзꙋю.

Exposito formarum Verbi discrimine et usu jam ea, quae Grammatici de Futuri formatione docent, illustremus.

Futurum simplex.

§. 74. Futurum simplex a forma Praesentis terminatione non differt. Hinc eodem modo inflectuntur Futura, quo Praesentia. Sunt etiam non pauca Verba singularia primae, secundae, et

quar-

quartae formae, quibus actio subito transiens denotatur, quae sub forma primigenia non Praesens, sed reipsa Futurum sistunt; Praesens vero, cum id diutius duret, ab alia forma, qua longior mora designatur, sumere solent. Sic бȣдȣ (ero) natura sua Futurum est, quod Praesens єсмь (sum) ab alio themate mutuatur. Praesens autem бывaю (esse soleo) a Frequentativo бывaти singularis Verbi быти ormatum est. Themata igitur Praesentis et Futuri temporis in Lexicis diligenter notanda erunt. Hic saltem aliqua Futura primigenia praeter бȣдȣ subjungamus. Et quidem formae primae:

дам	dabo,	Praes.	даю, даꙗти.
падȣ	cadam,	-	падаю, падати.
садȣ	sedebo,	-	сѣждȣ. сѣдѣти.
лагȣ	jacebo,	-	лежȣ, лежати.

садȣ proprie significat: ponere se in sede, *sich setzen*, лагȣ ponere se in lecto, *sich legen*. A живȣ Futurum circumscribi solet жив бȣдȣ vivus ero, vivam.

Formae secundae, quae proprie Futurorum est:

дȣнȣ	flabo,	Praes.	дмȣ (дȣю).
зинȣ	oscitabo,	-	зѣваю, зѣю.
канȣ	stillabo,	-	каплю, капати.
плюнȣ	spuam,	-	плюю, плевати.
станȣ	stabo,	-	стою, стоꙗти.

сагнꙋ attingam, Praes. сагаю, сагати.
дъхнꙋ spirabo, - дышꙋ, дыхати.
рыкнꙋ rugiam, - рычꙋ, рыкати.
дерзнꙋ confidam, - дерзаю, дерзати.
двигнꙋ movebo, - двигаю, двигати.

Formae quartae:

кꙋплю emam, Praes. кꙋпꙋю, кꙋповати.
лишꙋ carebo, - лишаю, лишати.

Grammatici Bohemi, uti et Poloni, verba singularia Futura appellant *perfecta*, seu perfectae actionis, quae momento absolvatur, Praesentia vero *imperfecta*, quod eorum actio duret.

Praesens pro Futuro.

§. 75. Utuntur vero Slavi subinde etiam Praesenti Verbi singularis pro Futuro, eadem nimirum forma exprimendo Praesens et Futurum. Matth. 8, 19. идꙋ по тебѣ, аможе аще идеши, sequar te quocunque ieris. Praesertim si particula аще (ἐὰν) praecedat: аще просите si petieritis, иже аще речет qui dixerit. Sic кїю, пїю, ведꙋ, минꙋ, градꙋ venio, et veniam; hinc градꙋщїй venturus; разꙋмѣет intelliget, явитса revelabitur, волит, родит, видат videbunt, свободит, пꙋстит, простит, креститса baptizabitur, варяю praecedo et praecedam, поашет praecinget.

Futurum compositum.

§. 76. Futurum compositum formatur, si Praesenti verbi simplicis praepositio praefigatur. Enume-

merant autem Grammatici praepositiones, quae futuri formationi aptae sint, praeprimis sequentes: ѡ, оу, из, въ (во), по, на, съ (со), взъ (воз), при, про, раз, quibus addere licet reliquas omnes, e quibus verba composita constare possunt, nimirum до, ѡб, ѿ, пре, под, пред, низ. Quaelibet enim praepositio Verbo praefixa hoc ipso, quod significatum ejus vario modo determinet, ipsum etiam tempus ita restringit, ut Praesens verbi simplicis in compositis Futurum evadat. Verbo лїю (fundo) si praefigas в, на, из, про, раз, habebis Futura влїю, налїю infundam, излїю effundam, пролїю, разлїю, profundam, diffundam. Sic ѡбѹю induam, изѹю, разѹю exuam; почнѹ, начнѹ, зачнѹ incipiam, почїю quiescam, оударю percutiam, положю ponam, sunt Futura composita, etsi eorum simplicia exoleverint.

Frequentissimi autem usus in formando Futuro sunt praepositiones оу, по, взъ, ita quidem, ut propriam subinde significationem fere amittant. Talia sunt: оубїю, оумыю; поймѹ, пойдѹ, понесѹ, познаю, пошлю; возмѹ, возмогѹ, возсмѣетеся ridebitis, возрастѹ crescam. Formae tertiae: оувидит videbit, оубоюся timebo, оумрѹ moriar, оузрит aspiciet, оудержит, оумълчит, оуслышит, возмнится, возненавидит (Praes. ненавидит) odio habebit. Formae quartae: оупокоит pacabit, оумо-

молит, оуꙁѕвит, оусрамитсѧ confundentur, оустоит; погѹбит, послѹжит; воꙁбѹдит, воꙁмѣрит, воꙁлюбит, воꙁсѹдит. Formae quintae: порѹгаюсѧ вꙁалчѹ ab алкати, вꙁыщѹ, воꙁплачетесѧ flebitis, воꙁрыдаете, воꙁглаголете. Formae sextae: оувѣрѹете credetis; воꙁрадѹетесѧ gaudebitis. Plura alia Futura composita formae secundae (in нѹ) vide supra §. 61.

Haec tamen ope praepositionum formata Futura, si iis particula да praefigatur, etiam Praesens Optativi et Conjunctivi supplent: да оумолчит taceat, ut taceat, да послѹжит ut serviat, да прїидет adveniat, да сбѹдетсѧ ut impleatur.

§. 77. Non est tamen praepositionum tanta vis, ut etiam Praesens Frequentativorum in Futurum convertere possint. Sed nec Iterativorum, quibus sub aliis formis verba singularia respondent, Praesens pro Futuro usurpari solet. Sunt enim ѡбладают, ѿстоит, иꙁгонит, иꙁносит, приходит Praesentia. Adde присѣдит adsidet. Non desunt tamen exempla Futuri iterativi: поемлет, вꙁемлет, посѣкаетсѧ, ѿвѣщают respondebunt, Praes. ѿвѣщавают; ѡставлаетсѧ, ѡбращѹ ab ѡбрѣтати (Praes. ѡбрѣтаю). Differunt autem поемлет a поймет, посѣчет a посѣкает ratione formarum, quarum prima (имѹ, сѣкѹ) actionem momentaneam, subito transeuntem, quinta vero имати, сѣкати actionem continuatam aut iteratam designat.

Fu-

Futura periphrastica.

§. 78. Futura circumscripta seu periphrastica formantur ope auxiliarium имамь, хощѹ, бѹдѹ, quae Infinitivo praeponi aut postponi solent: имамь чести legam, хощѹ написати adscribam, бѹдѹ дѣлати operabor. имамь Graecorum *μέλλω*, бѹдѹ Germanorum *ich werde*, хощѹ Anglorum *I will* respondent. Exempla Futuri ope имамь formati in Evangeliis non pauca leguntur: имѣти имаши habebis, предан имать быти tradetur, оуслышати имате audietis, прїити имать сын veniet, venturus est filius, не имать быти non erit, не имать пити non bibet, не имате видѣти non videbitis, не имѹт вкѹсити non gustabunt, не имате вѣровати non credetis. Addi potest начнѹ: нерадити начнет contemnet, (negliget, non curabit) Matth. 6, 24; Sic Luc. 16, 13., ubi pro нерадити antiquiorum editionum editores substituerunt formam Russis usitatam нерадѣти. небоятися начнеши non timebis Sir. 9, 16. (nunc неоубоишися). немощи (male in Ostrog. немочи) начнеши Sir. 7, 6. nunc невозможеши. искати начнет *ζητήσει*, Sir. 33, 26.

§. 79. Auxiliare бѹдѹ activorum et neutrorum Infinitivo rarius jungitur: имѣти бѹдете habebitis Joh. 16, 33; at in аще бѹдет обрѣсти ю, Matth. 18, 13. si contigerit, бѹдет est pro *γένηται*. In Vet. Test. libris minus antiquis reperiuntur plura ejus-

modi

modi Futura: владѣти бѹдѹ, писати бѹдеши, слѹжити бѹдѹт, обитати бѹдет habitabit. Raro etiam participio activo (et neutro) in л ad exprimendum Futurum exactum addi solet бѹдѹ: елико бѹдет сътворил quaecunque fecerit, Ezech. 18, 22. Ostrog. ed. (nunc елика сотворил). идѣже вшли бѹдѹт тамо, quo ingressi fuerint, οὗ εἰσήλθοσαν ἐκεῖ, Ezech. 12, 10. (nunc аможе внидѹт); или оуснѹл бѹдет aut obdormiverit 3 Reg. 18, 27. (nunc или спит сам); да не како искѹсил вы бѹдет ne forte tentaverit vos 1 Thess. 3, 5. (nunc deleto бѹдет).

Frequentius autem бѹдѹ cum Participii passivi Praesenti et Praeterito connectitur: да видими бѹдѹт ut videantur; бѹдете ненавидими; взят бѹдет, дано бѹдет dabitur; предан бѹдет tradetur, ведени бѹдете, изгнани бѹдѹт, оувѣдѣно бѹдет, разрѣшено бѹдет, свазано бѹдет etc.

Verbum auxiliare хощѹ (volo) Infinitivo jungi solet: егда хотат сїа быти quando futurum est ut ista fiant, ὅταν μέλλῃ ταῦτα γένεσθαι Luc. 21, 7. хотай прїити qui venturus est, ὁ μέλλων ἔρχεσθαι, Matth. 11, 14. яже хотахѹ емѹ быти quae essent ei eventura, τὰ μέλλοντα αὐτῷ συμβαίνειν, Marc. 10, 32.

Apud Illyrios auxiliare ћу, quod e хощѹ contractum est, frequentissime Infinitivo jungi solet; Russi vero et Bohemi in verbis iterativis auxiliare бѹдѹ amant. Croatae et Carnioli бѹдѹ cum participio activo in л connectendo Futurum formant. Poloni бѹдѹ cum Parti-

ticipio activo in л aut cum Infinitivo conjungunt: będę pisał, aut pisać będę scribam. Relkovich in Grammatica Slavonica (dialecti illyricae hodiernae) Futurum II. Conjunctivi ope budem et Participii activi formatum exhibet: kada ja budem imao, kada mi budemo imali, si habuero, si habuerimus. Lanossovich vult etiam Infinitivum adhiberi: kada budem imati.

Praesens aliorum Modorum.

§. 80. Aliorum Modorum Praesens a Praesenti (seu Futuro) Indicativi formatur rejiciendo ѹ vel ю et apponendo characteristicam terminationem cujusvis Modi. Est autem и Imperativi terminatio: иди, бѹди, ими, посли, встани, ab идѹ, бѹдѹ, имѹ, послю, встанѹ. Desinentia in гѹ, кѹ mutant ante и gutturales г, к in analogas з, ц: немози, noli, a немогѹ, помози a помогѹ, извлеци ab извлекѹ.

Coalescit autem и cum vocali praecedente in diphthongum: пой a пою, владѣй a владѣю, питай a питаю, помилѹй a помилѹю.

In Verbis 3. et 4. formae, in quibus consona radicalis ante ю primae personae transformari solet, aut secunda persona, aut Infinitivi consona immutata respici debet:

сѹждѹ,	сѹдиши	:	сѹдити,	Imper.	сѹди.
мѹщѹ,	мѹтиши	:	мѹтити,	-	мѹти.
пѹщѹ,	пѹстиши	:	пѹстити,	-	пѹсти.
слежѹ,	слезиши	:	слезити,	-	слези.
прошѹ,	просиши	:	просити,	-	проси.

Sic

Sic люби а люблю: любити, соблазни а соблажню: соблазнити, мысли а мышлю: мыслити, острѝ ab ощрю: острити.

а et ы Gerundivi: дая seu дая а даю, глагола а глаголю, гора а горю. Vocalem ы exigunt desinentia in ѹ: имы ab имѹ.

Et affixo й Adjectivorum: имый habens. Sic живый qui habitat, κατοικῶν Psal. 90, 1., живый блѹднѡ vivendo luxuriose, ζῶν ἀσώτως Luc. 15, 13. чтый (отца) honorans, ὁ τιμῶν Sir. 3, 3., кленый-ся qui jurat, вергый projiciens. Quaedam et ope а formantur: дма а дмѹ, жна а жнѹ, тра а трѹ.

Bohemi Verbis in ѹ solidum pro ы apponunt а: веда ducens, неса portans. Hanc terminationem etiam in Chronographo russico Nestore non semel observare licebit.

ем (км), ом, им Participii passivi, apponendo км pro ю post vocales: дакм seu даем, знакм, нарицакм, ѡскѹдѣкм, а даю etc. ем pro ю post consonas: глаголем а глаголю, колеблем; пишем, мещем а пишѹ, мещѹ.

ом pro ѹ: ведом, несом, женом, чтом а ведѹ, несѹ etc.

им pro ю in verbis 3. et 4. formae: творим а творю, гоним а гоню. Restituenda autem est consona radicalis, quae in 1. persona mutationem subiit: сѹдим а сѹдити: сѹждѹ, видим а видѣти: виждѹ, просим а просити: прошѹ.

Prae-

Praeteriti simplicis et Infinitivi formatio.

§. 81. Dato Praesenti (seu Futuro) primae formae personam tertiam Praeteriti facile formabis, rejiciendo ю, si syllaba radicalis vocali terminetur. A пію si ю rejicias, habebis пи; cui si х affigatur, persona prima formabitur: пих bibi. Verba autem in ꙋ, quorum syllaba radicalis consona clauditur, assumunt in Praeterito characteristicam е, in prima persona ох: иде, идох; веде: ведох, плете: плетох, ab идꙋ, ведꙋ, плетꙋ. Consonae transformabiles ante е mutationem subeunt, non ante ох: верже: вергох a вергꙋ, блече: блекох a блекꙋ. Infinitivi Verborum istorum quomodo a prima persona formari possint, sub forma I. inductio sat ampla §. 57 docet.

Verba 2. formae, si terminationem нꙋ praecedat vocalis, exigunt in Praeterito нꙋ, нꙋх: минꙋ, минꙋх a минꙋ, минꙋти. Quorum syllaba radicalis (ante нꙋ) consona terminatur, etiam 1. formae Praeterita aemulantur, rejecto нꙋ et affigendo е, ох; погыбе, погыбох a погыбнꙋ.

In Verbis aliarum formarum dato Infinitivo formabis Praeteritum rejiciendo ти, et dato Praeterito simplici formabis Infinitivum affigendo ти:

A горѣти : горѣ. A терпѣ : терпѣти.
кꙋпити : кꙋпи. гони : гонити.

пи-

А писати : писа   А каза : казати.

толковати : толкова. помилова : помиловати.

Juverit formationem Praeteriti et Infinitivi, utpote temporum analogorum schemate generali comprehendere.

Praes.		Praet.	Inf.	
- ю,		- х,	- ти:	Verb. form. 1. a.
- ꙋ,	- е,	- ох,	- ти:	Verb. form. 1. b.
- нꙋ,	- нꙋ,	- нꙋх,	- нꙋти:	Verba formae 2.
- ю,	- ѣ,	- ѣх,	- ѣти:	Verba formae 3.
- ю,	- и,	- их,	- ити:	Verba formae 4.
- аю, ю,	- а,	- ах,	- ати:	Verba formae 5.
- ꙋю,	- ова,	- овах,	- овати:	Verba formae 6.

Iterativa et simplicia continuatae actionis exigunt in 3. pers. Praeteriti terminationem аше pro а: бываше, зваше, спаше, гнѣвашесѧ, требоваше etc.

Lexicographis auctor sim, ut Verborum 1. et 2. formae primo loco ponant Praesens ceu thema, Verborum vero 3. et 4. formae Infinitivum aut Praeteritum, cum in his radicales literae nullam patiantur transformationem. Idem fere in Verbis 5. formae observandum erit, cum etiam horum non pauca in Praesenti mutationem subeant. Sive enim питаю, sive питати primum locum occupet, nihil inde incommodi: sed pro алчꙋ, ищꙋ malim Infinitivos алкати, искати, exhiberi, ut mutationis ratio pateat. In his et similibus, in quibus ex uno tempore aliud certo cognosci non potest, tutius erit utrumque loco suo ponere et lectorem eo remittere, ubi syllaba radicalis non mutata exhibetur.

Prae-

Praeterita aliorum Modorum.

§. 82. Aliorum Modorum Praeterita ab Indicativi Praeterito formantur, characteristicam terminationem affigendo tertiae personae. Est autem consona

в Gerundivi terminatio: бывъ а бы: быти, минꙋвъ а минꙋ, гладѣвъ а гладѣ, посадивъ а посади, показавъ а показа, вѣровавъ а вѣрова. Excipe tamen Verba primae formae in ꙋ. Haec enim в plane respuunt, et rejecto ꙋ ipsa syllaba radicalis Praeteritum Gerundivi constituit: шедъ а шедꙋ, плетъ а плетꙋ, рекъ а рекꙋ. Sic ємъ (pro имъ) ab имꙋ, начен а начнꙋ et alia quaedam formae secundae. Vide Conjugationem II. Affigitur autem huic terminationi non solum in feminino ши: минꙋвши, показавши, in plurali ше: шедше; sed etiam in obliquis casibus ш: глас рекш vocem dicentem (quae dixit).

л Participii activi: был, ѿринꙋл, видѣл, явил, рѣзал, вѣровал, а бы, ѿринꙋ, видѣ etc. Sed несл, изгыбл а несе, изгыбе, rejecto prius е formativo Praeteriti formabis. In iis autem, quae ante е Praeteriti consonas transformant, thema ipsum, aut prima persona Praeteriti respicienda erit, quia haec ante ох radicalem thematis immutatam exhibet: текл а текꙋ, текох, стрегл а стрегох.

-н, ен, вен, овен, et -т Participii passivi: послан, біен (биен), несен, шевен, штриновен, a посла, би, несꙋ, шевю, штринꙋ, et пѣт, пит, свит, простерт a пѣ: пѣти, пи, свинꙋ, прострꙋ, pro ratione diversarum formarum et Conjugationum, quas vide.

Scio equidem activa питал, творил a Grammaticis linguae slavicae veteris inter Participia non referri, et passiva питаем, творим, et питан, творен Gerundivis adnumerari, solumque ea Participia appellari, quae terminationibus й, щій, ый aucta sint, uti activa питаай, питающій (a питаа), твораай, творащій (a твора), et passiva питаемый, творимый, питаный, твореный. Verum terminationem activam питал, питала, питало Participia eodem jure, quo passiva питан, питана, питано, appellanda recte Grammatici linguae illyricae hodiernae observarunt, cum ratio ab analogia petita id suadeat. Liceat itaque etiam mihi duntaxat питаа, имы, твора, et питав, ем, творив Gerundivum (Bohemis Transgressivum, aliis Circumstantialem) Modum vocare. Aucta vero terminationibus й, щій, ый Adjectiva dicantur, e Gerundivis et Participiis formata, et sub hac forma non ad Verbi conjugationem, sed ad Adjectivi declinationem referenda erunt.

Praeteritum iterativum: ах, аше.

§. 83. Quid intersit inter дах, да et даах, дааше, inter бих, би et біах, біаше, inter творих, твори et творах, твораше, ex formarum discrimine supra explicato cognosci potest. да enim a Verbo singulari дати, дааше ab Iterativo даати

ти

ти formata censeri debent. Sunt autem et alia Verba, a quibus Iterativa in аю formari aut non solent, aut non possunt, quae tamen terminationis iterativae ах, аше in Praeterito capacia sint. A живѹ Praeteritum singulare in composito ѡживѹ est ѡжи revixit; si autem continuatam actionem designare velis, non жих, жи, sed живах, живаше (vivebam, vivebat) dicendum erit. Formatur autem praeteritum hoc continuativum apponendo ах pro ох, ѣх, их primae personae et аше pro е, ѣ, и 2. et 3. personae: 1. идах; 2. et 3. идаше, pro идох, иде ab идѹ; баше pro бѣ a быти. Sic quoque

блюдах	: блюдаше	pro	блюдох,	блюде.
растах	: расташе	-	растох,	расте.
можах	: можаше	-	могох,	може.
течах	: течаше	-	текох,	тече.

Et sic имаше pro имѣ, мнаше pro мнѣ, видаше pro видѣ, молаше pro моли, люблаше pro люби etc.

Verba in ати, quorum Praeteritum ах, а Iterativi vices supplet, saltem in tertia persona pro а amant аше: питаше pro пита. Solent autem etiam horum, uti et aliorum verborum Praeterita amplius augeri assumto altero а, ita ut ах (ах) prolongetur in аах (аах), et аше (аше)

in ааше (ꙗаше): читаах, читааше; твораах, твораше; quas terminationes Smotriski Plusquamperfecto minus recte tribuit, cum iis duntaxat frequentior et a longiori tempore continuata actio designetur. In Mss. certe satis obvia sunt ejusmodi Praeterita prolongata, uti бѣаше pro бꙗше, хождааше, слежааше, видꙗаше, разорꙗаше, ѿвѣщавааше in singulari; продаахѹ, ждаахѹ, кѹповаахѹ, гонꙗахѹ, женаахѹсꙗ in plurali. Sic etiam имѣꙗше, хотѣаше et хотꙗаше. Quae si latine reddenda sint, non Plusquamperfecto, sed Imperfecto exprimenda erunt: идѣꙗше solebat ire, градꙗахѹ gradiebantur frequenter, solebant venire. Supplent enim Slavi verbum soleo, quo carent, Frequentativorum suorum formis.

Praeteritum circumscriptum.

§. 84. Praeteritum periphrasticum seu circumscriptum Indicativi constat e Participio activo et auxiliari кємь, кєи, кєть aut бѣх, бѣ.

чел	єсмь,	читаал	єсмь
чел	єси,	- -	єси
чел	єсть,	- -	єсть etc.

Haec exempla Smotriski adduxit. Mrazović quoque питал єсмь et творил єсмь sub nomine Praeteriti perfecti paradigmati inseruit, quamvis p. 104. in nota monuerit, multos esse Grammaticos,

ticos, qui existiment tempus praeteritum cum auxiliari ісмь linguae (veteri) slavonicae non convenire. Concludit tandem ipse, cum in libris liturgicis secunda persona cum auxiliari іси, et tertia cum ість reperiatur, nullam esse rationem, ob quam usus primae personae cum ісмь probari non possit. Sed enim exstant etiam exempla saltem in veteri Testamento pro usu primae personae cum ісмь: Isai. 57, 16. аз ксмь сътворил, in correcta аз сотворих. Isai. 10, 9. нѣсмли взал, at v. 10. взах in Ostrogiensi, in correcta vero etiam v. 9. не взахли, Ezech. 33, 7. стража та ксмь поставил, in correcta ѣ стража дах та, Ibid. 40, 4. влѣзл ксмь сѣмо, in correcta вшел іси; 3 Reg. 18, 22. аз ісмь остах, ubi legendum остал, in correcta аз остах ὑπολέλειμμαι. Isai 36, 10. olim in plurali ісмы пришли venimus, *wir sind gekommen* (nunc прїидохом). Esther 8, 7. дал ісми dedi, quod correctores mutarunt in дах. De persona 2. et 3. nemo dubitaverit, quum etiam in novo Testamento cum auxiliari legantur. Matth. 18, 15. приобрѣл іси lucratus es, ἐκέρδησας. c. 25, 20. пать талант (v. 22. два таланта) ми іси предал tradidisti, παρέδωκας. Luc. 11, 27. яже іси ссал quae suxisti, ἐθήλασας. Joh. 4, 18. имѣла іси habuisti, ἔχες, рекла іси dixisti, εἴρηκας. At v. 17. добрѣ рече bene dixisti, καλῶς εἶπας, in editionibus antiquioribus, in postre-

ma

ma vero рекла еси. Olim tamen simplicis Praeteriti in 2. et 3. persona, quae terminatione plane non differunt, longe frequentior usus fuit. Qui Ostrogiensem editionem Mosquae 1663. recuderunt, plurimis in locis personam secundam, in quibus textus simplicis Praeteriti inflexionem retinuerat, in margine circumscribere solent. In recentioribus vero editionibus, quas Russi recensuerunt, non nisi rarissime persona 2. simplicis Praeteriti legitur, cum ei vix non ubique Praeteritum circumscriptum substitutum fuerit. Inde factum est, ut persona secunda simplex a Grammaticis neglecta fuerit. Pro ea enim in eorum paradigmatibus persona secunda circumscripta питал еси inter питах et питаше, et творил еси inter творих et твори locum occupat, quod certe absonum est.

Exempla auxiliaris бѣх, бѣ, cujus ope Praeteritum plusquamperfectum circumscribitur, pauca sufficient. Luc. 15, 32. изгибл бѣ perierat, Joh. 6, 17. не оу бѣ пришел nondum venerat, ἐληλύθει. Sic бѣ лежало, бѣхѹ пришли, ѿшли бѣхѹ, бѣша вошли etc.

Praeteritum passivum eodem modo circumscribi solet, jungendo nimirum Participio passivo auxiliare есмь aut бѣх, бѣ, et бых, бысть: послан есмь missus sum, оуже wсѹжден есть, проклати сѹть; бѣ блажден, положен бѣ positus erat, не

оу

оу бѣ прославлен Joh. 7, 39. nondum erat glorificatus, бахꙋ собрани. Sic quoque дан быть, послан быть, речено быть dictum erat, прелщени бысте, наꙋчени быша, писана быша scripta fuerant.

Optativi Praeteritum, et Futurum conditionale.

§. 85. Optativi, aut si malis Conjunctivi, Praeteritum conditionale, quod Latinorum Imperfecto et Plusquamperfecto Conjunctivi respondet, formatur adjungendo Participio activo et passivo auxiliare бых, бы, быхом, бысте, быша: да возвеселился бых ut laetarer, аще бы разꙋмѣл и ты; аще бы вѣдала дар божїй - ты бы просила оу негѡ, и дал бы ти Joh. 4, 10. si scires donum Dei-tu petiisses (peteres) ab eo et daret tibi. Postrema editio in primo membro addit еси post вѣдала, quod ты absit et вѣдала бы sine еси etiam de tertia persona intelligi possit. да бы ѧл ut ederet, да бы был сним ut esset cum eo, аще бы был пророк, вѣдѣл бы; что быша емꙋ ѿвѣщали quid responderent ei; да быша имѣли ut haberent.

Esther 4, post versum 17. (in Vulg. 13, 13.: libenter etiam vestigia pedum ejus deosculari paratus essem) interpres antiquus plane бы cum Praeterito simplici Indicativi conjunxit, cujus rei exemplum vix alibi reperire liceat. Legitur enim in Ostrogiensi благоволах бы лобзати и плеснѣ ног его *ηὐδόκουν φιλεῖν πέλματα ποδῶν αὐτοῦ*, pro благоволил бых лобзати и слѣды etc. quod correcta editio nunc exhibet.

Eo-

Eodem modo Plusquamperfectum exprimitur: взѧл бых accepissem; аще не бых пришел si non venissem; аще дѣл не бых сотворил si opera non fecissem; аще бы восхотѣл еси жертвы, дал бых оубо Psal. 90, 18. si voluisses sacrificium, dedissem utique; (at Ostrog. ed. et Psalt. Ven. восхотѣл sine еси, et дал бым pro дал бых). добро бы было емꙋ, аще не бы родилсѧ Matth. 26, 24. bonum esset ei, si natus non fuisset, Cod. Serb. болѥ бы было ѥмꙋ, аще се не бы родил, melius etc. престали бы оубо быша cessassent utique. In voce passiva: да не предан бых был ne traderer; аще не бы ти дано свыше (omisso было) Joh. 19, 11. si tibi datum non esset desuper.

Futurum conditionale quod Latinorum futuro Conjunctivi, Germanorum futuro exacto respondet, similiter e Participio activo et auxiliari бꙋдꙋ constat. аще грѣхы бꙋдет сътворил Jac. 5, 15. si peccata commiserit, ᾖ πεποιηκώς. Legitur vero futurum conditionale бꙋдет створил non solum in codd. manuscriptis, sed in antiquis editionibus omnibus. Correctores tamen maluerunt hoc loco substituere Praeteritum Indicativi сотворил есть. Sic etiam Exod. 21, 13. аще-бг предаде editio postrema pro antiquo предал бꙋдет exhibet. Alia exempla vide supra §. 78.

In-

Infinitivus et Supinum.

§. 86. De Infinitivo ejusque characteristica vocali, quae terminationem ти praecedit, sub qualibet forma egimus. Confer etiam §. 81. Ab eo differt Supinum, quod hoc vocalem и post т respuat atque adeo in т solidum (тъ) desinat: идѹ искатъ eo quaesitum, пойдѹ спатъ ibo dormitum, аз послах вы жатъ; приде мрїа видѣтъ гроб; чьсо видѣт изидосте ter legitur; текоста възвѣститъ, вниде снима облѣщь cum ь ob щ. Supini т finale cum solidum sit, non liquidum, differt etiam a Russorum Infinitivo, qui ob absorptum и signo ь notatur: искать, спать. Haec Supini forma in libris impressis omnino nunc desideratur, et non nisi in antiquis codd. manuscriptis reperitur. Bohemi Supinum ab Infinitivo adhuc seculo XVI., Venedi Lusatiae in quibusdam formulis seculo XVIII. distinxere, Croatae hodiedum distinguunt.

Participiale Gerundium.

§. 87. Subnectunt quidam Grammatici Gerundivis alium modum in ѥльно, причастодѣтїе dictum, quem Latinorum Gerundio in **dum** respondere falso putarunt. Abr. Mrazoviћ, quamvis de ejus formatione p. 150 egerit, eum a conjugatione penitus rescidit et rectissime quidem, cum revera nihil aliud sit, quam Adjectivum ab Infini-

tivo formatum. Confer formativam єлєн in Adjectivis. Nec enim читатєлєн verti potest legendus, qui legi debeat, sed legibilis, qui legi possit; adeoque formae читатєлно locus inter Verba tribuendus non est, cum etiam Verbalia, uti чтєнїє, читатєль, творитєль, licet a Verbis immediate deducantur, inter Verba referri non soleant.

Passivum.

§. 88. Passivi inflexio specialis nulla est in lingua slavica, excepto Participio passivo praesentis et praeteriti temporis, e quibus ope auxiliarium бѹдѹ, бѣ, бы, Futura et Praeterita periphrastica passiva constitui supra §. 78 et 84. indicavimus. Solent autem Passiva et quidem frequentissime formari adjungendo activis reciprocum са. Cape exempla. Praesens: дѣютса диви fiunt sive patrantur prodigia, что ти мнитса quid tibi videtur, да сватитса има твоє sanctificetur nomen tuum. Futurum: ѿиметса auferetur, речетса, проповѣстьса. Praeteritum: ѡбрѣтєса inventus est, оуподобиса, исполниса impletus est, оуготоваса, родишаса nati sunt. Optativi Praeteritum: аще не быша прекратилиса днїє оны (olim тїи), небы оубѡ спаслаħса всака плоть Matth. 24, 2. nisi breviati fuissent dies illi, non fieret salva omnis caro. Infin. датиса dari, читатиса legi, ѡчиститиса mundari.

dari. Temporum circumscriptorum inflexionem vide in Conjugationibus.

Reciproca neutra seu media.

§. 89. A Passivis differunt non quidem forma, sed significatione Verba, quae ob adnexum ca reciproca aut potius reflexiva dicuntur. Respondent autem significatu suo intransitivis seu neutris, Graecorum mediis, Latinorum deponentibus. пасꙋ (pasco) activum est, пасꙋса (pascor) reciprocum neutrum, non passivum. Transeunt igitur activa quaedam adjuncto са in neutra.

Act. держати,	Neutr. держатиса.
свѣтити,	свѣтитиса.
возвратити,	возвратитиса.

At пекꙋ pinso, a пекꙋса curam habeo, prorsus differt. Sic et смѣю audeo, a смѣюса rideo.

In aliis са significatum varie modificat. брати sumere, братиса pugnare. клонити, склонити inclinare, поклонитиса adorare; ѿвергꙋ abjiciam, ѿвергꙋса abnegabo me. Bene multa non nisi cum reciproco са in usu sunt: дивитиса mirari, приближитиса adpropinquare, прикасатиса tangere, противитиса resistere, плакатиса flere, радоватиса gaudere, поткнꙋса offendam. Adde падꙋса, боюса, смѣюса rideo, надѣюса spero, et alia, quorum pleraque sub formis Verborum singulis notavimus.

Ra-

Rarius pro сѧ Dativus си occurrit; разжалити си, стѹжати си. Subinde dubium oriri possit, quo sensu Verbum activum reciproco сѧ auctum accipi debeat. скопишасѧ enim reddere possis castraverunt se (se ipsos) et castrati sunt (ab aliis); бїютсѧ caedunt se invicem, et caedunt se ipsos, et caeduntur. E sensu autem facile colliges, utrum significatio reciproca, an reflexiva, an denique passiva verbo tali tribuenda sit.

Affixa personalia Verborum.

§. 90. Serviles illae literae, quibus syllabae radicali Verborum appositis personae designantur, nihil aliud sunt, quam aut obsoleta aut adhucdum usitata pronomina. Jure itaque affixa personalia dici possunt. Affiguntur autem syllabae есмь Verbi irregularis in Praesenti:

Sing. 1.	- мь,	2. - си,	3. - ть.
	есмь,	еси,	есть.
	sum,	es,	est.
Plur.	- мы,	- те,	- ѹть.
	есмы,	есте,	сѹть.
	sumus,	estis,	sunt.
Dual.	- ва,	- та,	- та.
	есва,	еста,	еста.

Vides еси scribi pro есси, et in сѹть excidisse initio е. Indorum Duali асва respondet Slavorum есва. Confer etiam Graecorum εἰμὶ, εἶς, ἐστὶ, ἐσμὲν, ἐστέ.

си in secunda persona non nisi quaedam anomala servarunt: вѣси, повѣси a вѣмь, даси a дам. Alia ши amant pro си, quod conferendum est cum σὺ Graecorum.

Aliorum autem Verborum syllabae radicali affiguntur:

(a)

Sing. 1.	- ꙋ,	2. - еши,	3. - ет.
Plur.	- ем,	- ете,	- ꙋт.
Dual.	- ева,	- ета,	- ета.
	ведꙋ,	ведеши,	ведет.
	ведем,	ведете,	ведꙋт.
	ведева,	ведета,	ведета.

(b)

Sing. 1.	- ю,	2. - иши,	3. - ит.
Plur.	- им,	- ите,	- ат.
Dual.	- ива,	- ита,	- ита.
	гоню,	гониши,	гонит.
	гоним,	гоните,	гонат.
	гонива,	гонита,	гонита.

In Praeterito simplici:

Sing. 1.	- х,	2. - -	3. - -
Plur.	- хом,	- сте	- ша, хꙋ.
Dual.	- хова,	- ста	- ста.
	дах	да	да.
	дахом	дасте	даша, дахꙋ.
	дахова	даста	даста.

In

In Duali etiam genera distinguuntur. Feminini enim terminatio est вѣ, тѣ: несвѣ, нестѣ; бꙋдевѣ, бꙋдетѣ; гонивѣ, гонитѣ; даховѣ, дастѣ. Dualis ма pro ва confictus est ab iis, qui ва secundae personae tribuendum sibi male persuaserunt. In antiquissimo codice бꙋдемы, поживемы, разꙋмѣхомы scriptum reperi, ita ut dubium non sit, plurale м ortum ex мы. Vide infra Conjugationes anomalorum.

Caput VIII.

De Praepositionibus.

§. 91.

Particulas indeclinabiles aliis vocibus praefixas, quas Praepositiones (предлогы) vocant, viginti numerare solent Grammatici. His tamen nos aliquot addendas censuimus, uti без et чрез, quas immerito exclusere alii. Constant vero omnes unica syllaba radicali, quae pro numero radicalium literarum aut ad primam, aut ad secundam aut denique ad tertiam classem referendae sunt.

1.	2.	3.
ѡ de.	ѡб.	пред ante.
оу apud.	ѿ ab.	прѣз.
въ, во, in.	из ex.	чрез per.
(вы-)	вьз, воз.	
па-	без sine.	

по

по post.	пра-
на in.	про-
до ad.	пре-
за pro.	при ad.
съ de.	под sub.
съ, со, cum.	над super.
къ, ко, ad.	низ-
	раз-

Mrazović subjungit 24 Adverbia, quae praepositiones improprias vocat, quod vices propriarum supplere soleant, uti между inter, сквозѣ per, противу contra, ради propter etc. quae spectata forma sua Adverbiis adnumeranda sunt.

§. 92. Ex his (вы), па, пра, про, пре, раз inseparabiles dicuntur, quod non nisi in vocibus compositis locum habeant. Huc alii referunt et adverbium низ, et воз, quae tamen, licet rarius, etiam extra compositionem nominibus praefiguntur. Reliquae omnes separabiles sunt, ac nominibus et pronominibus praeponi solitae casus obliquos Accusativum, Genitivum, Dativum, Localem et Sociativum regunt. De earum regimine vide Syntaxim. De earum significatu, pro cujus diversitate aliae unum, aliae duos, immo et tres casus postulant, pauca monenda sunt. Loci aut temporis terminum, ad quem actio dirigitur, designant: до ad, in, къ, ad; in compositione etiam въз sursum: воз-

ме-

несшйсѧ до небес elevatus in coelos, прїидꙋ къ вам veniam ad vos. Medium per quod: ѡк, ѡбнощи per noctem, чрез вѣрꙋ per fidem (in Ms. et Ostrog. вѣрою), чрез него (olim Col. 1, 20. собою); чрес non raro pro чрез; in compositione пре, про: прейдꙋ transibo, пройдꙋ pertransibo. Terminum a quo: с, ѡт, из: сгоры de monte, снебесе de coelo, съ ѡбѣда a prandio; ѿстоит ѿ нас distat a nobis, ѿ града ab urbe, из оуст ex ore. Hinc съ начала, ѿ начала, из начала ab initio, quamvis с proprie sit de, ѿ ab, из ex. Quietem in loco: оу, при: оу тебе apud te, при пꙋти penes viam, при дверех ad januam. Situm et etiam motum ad locum: в in, по secundum, juxta, per, in, post, на in, super, contra, за post, pro, пред ante, под sub, над super. Exempla vide in Syntaxi. Societatem denotat с cum: съ тобою tecum, cui opponitur без sine: без оума sine ratione, без вины sine causa. Disjunctionem раз dis, in compositis tantum: разрѣшити dissolvere, разсыпати dissipare. Objectum actionis ѡ de, a quo Russi ѡб non distinguunt dicendo etiam ѡб нем de illo, pro ѡ нем. Differunt tamen ѡ et ѡб non solum regimine casuum, sed etiam significatione in verbis compositis, uti ex indiculo subjuncto cognoscere licebit.

§. 93.

§. 93. Serviunt omnino praepositiones etiam componendis aliis vocibus, praeprimis autem Verbis, quorum actionem plenius determinant, significatumque plerumque varie modificant; qui cum saepe aliarum linguarum praepositionibus in genere definiri non possit, plurium exemplorum collatione opus est.

ѡ:

ѡбогатити divitem reddere, *bereichern*, ѡпитисѧ inebriari, ѡпалити amburere, ѡписати describere, ѡплакати deplorare, ѡпрѧтати compescere, ѡмочити intingere, ѡмыти abluere, ѡнѣмѣти obmutescere, ѡдѣяти induere, ѡжити reviviscere, ѡживити vivificare, ѡженитисѧ uxorem ducere, ѡжидати expectare, ѡсолити salire, sale condire, ѡсѣнити obumbrare, ѡслабити debilem reddere, ѡставити dimittere, relinquere, ѡсвятити sanctificare, ѡсвѣтити illuminare, ѡсновати fundare, ѡчистити et ѡцѣстити mundare etc. In ѡслѹшати praepositio ѡ plane negandi vim habet. Adde decompositum ѡпровергати dejicere, abjicere. ѡбезглавити, ѡбезчадити privare capite, liberis, sunt a formulis без главы, без чад. Substantiva ex ѡ composita fere a Verbis deducta sunt, uti ѡток insula ab ѡтекѹ, ѡплот sepes ab ѡплетѹ, ѡпона cortina ab ѡпнѹ, ѡтрава venenum, ѡстрог ab ѡстрегѹ. At ѡкрин p. 240 a

 крин,

крин, et ѡстегнь femoralia a стегно. Cf. etiam ѡв.

оу:

оубанꙋти, оубадати marcescere, оубѣдѣти, оубидѣти, оубити occidere, оубости confodere, оумнити, оумалити minorare, diminuere, оудалити elongare, оударити percutere, оурѣзати abscindere, оусѣкнꙋти decollare, оутвердити confirmare, оугасити exstinguere, оукротити mitigare, оукрасити exornare. оу Futuro formando saepe adhiberi, cum actionem simplicium magis determinet, supra dictum est. Decomposita: оуразꙋмѣти, оусꙋмнѣти, оусрѣсти. Adde Substantiva partim a Verbis, uti оутварь, оужас, оустав, оукрой, partim a nominibus deducta, uti оудоль, оудолїе, оусердїе, оусилїе, оучастїе. In оубог pauper, egenus, unde оубожїе paupertas, оу privationem significat.

в:

внати intendcre, Fut. вонькмꙋ, внимати: внемлю; внити intrare, внꙋшити auribus percipere, in quibus н epentheticum inter в et vocalem interponitur; ввѣрити concredere, ввергꙋ injiciam, впадати incidere, вписати inscribere, воплотитися (вплтитися) incarnari, вмѣнити reputare, вмѣстити capere, впрѣти subintrare, subrepere, впросити (вопросити) interrogare, вразꙋмити intel-

tellectum dare, instruere, водворитиса, вселитиса, inhabitare, incolere, всадити imponere, inde всадник eques, вцаритиса regnare, вочеловѣчитиса hominis naturam assumere, *ἐνανθρωπίσθαι*; вогнѣздити nidulari, вкоренитиса radices figere, *sich einwurzeln*, вкусити gustare. Inde et Substantiva вопрос interrogatio, вход ingressus, вкус gustus.

(вы)

A Russis, Polonis et Bohemis duntaxat вы in compositione vocum adhibetur. Nec enim in libris slavicis antiquis unquam particula вы, quam Slavi meridionales prorsus ignorant, pro из legitur. Objici possit выдати Act. 25, 11. pro *χαρίσασθαι*, at inspectis codd. manuscriptis simplex дати hoc loco reperies. Nec me movent alia exempla e libris veteris testamenti petita: выразумѣваше Gen. 24, 21. вырѣзаны Exod. 39, 6. (secundum Vulg.), вывешенно bis 3 Reg. 7, 18. (in Ostrog. cap. 6., in correcta nunc висимо a висѣти), вытыкати, выразумѣти 2 Paral. 2, 14. (in correcta nunc ткати, разумѣти), вырѣза ibid. 3, 7. (at corr. изваѧ), выбирали ibid. 24, 11. (corr. выбираху). Hi enim libri in Russia aut Polonia translati sunt. Legitur quidem etiam Prov. 28, 17. выручаай *ἐγγυώμενος*, Sir. 7, 27. выдай дщерь certe pro вдай, Zach. 5, 4. вынесу и (in correcta изнесу его), Zach. 7, 14. iterum вынесу (in correcta ѿвергу), Ibid. 9, 8. вы-

гонай, (in correcta изгонаай). Sed his in locis composita cum particula вы pro из certe non sunt a manu primi interpretis, sed correctorum in Russia aut Polonia viventium.

па:

In Compositis duntaxat, pro по: паѹк aranea, паперть f. vestibulum, posticum, (Serb. припрата, припрат), папрать filix, памать memoria, a поманѹ, пажить pascuum, a пожити, пагѹба pernicies, павечерница. Huc etiam trahi possint пазногти ungulae, паздеро et паздеріе flocci lini.

по:

ли particula Interrogationi serviens: Luc. 24, 11. имате ли что снѣдно здѣ; habetis aliquid esculentum hic? достоитли кинсон кесареви дати или ни; дамы ли, или недамы; Marc. 12, 4. licet (ne) censum Caesari dare; dabimus (ne) annon dabimus? ни ли седмь neque septem? единаче ли и вы без разума есте; не оу ли разумѣваете, яко — Matth. 15, 16. 17. adhuc (ἀκμὴν) et vos sine intellectu estis? nondum intelligitis quia —. еще ли adhuc (ἔτι)?

не

не ты ли nonne tu? не вы ли nonne vos? или ex и et ли compositum est: иже оставит дом, или братїю, или сестры, или отца, или матерь, или жену, или чада, или села Matth. 19, 29. qui reliquerit domum aut fratres aut sorores aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut liberos, aut agros. аще же брат или (Ms. ли) сестра наги будут (olim нага будета) Jac. 2, 15. si autem frater aut soror nudi sint. либо aut enim, ex ли et бо, негли ex нег et ли coaluit. Sic ли et cum неже frequentius conjungi solet: паченежели magis quam. Si аще praecedat, per ли graecum δε exprimitur: аще ли ἐὰν δὲ, εἰ δὲ, quodsi, si autem. His et же saepe subjungitur: аще ли же.

да qua formativa Optativi: да будет воля твоя fiat voluntas tua, болїй же в вас, да будет вам слуга, qui major est vestrum, sit minister vester; да не будет absit. Vide supra p. 378. 2) qua subjunctiva particula ut, ἵνα: рцы да сядета сїя оба сына моя, dic ut sedeant hi duo filii mei. что хощета да сотворю вама, quid vultis ut faciam vobis (ποιήσω sine ἵνα), глаголаста ему, гдн, да отверзутся очи наши (Ostrog. да отверзетася очи наю) Matth. 20, 32. 33. 3) qua disjunctiva et copulativa particula δε, et, autem: да девят где; et novem

vem ubi? οἱ δὲ ἐννέα ποῦ Luc. 17, 17. да кто есть ближній мой καὶ τίς- Luc. 10, 29. habet Mardarii editio pro и кто etc. Luc. 17, 17. olim да ꙗкоже ὡς οὖν, ut ergo, pro егда же (рече им). Act. 11, 17. да аще оуко (εἰ οὖν) olim, nunc да rejecto: аще оубо. ꙗкѡ да respondet graeco ὅπως: такѡ да просвѣтитсѧ свѣт ваш пред чл҃вѣки, ꙗкѡ да видят ваша добраѧ дѣла Matth. 5, 16. sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona. Subinde et ꙗкѡ да pro ἵνα: рцы ꙗкѡ да каменіе сіе хлѣбы бꙋдꙋт (in correcta nunc ꙗкѡ deest) Matth. 4, 3. dic ut lapides isti panes fiant. да не μή, ne: да не мните Matth. 5, 17. μὴ νομίσητε, nolite putare; ubi in correcta (да) parenthesibus inclusum est. Alibi enim formula haec Imperativo exprimitur: не мните ne existimate. да бы vide supra sub бы.

то qua illativa particula connectit membrum sequens cum praecedente conditione: аще ли же ни, то просядатсѧ мѣси Matth. 9, 17. alioquin (εἰ δὲ μή γε) rumpuntur utres. аще-ли начаток ст҃, то и примѣшеніе: и аще корень ст҃, то и вѣтви Rom. 11, 16 quod si primitiae sanctae, etiam massa, et si radix sancta, etiam rami. Convenit itaque то prorsus cum germ. *so*. Respondet etiam graeco ἀλλὰ

Rom.

Rom. 6, 5. Initio vero periodi graeco καί: то кто может спасен быти Luc. 18, 26. et quis (καὶ τίς) potest salvus fieri? Olim in Mss. et Luc. 19, 23. то почто καὶ διὰ τί, et quare (quare igitur), nunc in editis и почто. то аще in antiquo Apostolo pro аще ли εἰ δὲ, etsi, quodsi.

же δε, autem: аз же, ты же, он же, они же, ego autem, tu autem, ille autem, illi autem. аще же ἐὰν δε, quodsi. Inde et ниже οὐδὲ, neque. Post иже non solet poni же: sed potius а ante иже: а иже ὅδε, qui autem. Alias же vocibus affixum est aut relativum aut emphaticum Vide pronomina et Adverbia.

оубо seu оубω, quamvis à бо differat, tamen ex оу et бо compositum esse possit. 1 Cor 9, 2. legunt editiones N. T. аще оубω иным (olim инѣм) нѣсмь апл, но оубω вам єсмь, si aliis non sum Apostolus, sed tamen vobis sum. Primo оубω in graeco nihil, alteri оубω particula γε (ἀλλά γε) respondet. In postrema editione Bibliorum correcta deleto utroque оубω, pro primo substitutum fuit и ante нѣсмь, pro secundo vero обаче. Ibidem v. 16. graeco ἐαν γαρ respondet аще бо, v. 17. graeco εἰ γὰρ аще ўбω, v. 18. graeco τίς οὖν кая ўбо, v. 24. graeco πάντες μεν вси ўбω.

любо

любо, a люб carus, quasi dicas, lubet, si malis, ter in Evangeliis legitur pro или: любоєдинаго (melius divisim любо єдинаго) возлюбит а дрꙋгаго возненавидит Matth. 6, 24. et rectius Lucae 16, 13. любоєдинаго возненавидит, aut enim (ἢ γὰρ) unum odiet et alterum diliget. Luc. 12, 38. любо в третїю стражꙋ прїидет et si (καὶ) in tertia vigilia venerit. Recte hic sensum particulae καὶ reddidit antiquus interpres, cum vigilia secunda praecedat. In Bibliis correctis nunc и pro любо legitur. In antiquo Apostolo etiam aliis in locis любо pro аще и reperi.

Non miror editiones russicas omnes Matth 6, 24. возлюбит primo loco contra ordinem graeci textus exhibere, cum et Cod. Serb. Kop. eodem contextu legat: либо (pro любо) кдинаго възлюбит. Rectum ordinem aut restituit aut servavit Mardarius in editione sua A. 1562, mutato tamen любо in илибо: илибо кдинаго възненавидит а дрꙋгаго възлюбит. At Luc. 16, 13. Mardarius legit либо et Luc. 12. 38. или pro любо. Cod. Kop. Luc. 16, 13. servavit любо, et Luc. 12, 38. любо bis posuit: любо вь вторꙋю любо вь третїю стражꙋ. Cum любо utique conferendum est Polonicum lub, lubo.

аще si: и аще прїидет в вторꙋю стражꙋ et si (καὶ ἐὰν) venerit in secunda vigilia, аще бы вѣдал si sciret. аще же око твое, quod si (εἰ δὲ) oculus tuus; аще какѡ возмогꙋт - si quo modo

(εἴπως) possent; аще ли, ἐὰν δὲ, si autem, quod si; аще ли не ѿпꙋщаете si autem non (ἐὰν δὲ μὴ) remiseritis. и аще оубѡ бꙋдет дом достоин - et si quidem (καὶ ἐὰν μὲν) fuerit domus digna Matth. 10, 13. ащели же не бꙋдет достоин - si autem (ἐὰν δὲ μὴ) non fuerit digna. аще ли же ни, рекл бых вам Joh. 14, 2. si quo minus (εἰ δὲ μὴ), dixissem vobis. вся ꙋбо єлика аще хощете, omnia ergo quaecunque (ὅσα ἂν) vultis. иже аще разорит qui ergo (ὃς ἐὰν οὖν) solverit; ижебо аще оубїет qui autem (ὃς δ' ἂν) occiderit; воньже аще дом внидете in quamcumque (εἰς ἣν δ' ἂν) domum intraveritis; и ємꙋже аще хощет сн҃ ѿкрыти et cui (καὶ ᾧ ἐὰν) voluerit filius revelare (detegere) Luc. 10, 22. Vides jam quam serviliter exemplaria graeca exprimere conatus sit interpres, qui Conjunctivum, quo lingua slavica caret, particula аще supplere voluit.

Adverbiis quibusque et aliis formulis Conjunctiones suppleri, jam monuimus. Frequentioris usus sunt тѣмже διὸ, propter quod, propterea, ὥστε itaque, ergo, тѣмже оубо ἄρα οὖν itaque, igitur, сегѡ ради διὰ τοῦτο, propterea, такожде ὁμοίως similiter, якоже - такѡ, sicut - ita.

Caput XI.

De Interjectionibus.

§. 106.

Interjectiones exprimendis animi affectibus serviunt, constantque sonis admodum simplicibus, qui forma sua ab aliis particulis non differunt. Tales sunt:

1) а, ѡ, (ѡѡѡ), оу, фе, ба, на, нѹ, се, га, гѡ, ха (ха ха ха).

2) аѹ, ѡй, оуа, оувы, ѡле, ѡтѡ, аг, ах, ѡх, вот Russ., ваг, цить, гей, гой.

Ex his оувы, ѡле, ѡтѡ certe composita sunt. Accenseri solent Interjectionibus et Substantiva бѣда, горе, Adverbia благѡ, благоже, коль, ѧко, item particula Conjunctivi formativa бы: ѡ бы, ѡ дабы, Pronomen что, immo et Imperativi зри, слыши, et formula дaждь то бог. Maximow, praeter вот, ex ore vulgi sumtos sonos ась, сы, цы, цсс recitat. Mallem affirmativam particulam ей (кй) ita huc referre. на, en tibi, non nisi Maximow habet, quod tamen omnes Slavi norunt. In plurali etiam нате en vobis. ваг apud Meletium est latinum Vah, pro quo Maximow scripsit уа, quod et Mrazovičio placuit. Hic etiam in gratiam Serborum scribere maluit ха pro га, хей pro гей,

et хой pro гой, innuere volens pronunciandá esse, uti ha, hej, hoj.

Meletius pro vario affectu Interjectiones dispescuit in viginti duas classes, cumque alii secuti sunt. Est itaque apud eum vox 1 Admirantis: се, 2 Obstupescentis: ώ, гако. Rimnicensis editio addit ωле, Maximow adhuc коль. 3 Laudantis: блгωже, блгωже. 4 Demonstrantis: се, сеωн, сеси, сето, зри. Rimn. pro fem. сеси habet masc. сесей ecce hic, Maximow addit vulgare вот. 5 Improperantis: ваг, оуїа. Rimn. addit оуа, ау. Maximow substituit: уа, аѹ, ω, вот, на. 6 Dolentis: аг, ах, а. 7 Flentis: ωх, ωωω. 8 Lamentantis; ὼ, оувы, горе. Max. addit ах. 9 Exclamantis: ῶ. 10 Contemnentis: гω. 11 Abhorrentis: фе. 12 Compellentis: нѹ. 13 Gaudentis: гой. Max. addit благω ми. 14 Miserantis бѣда. 15 Optantis: ώ, ωбым, даждь то боже. Rimn. et Max. ω бы, ω да бы pro ωбым. 16 Ridentis: ха ха ха. 17 Silentium imperantis: цыть. Max. et цсс. 18 Timentis: ωй, ωй. 19 Vocantis: гей, Max. praemittit слыши audi, et addit сы, цы. 20 Revocantis: га, чтω. Rimn. et Max. addunt а, ась, et scribunt что. 21 Terrentis: се, ωтω. Rimn. et Max. addunt вот ecce. 22 Subito irruentis: здесь. Rimn. здѣсь, сездѣ. Maximow praeterea addit Russica вот тѹт, тѹт тѹт, quibus priora explicat. Sed et здѣсь, hic, Russicum est, ex здѣ ortum, apposito in fine сь demonstrativó.

Quae de accentu Interjectionis ω monet Meletius Smotriski, nimirum ω Exclamationis notari debere circumflexo (ῶ), ω admirationis acuto (ώ), et ω lamenti gravi (ὼ), nimis subtilia sunt.

§. 107. Videamus jam, quibus vocibus interpretes reddiderint Interjectiones graecas in scriptura sacra obvias.

ἀ ἀ κύριε μου, κύριε Jud. 6, 22. оувы мнѣ гдⷭ҇и гдⷭ҇и, ꙗкѡ видѣх-, in Ostrogiensi ѡ̃ г҃и г҃и сего ли (lege ли) ради видѣх.

εὐα̃, vah, Marc. 15, 29. еуа.

οὐαὶ ὑμῖν vae vobis, Luc. 6, 25. 26. atque alibi saepius горе вам.

οἴμοι Job. 10, 15. лютѣ мнѣ; Mich. 7, 1. оу лютѣ мнѣ; Jer. 4, 31. et 15, 10. горе мнѣ, at ibid. 45, 3. *οἴμοι οἴμοι* оу лютѣ мнѣ, оу лютѣ мнѣ. Ezech. 9, 8. *οἴμοι*, Vulg. heu, heu, heu, горе (горе), ѡ лютѣ мнѣ, in Ostrog. bis горе, sine parenthesi. Ibid. 11, 13. *οἴμοι οἴμοι*, Vulg. heu, heu, heu, горе мнѣ, лютѣ мнѣ, in Ostrog. bis лютѣ мнѣ.

ἄγε Jac. 4, 13. ecce, age, волѣ in Mss. antiquis, слышите in editis; Jac. 5, 1. iterum волѣ, in editis vero прїидѣте olim, nunc прїидите.

ἰδοὺ, ecce, се, quod est neutrum pronominis demonstrativi сь hic. Luc. 17, 21. *ἰδοὺ ὧδε, ἢ ἰδοὺ ἐκεῖ. ἰδοὺ γὰρ* - се здѣ или се онде, се бо - ita Mss. et editio Mardarii, immo et Ostrogiensis. At in Evangeliario Mosquensi An. 1606 се post или deest, uti in posterioribus editionibus.

ὄφελον utinam, 2 Cor. 11, 1. ѡ да бысте мало потерпѣли безꙋмїю моемꙋ; Ostrogiensis: аще бысте прїали малое безꙋмїе мое. Antiquus Apostolus не да (pro нъ да); Cod. Belgrad. хотѣх да. Et Galat. 5, 12. *ὄφελον καὶ ἀποκόψονται* - ѡ дабы

ѿсѣ-

ѿсѣчени были, Ostrog. дабы sine ѡ, antiquus Apostolus не да и да, Cod. Belgr. хотѣх и да. Psalm. 118, 5. ὄφελον κατευθυνθείησαν αἱ ὁδοί μου, да бы исправилися пѹтїе мои, Ostrog. еда исправилися быша п. м., sic et Psalt. Ven. еда pro дабы. Videturque еда hoc loco ex не да (i. e. нъ да) ortum. Qui libros Regum (vix ante seculum XV.) vertit, sensum Interjectionis ὄφελον non est assecutus. Vertit enim полезно бы господинѹ моемѹ было, melius utique correctores Mosquenses ѡ да бы господин мой был.

Appendix de Compositis.

§. 108. De Compositis, quorum pars posterior per Praepositiones et Adverbia determinatur, supra jam pluribus actum est. Nunc de compositis ex aliis orationis partibus pauca subjungenda sunt. Slavis et olim, antequam Graecorum libros in linguam suam transfunderent, composita vocabula omnino non defuisse, ex plerisque nominibus propriis personarum et locorum satis elucet. Talia sunt драгомир, свѧтослав, свѧтоплак, свѧтовит, болеслав, владимир, растислав, лѹдмила, новоград, бѣлоград (Serb. nunc београд), велеград in Moravia etc. Vocabula alia, uti

мед-

медвѣдъ ursus, козодой caprimulgus, воевода, виноград, вертоград, милосердъ misericors, лѣторасль, бѣлоглавый, черноокый et similia, non admodum multa sunt, quae quidem etiam in dialectis vulgaribus usitata sint. Ingens autem compositorum copia, quorum partem aliquam e libris ecclesiasticis Petrus Alexjejev collegit, non aliunde orta est, quam ab exemplarium graecorum per plura secula continuata imitatione. Qua in re recentiores interpretes subinde justos limites transgressos fuisse, facile concesserim. Ὀπωροφυλάκιον Psal. 78, 2. antiquus interpres recte reddiderat овощное хранилище, Vulg. pomorum custodiam. Hac circumscriptione genio linguae slavicae prorsus conformi, quae non solum in Veneto a Serbis edito Psalterio, sed etiam in Ostrogiensi et Mosquensi prima Bibliorum editione, immo et in Psalterio una cum Novo Testamento Kioviae 1732 in 4. legitur, Correctores Mosquenses non contenti maluerunt vocem овощехранилище, quae graeco genio penitus respondeat, efformare, et correctis Bibliis inserere. Hebr. 2, 17. pro ἀρχιερεὺς Apostolus antiquus voce сватитель (свѧтль) usus est, at editiones nunc omnes первосвящѣник legunt. Rom. 15, 16. ἱερουργοῦντα in eodem Ms. Serbico Apostolum continente simplici служещꙋ, in editis composita voce священодѣйствꙋющꙋ expressa est. Vice versa

Rom.

Rom. 11, 17. oleaster, *ἀγριέλαιος*, in Ms. est свер̾кпомаслина, in editis vero дивїа маслина. Alias in hoc Ms. saepius simplicia vocabula pro compositis leguntur, uti годѣ pro благоугодно, говѣнїе pro благоговѣинство Hebr. 5, 7. *εὐλάβεια*, Vulg. reverentia; хвалю et хвалу имам pro благодарю, хвала pro благодаренїе gratiarum actio. Sed in his ipsi manuscripti codices differunt. Belgradensis Cod. longe recentior vocem graecam *φιλοσοφία*, quam habet antiquus Apostolus, editique servarunt, composito vocabulo любомудрїе transtulit, graeco genio convenienter quidem, sed non slavico. Melius certe 1 Tim. 3, 4. *φιλόθεοι* composito боголюбци, 1 Pet. 3, 8. *φιλάδελφοι* братолюбци, *φιλόφρονες* мудролюбци, Tit. 3, 4. *φιλανθρωπία* чл҃колюбїе reddita sunt. His tamen conatibus per plura secula continuatis factum est, ut millenis vocibus lingua slavica augeretur.

Aptissima compositioni sunt Adverbia seu Adjectiva in genere neutro. Sic благо, добро, non raro et удобо respondent graeco *εὖ* in compositis: благовѣстити evangelizare, благовѣстник evangelista, благотворити, благословити; удобовѣрный *εὔπειστος* etc. малодушный *μικρόψυχος*, многоязычный *πολύγλωττος*, многомилостив *πολυέλεος*, многосвѣтлый *πολύφωτος*, противоглаголати, противовѣщати, долготерпѣнїе *μακροθυμία*, смиреному-

нэмѹдріє *ταπεινοφροσύνη*, humilitas, животворити vivificare etc.

Neque minus apta sunt Numeralia et Pronomina Adjectiva ad constituendam primam compositi partem, si Adverbii formam induant: єдинославный *ὁμόδοξος*, єдиноборец *μονομάχος*, єдиносѹщный *ὁμοούσιος*, єдинорог et contracte инорог *μονόκερος*, єдиночадый, єдинородный unigenitus; двоєнадесятица, двоєслов *δυολόγος*, contracte дво: двословный, двоѧзычный, et двѹ: двѹстолпіє, двѹсотный. троєгласный et трегласный, et трисолнечный *τρισήλιος*, трисвятый *τριάγιος*; четвероног quadrupes, (in Cod. Serb. четврѣног, четврѣдневен et четверѣдневен), четыридесятница; патокнижіє, шестокрилатый, шестоднев, шестодневец, седмочисленный (лик), осмогласник *ὀκτώηχος*, десятотысящнаѧ часть decies millesima pars. At полцарствіє, полвременіє, полѹнощница. все Adjectivis praefigi solet: всесилен *παντοδύναμος*, всеславный, *πανεύκλεος*, всеблаженый, всепѣтый, всеблагый *πανάγαθος*, всесвятый *πανάγιος*, sed et Substantivis: вседржитель *παντοκράτωρ*, всегѹбитель *ὀλοθρευτής*, exterminator, всецар *παμβασίλευς*. At весь cum мір coaluit in весміρ mundus. самогласный, самолюбец *φίλαυτος*, самовидец *αὐτόπτης*. иноωбразный, иноплеменник *ἀλλόφυλος*, иносказаема

Gal.

Gal. 4, 24. ἀλληγορούμενα, иноꙗзычник 1 Cor. 14, 11. barbarus.

Ipsa etiam Substantiva primam partem compositi constituere possunt. Quo in casu in fine assumunt о: богослов theologus, богословїе theologia, богоносец θεοφόρος, боготочный θεόῤῥυτος, богородица θεοτόκος, свѣтодавец φωτοδότης. домостроитель dispensator domus, млатобїец, пѣтлоглашенїе gallicinium. Feminina rescindunt prius а: рꙋкописанїе chirographum, рꙋкотворенный manufactus, водонос hydria. Neutra retinent о: древонос, сребролюбїе φιλαργυρία, avaritia; aut їе in о mutant: бренодѣлатель а бренїе lutum, limus.

Post й seu vocales, et post ж, ш, щ, ц, ч pro о locum habet е: воевода а вой, краеꙋгланый а край, сꙋесловїе vaniloquium, сꙋесловцы ματαιολόγοι, а сꙋй; мꙋжелюбица, лжесвѣдѣтель falsus testis, чꙋжестранный peregrinus; пѣшеходец, дꙋшелюбный, дꙋшетленный ψυχοφθόρος; тщеславїе, нощеденствїе, лицемѣрїе, вѣнценосец ςεφανοφόρος, младенцеꙋбїйца, лꙋчезарный. Adde огнеѡбразный πυρίμορφος, ab огнь, тлетворный а тлѧ, землемѣрїе, земледѣлатель, а землѧ, пꙋтешествїе ὁδοιπορία, пꙋтевождь, а пꙋть. Alia, etsi in ь desinant, ut жизнь, пѣснь, плъть, postulant о: пѣснословити, жизнодавец, плътоносец σαρκοφόρος.

Grammaticae Slavicae

Pars II.

De Vocum flexione.

Caput I.

Declinatio Substantivorum.

§. 1.

Mel. Smotriski quatuor Substantivorum declinationes constituit, quibus quinquaginta octo paradigmata comprehendit. Abr. Mrazovićk, servato declinationum numero, paradigmata quadraginta et unum exhibuit. Quid autem juvat declinationum numerum restringere, auctis nimium paradigmatibus? Mihi itaque visum fuit, habita ratione primum generis, deinde terminationum, novem Declinationes constituere, quas in Schemate generali hic inspiciendas sistimus.

Singu-

Singularis.

	Nom.	Acc.	Gen.	Dat.	Loc.	Soc.	Voc.
M. 1	-	-	-а -ꙋ	-ꙋ -ови	-ѣ -ꙋ	-ом	-е -ꙋ
2	-ь	-ь	-ѧ -е	-ю -еви -и	-и	-ем	-ю -е -и
N. 1	-о	-о	-а	-ꙋ	-ѣ	-ом	
2	-е	-е	-ѧ	-ю	-и	-ем	
3 a	-ѧ	-ѧ	-ене	-ени	-ени	-енем	
b	-ѧ	-ѧ	-ѧте	-ѧти	-ѧти	-ѧтем	
c	-о	-о	-есе	-еси	-еси	-есем	
F. 1	-а	-ꙋ	-ы	-ѣ	-ѣ	-ою	-о
2	-ѧ	-ю	-ѧ	-и	-и	-ею	-е
3	-ь	-ь	-е	-и	-и	-їю	-и
4	-ь	-ь	-и	-и	-и	-їю	-и

In singulari Masculina et Neutra non distinguunt Accusativum a Nominativo; Neutra nec Vocativum.

In Femininis omnium declinationum, et in Neutris tertiae, Localis a Dativo non differt.

Plu-

Pluralis.

	Nom.	Acc.	Gen.	Dat.	Loc.	Soc.
M. 1	-и	-ы	-ѡв	-ѡм	-ѣх	-ы
	-ове				-ех	
	-е				-ох	
2	-ї е, е	-ꙗ	-ь	-єм	-ѣх	-и
	-еве	-и	-їй			-ми
	-и		-ев			
N. 1	-а	-а	-	-ѡм	-ѣх	-ы
2	-ꙗ	-ꙗ	-ь	-єм	-ѣх	-и
					-их	
3 a	-ена	-ена	-ен	-енєм	-енех	-ены
b	-ꙗта	-ꙗта	-ꙗт	-ꙗтєм	-ꙗтех	-ꙗты
c	-еса	-еса	-ес	-есєм	-есѣх	-есы
F. 1	-ы	-ы	-	-ам	-ах	-ами
2	-ꙗ	-ꙗ	-ь	-ꙗм	-ꙗх	-ꙗми
			-їй			
3	-е	-е	-їй	-ам	-ах	-ами
				-ем		
4	-и	-и	-їй	-ем	-ех	-ми

In Plurali Vocativus in nullo genere differt a Nominativo. Neutra et Feminina non distinguunt Accusativum a Nominativo.

Schema numeri dualis vide sub numerali два, двою, двѣма.

§ 2.

§. 2. Masculinorum igitur duae sunt Declinationes: prima eorum, quae consona solida, secunda vero eorum, quae consona liquida seu affecta terminantur. Exempla pro prima praebent Substantiva formae primae, pro secunda Substantiva formae secundae. Vide P. I. §. 21. 22.

Neutrorum tres: prima desinentium in о, secunda in є, tertia in ѧ cum augmentis -єн, ѧт, et quorundam in о cum augmento -єс.

Femininorum quatuor: prima desinentium in а, secunda in ѧ, tertia et quarta eorum, quae consona liquida terminantur. Masculina in а et ѧ Femininorum declinationem sequuntur.

Declinatio Grammaticis slavicis est склонєнїє, casus падєж, Nominativus имєнитєлный, Accusativus винитєлный, Genitivus родитєлный, Dativus дательный, Localis сказатєлный, i. e. Narrativus a сказати, qui Latinorum Ablativo cum praepositione de respondet, quemque Bohemi ob frequentem ejus usum cum praepositione в, in, Localem appellarunt. Instrumentalis est творитєлный ab operando dictus, Latinorum Ablativo absoluto (sine praepositione) respondens, quem ob frequentem illius usum cum particula с, cum, Sociativum mihi appellare liceat. Vocativus denique est звательный.

§. 3. Accusativum Masculinorum inanimatorum non esse distinctum a Nominativo, satis liquet vel e dialectis vulgaribus. In his quidem nunc pro Accusativo animatorum Genitivus usurpatur. At in

slavica lingua veteri etiam animatorum Accusativus non differt a Nominativo, suppetuntque exempla non pauca etiam in editionibus antiquioribus. Apoc. 7, 2. видѣх ин агг҃л восходащ vidi alium angelum ascendentem. Luc. 2, 12. ѡбрящете младенец повит лежащ в ѧслех invenietis infantem (pannis) involutum, jacentem in praesepi. In correcta tamen Bibliorum editione utroque loco Genitivos substitutos leges: инаго агг҃ла восходаща, et младенца повита лежаща.

Mardarii editio servavit Accusativos cum prima persona Marci 9, 17. приведох сын мой к тебѣ имущ дух нѣм; Ostrogiensis legit quidem сына моего имуща, retinuit tamen Accusativum дух нѣм, at editio N. T. Kioviensis An. 1732 etiam духа нѣма exhibet, uti posteriores Bibliorum editiones omnes.

In manuscriptis frequentius ejusmodi Accusativos (nunc obsoletos), non solum cum Nominativis primae aut secundae personae, sed etiam cum Nominativo tertiae personae legeris, uti посла раб свой pro раба своего, misit servum suum, породит тебѣ сын pariet tibi filium. Cum Russi discrimen inter Nominativum et Accusativum non tam accurate observent, uti Slavi veteres, et pro Accusativo plurali potius Genitivo utantur, factum est, ut Accusativi холмы, глаголы, кедры, леды, ско-

скоты etc. multis in locis pro Nominativis male positi fuerint.

In Duali non nisi tres casus differunt; Nominativo enim Accusativus, Genitivo Localis et Dativo Sociativus seu Instrumentalis similes sunt.

Casuum inflexiones.

§. 4. Casus formantur ope vocalium, aut ope consonarum in fine appositarum.

a) ope vocalium: 1. affigendo vocales Nominativo, si in consonam desinat: сын-а, сын-ȣ, сын-ѣ, сын-е, сын-и, сын-ы sunt casus obliqui et plurales a сын filius.

2. vocali Nominativi alias substituendo: слов-а, слов-ȣ, слов-ѣ, слов-ы a слово verbum; вод-ȣ, вод-ѣ, вод-ою, вод-о a вода aqua;

3. vocalem auferendo: слов, лиц, вод, (Genitivi plurales) a слово, лице, вода.

b) ope consonarum: 1. affigendo м et х praevia vocali (ми et ма cum et sine vocali). Formant enim terminationes

ом, ем Sociativum singul. m. et n.

ωм, ѥм, ам, ем Dativum pluralem.

ми, ами, еми Sociativum pluralem.

ма, ама, ома, ема Dat. et Soc. dualem.

ѣх, ех, ох, их, ах Localem pluralem.

2. Augmenta quaedam inserendo. Assumunt autem Masculina ов, ев: богови а бог, цареви а царь, сынове, сынов etc. а сын. Neutra ен, ат, ес: имене, имени, имена, ab имѧ; ослѧте, ослѧти, ослѧты, ab ослѧ; небеса а небо. Feminina (мати et дщи) ер: матерь, матере, дщерь, дщере.

Consonarum transformatio.

§. 5. Quae transformabilium literarum mutationes in declinatione locum habeant, in Introductione §. XI. XIII. exposuimus. Sufficiat hic meminisse gutturales г, х, к, ob graciliores vocales transformari in analogas sibilantes з, с, ц, et in ж, ш, ч; ц vero in ч:

S.	Nom.	бог	дꙋх	внꙋк.
	Loc.	бозѣ	дꙋсѣ	внꙋцѣ.
	Voc.	боже	дꙋше	внꙋче.
Pl.	Nom.	бози	дꙋси	внꙋци.
	Loc.	бозѣх	дꙋсѣх	внꙋцѣх.

Sic волсви а волхв.

Nom.	отец	младенец	агнец.
Voc.	отче.	младенче	агнче.
Nom.	книга	снохa	рꙋка.
D. L.	книзѣ	сносѣ	рꙋцѣ.
Nom. n.		оухо	око.
Dual. f.		оуши	очи.
Plur. n.		оушеса	очеса.

§ 6. Quando in Genitivo et aliis casibus vox a fine augetur, vocales mobiles е et о ante consonam finalem eliduntur. лев: льва, ров: рва, конец: конца, орел: орла, осел: осла, пѣсок: пѣска, останок: останка. Adde жрец: жерца (жрца). At мртвец, ѡпресноk et alia ob concursum plurium consonarum vocales non elidunt: мертвеца, ѡпрѣснока. Sic et вертеп servat е: вертепа, в҆ вертепѣх; in Serbicis tamen libris врьтоп elidit о: в҆ врьтпѣх.

Paradigmata Declinationum.

§. 7.

Declinatio Masculinorum I.

Singularis.

Nom.	раб	сын	трем	дом
Gen.	раба	сына	трма	домѹ
Dat.	рабѹ	сынови	трмѹ	домѹ
Loc.	рабѣ	сынѣ	трмѣ	домѹ
Soc.	рабом	сыном	трмом	домом
Voc.	рабе	сыне	трме	доме.

Pluralis.

Nom.	раби	сынове	трми	домове
Acc.	рабы	сновы	трмы	домы.
Gen.	ра̂б	сынѡв	трєм	домѡв
Dat.	рабѡм	сыновѡм	трмѡм	домѡм
Loc.	рабѣх	сыновѣх	трмѣх	домех
Soc.	рабы	сыновы	трмы	домы.

сын, sine augmento ов, declinatur ut рак. Positi hic sunt in Plurali casus augmento prolongati omnes, licet praeter Nominativum et Genitivum rarius alii inveniantur. In Singulari Dativus in ови valde frequens est: богови et богꙋ. Sic et ракови, домови, закони, мїрови, градови, дꙋхови. Plur. Nom. ове: волове, бѣсове. Acc. овы: чиновы, жидовы, бѣсовы. Male apud Mrazoviћ pro more hodierno Illyriorum сынове. Gen. ѡв: ракѡв, богѡв, врагѡв frequens in libris minus antiquis pro ра̑к, бѡг, вра̑г. Dat. овѡм minus frequens: поповѡм (Ms. попобом), домовѡм, жидовѡм, градовѡм, бѣсовѡм, лисовѡм, гласовѡм, дꙋховѡм. Loc. овѣх, овех, aut овох rarius: сыновех et сыновох, воловѣх, родовѣх.

Anomala.

Anomala primae declinationis vix ulla, nisi huc referas Gentilia et Patronymica, quae in Nominativo plurali amant е: кыане, поляне, козаре, бꙋлгаре. персе (Πέρσαι) Ezech. 27, 10. nunc персане a singulari персанин. Terminata enim in анин rejiciunt in plurali ин; римлянин, Nom. plur. римляне, Acc. римляны, Gen. римлян, Loc. римлянех; Sic галилеяне, арабляне, содомляне, гоморане. In Codd. Serb. римлюне, критюне. жидове est potius a жид, quam a жидовин. A Sing. їꙋдей (et їꙋдеанин) plur. їꙋдее, nunc et їꙋдеи. еврейн ѿ еврей Phil. 3, 5. (in Ostrog. vitiose ѿ евреех). Nom. plur. евреe, nunc et евреи.

§. 8.

Declinatio Masculinorum II.

Singularis.

Nom.	царь	врачь	кнѧзь	мравїй
Gen.	царѧ	врача	кнѧзѧ	мравїꙗ
Dat.	царю	врачеви	кнѧзю	мравїю
Loc.	цари	врачи	кнѧзи	мравїи
Soc.	царем	врачем	кнѧзем	мравїем
Voc.	царю	врачꙋ	кнѧже	мравїю.

Pluralis.

Nom.	царїе	врачеве	кнѧзи	мравїе
Acc.	царѧ	врача	кнѧзѧ	мравїѧ
Gen.	царїй	врачєв	кнѧ̑зь	мра̑вїй
Dat.	царєм	врачєм	кнѧзєм	мравїєм
Loc.	царѣх	врачех	кнѧзех	мравїех
Soc.	цари	врачи	кнѧзи	мравїи.

Pro врача, врачꙋ scribebatur olim врачѧ, врачю. Augmentum ев subinde assumunt, Dativus singularis: дневи, огневи, коневи, каменеви, цареви, винареви, господеви, мꙋжеви, мечеви. In plurali Nominativus: вравїеве, скорпїеве, ѕмїеве, молеве, сиплеве, цареве, дождеве, южеве. Accusativus: дождеевы. Genitivus: оуглев, скорпїев, ѕмїев, овощев. Dativus rarius: врачевєм. Smotriski in paradigmate жрец etiam casus cum augmento ев notavit sequentes; Sing. Dat. жерцееви, Plur. Nom. жерцеве, Gen. жерцєв, Dat. жерцевєм, Acc. жерцевы.

Ano-

Anomala.

Anomala sunt пȣть, господь, людїе et alia quaedam.

S. Nom.	пȣть	Pl.	пȣтїе	людїе
Acc.	пȣть		пȣти	люди
Gen.	пȣти		пȣтїй	людїй
Dat.	пȣти		пȣтем	людем
Loc.	пȣти		пȣтех	людех
Soc.	пȣтем		пȣтми	людми.

Sic гость in plurali: гостїе, гости, гостїй, гостем, гостех, гостми.

день, Gen. дне, Dat. дни, Plur. днїе, Acc. дни, Gen. днїй et день, Dat. днем, Loc. днех, Soc. деньми. Sic omnia in ень exeuntia: камень: камене, камени; корень: корене, корени. огнь regulariter inflectitur: огня, огню etc.

господь ex utraque declinatione mixtas inflexiones amat: Gen. господа, Dat. господȣ et господеви, Loc. господѣ, Soc. господем, Voc. господи, Plur. Nom. господїе, Acc. господы, Gen. господїй, Dat. господем, Loc. господех, Soc. господы et господми.

§. 9.

Notae in singulos casus declinationis primae et secundae.

Gen. а in prima est etiam inanimatorum: плода, меда, моста, вѣка. Subinde tamen ȣ: домȣ,

холмꙋ, полꙋ, медꙋ, мостꙋ, из бокꙋ, лꙋкꙋ, до верхꙋ. In 2da Gen. praeter е etiam и: ѕвѣри pro ѕвѣрѧ, гортани, лакти. At из камени (pro камене) est inflexio russica. своего вою in Ostrog. ed. 2 Macch. 8, 35. est inflexio polonica (in correcta nunc воинства).

Dat. in 2da etiam и: гортани, (гртанꙋ in libris Serbicis est a гртанъ pro гртань) ѕвѣри; пламени, камени. Vide supra anomala in ень.

Loc. ѣ in 1ma etiam inanimatis convenit: на сонмѣ, в҆ завѣтѣ. Horum tamen quaedam ꙋ admittunt: гробꙋ et гробѣ, в҆ домꙋ, законꙋ, станꙋ, на оном полꙋ, в҆ оуглꙋ et оуглѣ in angulo, на жирꙋ, вѣтрꙋ, в҆ сꙋдꙋ, в҆ смѣхꙋ olim Sir. 21, 23. in correcta pessime в҆ смѣхѣ pro смѣсѣ. Litera х enim ante ѣ transformari debet in с. Sic на версѣ (pro на верхꙋ) a верх. в҆ бою more Polonorum pro в҆ бои. ѣ pro и est inflexio russica: отцѣ pro slavica отци.

Soc. in 2da ем: елеем, тїмоѳеем ab елей, тїмоѳей. Subinde tamen in peregrinis ом: їереом pro їереем.

Voc. regularis in 1ma desinit in е, raro in ꙋ: сынꙋ pro сыне, маркꙋ (non марче) a Nom. марко seu марек. In 2da quaedam respuunt ю et desiderant е: кнѧже a кнѧзь. Sic omnia desinentia in ец: отче, старче, ab отец, старец. Adde nomina

pro-

propria in й: ні́колае a ні́колай, григорі́е a григорі́й. господи est ab anomalo господь.

Plur. Nom. и etiam inanimatis communis est: снѣзи a снѣг, облаци ab облак. сыны est russica terminatio pro сыни aut сынове. Gentilia exigunt е: галате, (Ms. галати), критане. Pro і́е in 2da desinentia in ец habent и: отци, юнци, конци, агнци, старци, телци, et alia, ut бои, мечи. Desinentia in й pro і́е amant е (ѥ): ходатае, (ходатаѥ), і́ерее, фарисее. Sic et terminata in ель contrahunt subinde і́е in е: оучителе pro оучителі́е.

Acc. ы in 1ma declinatione: враны, клевреты, леды. Sic et дрꙋгы, грѣхы, ꙗзыкы, quamvis Russi post г, х, к Polonos hac in re imitati nunc scribant и. Analogia certe hic ы postulat, cum vocalis и Nominativi character sit, et mutationem gutturalium exigat, ita ut дрꙋзи, грѣси, ꙗзыци Nominativi sint, at дрꙋгы, грѣхы, ꙗзыкы Accusativi, quod codices antiqui confirmant. In 2da Acc. ѧ: жребі́ѧ, боѧ, кораблѧ, родителѧ, лактѧ, мꙋжѧ seu мꙋжа, отцѧ seu отца, конца, сопца. Subinde tamen и: кони pro конѧ, uti in anomalis пꙋти, люди, гости, дни. Immo et ѣ: кленѣ Serborum more pro кленѧ.

Mrazović, cum recentiores libros inspexisset, in paradigmatibus exhibet accusativos russicos оучители,

отцы,

отцы, жерцы, камени, cum tamen Mel. Smotriski constanter servarit ѧ: свѣдителѧ etc. et non nisi sub paradigmate отец et чванец praeter отцѧ, чванцѧ etiam отцы, чванцы admiserit.

Gen. sine augmento ов in 1ma valde frequens est, praecipue cum praepositionibus. Exemplo sint Genitivi e Smotriskii paradigmatibus: клеврет, трем, воин, юрѡд (a Nom. юрод), дрѹгѡв sive дрѹ҃г, прорѡ҃к, грѣхѡв sive грѣ҃х, сы҃н sive сынѡв, римлян, орест, віант, домѡв sive дѡ҃м. Adde et eos, qui apud nos ad 2dam spectant: отєц, чванєц, жрєц sive жерцєв, пастырей sive пастырь, матежей sive матеж, свѣдителей et свѣдитель, ходатай, їерей, мравїй, зной, краѹй, врач sive врачєв. Distingui autem solet in libris impressis Genitivus pluralis sine augmentis a Nominativo singulari primum ope є et ѡ, scribendo in Genitivo є pro е, ѡ pro о: отєц, прорѡк, a Nom. отец, пророк. Sic et Genitivi клеврєт, трєм, вѡин et alii distingui debuissent a Nominativis клеврет, трем, воин, quamvis id Smotriski neglexerit. Aliis autem vocalibus imponi solet камора, de qua in Introductione p. 59. egimus: влâс, ѿ недѹ҃г, дѹ҃х, ѿ вѣ҃тр. Augmentum ев, et terminationem їй seu ей fere respuunt exeuntia in ец: старєц, птєнєц, юнєц, sed et subinde alia, uti вѡй, семєнь, ѿ дєнь, гѹбитєль, ѿ кнâз, пѣ҃нязь,

пѣназь, ѿ мꙋж, ѿ меч. Pro їй libri recentiores, immo subinde et antiqui, ей amant: дней pro днїй, ѕвѣрей pro ѕвѣрїй, лактей pro лактїй (alias et лакть et лакоть).

Dativus ѡм, 2dae ем, sola vocali differt a Sociativo singulari ом et ем: дꙋхѡм, мꙋжем. львам est Russ. In 2da etiam ѡм: їереѡм, їꙋдеѡм.

Loc. ѣх, ех, uti Smotriskii paradigmata docent: клевретех et клевретѣх, тармех et тармѣх, воинех et воинѣх. Nonnunquam ох: домох olim Isai. 13, 22. nunc домѣх, сынох (praeter сынѣх, сынех), волох in Damiani Apostolo, кꙋмирох et кꙋмирех. Post quasdam consonantes ех pro ѣх: нравех, граждане́х, градех, скотех. Post transformatas gutturales ѣх: дрꙋзѣх a дрꙋг, грѣсѣх a грѣх, пророцѣх a пророк, quamvis Smotriski et дрꙋзех, грѣсех, пророцех probet. In 2da plerumque ех, praecipue post vocales: конех, кораблех, оучителех, знoех (Cod. Serb. конѥх, кораблѥх, знoѥх), їереех (rarius їереох). Adde anomala днех, людех, пꙋтех. сынах pro сынѣх est inflexio russica. Pro в лꙋках (ἐν τόξοις) 1 Par. 10, 3. in postrema editione ponendum fuit в лꙋцѣх, a лꙋк.

Soc. in 1ma proprie ы, non ми, neque ами, etsi in libris recentioribus inflexiones ми et ами, utpote russicas, jam reperias, ut кꙋмирми, врагми, грѣхми, immo et зꙋбами, богами, рогами, села-

камы.

ками. Smotriski flexionem ами paradigmatibus male inseruit: клевретами et клевреты. сынми quidem in Damiani Apostolo, et дармн Prov. 6, 35. in Ostrogiensi et correcta leguntur. In Missali glagolitico помощници pro помощникы. Sic et Serbi с҆ айдуци, cum tamen Sociativus 1mae Accusativo, non Nominativo sit similis. In 2da plura sunt, quae ми pro и admittunt: мольми, ѕвѣрми, оуглми carbonibus, гвоздьми clavis, мужми, мечми; praecipue anomala: денми, людми. степенми, olim et степены. In Duali vero ома in 1ma, ема in 2da est regularis flexio: воинома, пѣназема.

брат, Gen. брата, Dat. брату in Singulari 1mam, in Plurali 2dam declinationem sequitur: братїе, Acc. братїа, Gen. братїй. Collectivum vero братїа fratres, refer ad feminina, каменїе ad neutra. древодѣла inflectitur uti Masculina in ель, Gen. древодѣла, Dat. древодѣлю. судїа cum aliis masculinis in а femininorum 2dam sequitur.

§. 10.

Declinatio Neutrorum.

	I.	II.	
Nom.	слово	лице	оученїе.
Gen.	слова	лица	оученїа
Dat.	слову	лицу	оученїю
Loc.	словѣ	лици	оученїи
Soc.	словом	лицем	оученїем.

Plu-

Pluralis.

Nom.	слова	лица	оученїа
Gen.	слов	лиц	оученїй
Dat.	словωм	лицєм	оученїєм
Loc.	словѣх	лицѣх	оученїих
Soc.	словы	лици	оученїи

III. cum augmentis ен, ат, ес.

	(a)	(b)	(c)
Nom.	има	овча	небо
Gen.	имене	овчате	небесе
D.L.	имени	овчати	небеси
Soc.	именем	овчатем	небесем.

Pluralis.

Nom.	имена	овчата	небеса
Gen.	имен	овчат	небес
Dat.	именєм	овчатєм	небесєм
Loc.	именех	овчатех	небесѣх
Soc.	имены	овчаты	небесы

Huc pertinent, et quidem ad 1mam, pluralia чресла, пѹта, врата, оуста, раcна, ad 2dam ладвїа. слово, λόγος, quando filium Dei denotat, Accusativum Genitivo слова supplet et Vocativum uti Masculina in е terminat: слове. Sic et слнца pro Accusativo слнце usurpatur, quando de sole Christo sermo est.

Aug-

Augmento ен prolongantur omnia desinentia in ма, immo in quibusdam libris etiam рамо, Gen. рамене (quasi a рама), in plurali рамена, Loc. на раменах, at in Duali Nom. рамѣ a рамо. Augmentum ат recipiunt derivata a nominibus animalium: жребѧ, ослѧ. Sic et овча, отроча, alias овчѧ, отрочѧ. Augmenti ес plurima in о capacia sunt. слово: словесе, тѣло: тѣлесе, чудо: чудесе. Adde древеса, дѣлеса et alia. с руннесы, cum velleribus, Ostrogiensis 4 Reg. 3, 4., at correcta с рунами, rectius с руны a руно. Plur. оудеса est ab оудо; alias оуд est m. generis. Pro коло etiam in Nominativo dicitur колесо.

Anomala genere sunt око, оухо. In Duali enim очи, оуши feminina sunt; in plurali neutra: очеса, оушеса. A дѣтѧ, дѣтѧте pluralis дѣти ad femininorum 4tam spectat. E neutris in е cum augmento non nisi rarissime leguntur личеса a лице, мореса a море, at vix alia.

Notae in quosdam casus.

§. 11. Desinentia in ле, ре, in Gen. ѧ, in Dat. ю exigunt: поле, полѧ, полю; море, морѧ, морю. Gen. 3tiae имени, сѣмени pro имене, сѣмене apud Russos obvius est.

Loc. 2dae in и: солнци, сердци, non ut Russi inflectere solent, in ѣ: солнцѣ, сердцѣ, a vul-

gari

gari suo солнцо, сердцє. по морю in Ostrogiensi est Polonismus, nisi sit potius Dativus, cum по saltem apud Russos etiam Dativum regat. по морꙋ vero est Serbismus.

Plur. Gen. їй in 2da nonnisi ea postulant, quae in їє desinunt: копїй, орꙋжїй, а копїє, орꙋжїє. А сто fit сътъ seu сот vocalem euphonicam inserendo; а сердцє vero сердц et сердец; at нѣдр а plur. нѣдра, царств а царство, царствїй vero а царствїє.

Dat. in ам et Loc. in ах Russis proprius est. Hinc in libris impressis non raro древам, мѣстам, сердцам, свѣдѣнїам, чꙋвствїам, pro древѡм, мѣстѡм, сердцєм, свѣдѣнїєм, чꙋвствїєм. Sic et челах, морах, ложах, лицах сердцах pro челѣх etc.

Loc. ех post quasdam consonas: чадех, ложеснех, вратех, пꙋтех а пꙋто; в̓ петрѣх et петрех. Rarius ох pro ех: селох, вратох, колѣнох. Post щ olim ех pro их: жилищех, at post ї omnino их, uti paradigma in їє ostendit. Prov. 7, 12. recte на распꙋтїих e veteri editione servatum fuit, at v. 8. в̓ распꙋтїах correcta exhibet. Sed et alia in их pro ех seu ѣх occurrunt: сердцих, полих; ложих et морих in Ostrog. Rarissime in libris antiquis ах: ложеснах in cod. Serbico, sed et ложеснѣх.

Soc. in ами Russi adoptarunt, pro ы et и: простирaлами in correcta Prov. 7, 16. pro простиралы, v. 21. тенетами etiam in Ostrogiensi; оужами pro

оужи

оужи, соні́ами pro соні́и. Desinentia in і́е admittunt quandoque ми : знаменьми, игранхми, безаконьми, pro знамені́и etc. Adde e libris Serbicis пред вратми pro враты, времснми pro времены.

§. 12.

Declinatio Femininorum.

	I.	II.		III.	IV.
Nom.	вода	вола	ладі́а	церковь	кость
Acc.	водꙋ	волю	ладі́ю	церковь	кость
Gen.	воды	вола	ладі́а	церкве	кости
Dat.	водѣ	воли	ладі́и	церкви	кости
Soc.	водою	волею	ладі́ею	церкві́ю	кості́ю
Voc.	водо	воле	ладі́е	церкви	кости

Pluralis.

N. A.	воды	вола	ладі́а	церкве	кости
Gen.	вод	воль	ладі́й	церкві́й	кості́й
Dat.	водам	волам	ладі́ам	церквам	костем
Loc.	водах	волах	ладі́ах	церквах	костех
Soc.	водами	воламӥ	ладі́ами	церквами	костми.

Ad primam spectant non solum Feminina in а post consonas solidas, sed etiam Masculina in а, ut воевода, юнота, слꙋга.

Ad

Ad 2dam Feminina et Masculina in ѧ; hinc et desinentia in жда, жа, ша, ца, ча, щa, ut нѹжда, ωдежда, надежда (надежа), госпожда (госпожа), кожа, мрежа, стража, дѹша, чаша, овца, мышца, птица, юница, вдовица, лѹча, алча fames, притча, пища; et Masculina велможа, юноша, предтеча, in quibus omnibus а vices liquidae ѧ agit. Ista in Accusativo admittunt ѹ pro ю: мрежѹ, дѹшѹ, pro мрежю, дѹшю. Huc etiam pertinent Fem. formae ыни (ынѧ); horum Vocativus similis est Nominativo: рабыни, кнѧгыни, Plur. Nom. рабынѧ. Collectivum братїѧ. (fratres) flectitur ut ладїѧ: Acc. братїю, Gen. братїѧ, Dat. братїи.

Smotriski Masculinis сѹдїѧ, юноша in Gen. sing. et Nom. plur. inflexionem russicam и attribuit, Mrazowiѣ plane Femininis omnibus. At ego antiquiorum codicum auctoritatem respiciens non potui in Gen. sing. et Nom. plur. и, utpote terminationem russicam, antiquiori slavicae ѧ praeferre. In libris serbicis є seu ѥ pro ѧ locum habet: нѹжде, надежде, лѹче, землѥ, тлѥ, бѹрѥ. Inde ѿ банѣ in editione Ostrogiensi, in qua flexiones antiquae frequentius obviae sunt, legitur Sir. 34, 23. (olim certe ѿ банѧ), nunc in correcta ѿ бани pro Russorum consuetudine.

Ad 3tiam spectant desinentia in овь seu ви, ut кровь seu крови, церковь seu церкви. Feminina formae ы, ut любы, ѧтры, свекры casus obliquos petunt a любовь, ѧтровь, свекровь. неплоды, Acc. неплодовь, Gen. неплодве etc. ѧтры, ѧтровь ser-

vat

vat о (saltem in editionibus russicis) etiam in aliis casibus: ѩтрове, ѩтрови, ѩтровїю. Augmentum ерь postulant мати et дщи.

Nom.	мати	дщи
Acc.	матерь	дщерь
Gen.	матере	дщере
D. L.	матери	дщери
Soc.	матерїю	дщерїю.

Soc. olim et матерѣю. In plurali матере et матери, Gen. матерїй, Dat. матерем, Loc. матерех, Soc. матерми. Pro plur. дщере et дщери etiam дщерѧ, Dat. дщерам conformiter 2dae.

Ad 4tam pertinent Feminina in consonas liquidas desinentia (exceptis quae sunt tertiae in овь), вѣтвь, скорбь, дань, сѣнь, мысль, ѩдь, сѣть, клѣть, лесть, горесть, радость, рѣчь, желчь, нощь etc. Pluralia ѡтреби, изгреби, ѩсли, гѹсли, двери, дѣти, перси. кровь 3tiae, in plur. крови.

Notae in quosdam casus.

Gen. и in 2da declinatione, ut земли, тли, стези, дѹши, pro землѧ, тлѧ, стезѧ, дѹшѧ seu дѹша, sicuti Dat. ѣ: волѣ, ржѣ, птицѣ pro воли, ржи, птици, est recentior russica inflexio, nunc in editionibus a Russis adornatis passim obvia. Pro Gen. надежда, et Acc. надеждѹ in libris antiquis надеждѧ, надеждю reperias.

Soc.

Soc. ею et їю Russi contrahunt in ью: смертью, кꙋпелью, дщерью. Pro ею post жд etiam ою occurrit: надеждою uti in 1ma, melius utique надеждею conformiter secundae.

Voc. е pro и in 4ta libri recentiores et Grammatici quidam male exhibent: двере, смерте, радосте. Rectius смерти, радости (Psal. 31. 7.), крѣпости (Psal. 17, 1.). Voc. о pro е exeuntia in жда subinde habent: надеждо, rectius надежде. юношо pro юноше in libris glagoliticis occurrit. вѣтво (pro вѣтви a вѣтвь) male formatum est, cum forma вѣтва non sit usitata.

Plur. Nom. et Acc. и pro ѧ in 2da, ut земли pro землѧ, стези pro стезѧ, a Russis serius invecti sunt. Nam Psal. 22, 3. pro на стези правды super semitas justitiae, Ostrogiensis legit на стезѧ правы (правы utique vitiose pro правды). Sic et pro Nom. masc. сꙋдїи, Psal. 140, 6. Ostrog. habet formam antiquam сꙋдїѧ, et Psalt. Venetum, utpote e cod. serbico editum, сꙋдїе.

Gen. безд a бездна, земль a землѧ, молитв a молитва, жертв, паств, a жертва, паства, татв et татьв in codd. serbicis pro татьв a татьва. Sunt tamen, quae euphoniae causa inter duas consonas in fine vocalem е inserunt: тем a тьма, сꙋдеб a сꙋдьба, овец ab овца, оустен ab оустна. зорей a зорѧ: даже до зорей olim Act. 20, 11. Gen.

смоквїй seu смоквей non est proprie a смоква, sed a forma смоквы seu смоковь.

§. 13.

Declinatio Adjectivorum indefinitorum.

Adjectiva indefinita, aliis apocopata dicta, cum terminatione a Substantivis non differant, habita ratione generis etiam Substantivorum paradigmata sequuntur. Igitur masc. благ inflectitur ut раб, fem. блага ut вода, neutr. благо ut слово. Sic Possessiva павлов, павлова, павлово, цареь, царева царево, ѕмїин, ѕмїина, ѕмїино. господень autem et alia, quae consona liquida finiuntur, 2dae Masculinorum, господня 2dae Femininorum, господне denique 2dae Neutrorum se conformant. Exceptis tamen quibusdam casibus. Nam Sociativus singularis, Dativus, Localis et Sociativus pluralis vix non semper Adjectivorum definitorum inflexionem adsciscunt. Mixtam proinde sistunt Grammatici Declinationem. сват enim, свата, свату, свате, свате, in Plurali свати, Acc. сваты, Gen. сват sunt inflexiones Substantivis communes, Soc. vero singularis сватым, Dat. in plurali сватым, Loc. сватых, Soc. сватыми Adjectivis definitis conformes. Demus jam hic paradigmata quaedam in Grammaticis quidem obvia, sed correctiora.

Mas-

Masculinorum Singularis.

Nom.	павлов	2. павль	ниџь
Gen.	павлова	павлꙗ	ниџа
Dat.	павловꙋ	павлю	ниџꙋ
Loc.	павловѣ	павли	ниџи
Soc.	павловом	павлем	ниџем.

Sic et варнавин, варнавина, варнавинꙋ etc. словенск, словенска etc. Neutra павлово, павле, ниџе, in obliquis casibus non differunt a Masculinis: Gen. павлова, Dat. павловꙋ etc.

Pluralis.

Nom.	павлови	2. павли	ниџи
Acc.	павловы	павлꙗ	ниџа
Gen.	павлов	павль	ниџ
Dat.	павловωм	павлєм	ниџєм
Loc.	павловѣх	павлѣх	ниџех
Soc.	павловы	павли	ниџи.

Neutra Nom. et Acc. павлова etc.; in reliquis casibus, uti Masculina.

Femininorum Singularis.

Nom.	павлова	2. павлꙗ	ниџа
Acc.	павловꙋ	павлю	ниџꙋ
Gen.	павловы	павлꙗ	ниџа
Dat.	павловѣ	павли	ниџи
Soc.	павловою	павлею	ниџею.

Pluralis.

Nom.	павловы	2. павлѧ	нищѧ
Gen.	павлов	павль	нищъ
Dat.	павловам	павлѧм	нищам
Loc.	павловах	павлѧх	нищах
Soc.	павловами	павлѧми	нищами.

Gen. павловых, Dat. павловым, Loc. павловых, Soc. павловыми, et 2. Gen. павлих, Dat. павлим, Loc. павлих, Soc. павлими apud Meletium et alios, utpote inflexiones magis usitatae, sunt proprie casus definiti Adjectivi: павловый, павлїй.

Exempla numeri singularis.

Nom. masc. дом давидов, сын царев, мѹж безѹмен, ѧзык лстив, меч остр, град тверд, мал квас, плод злъ, дар благ, грозд зелен, плач горек, страх лют. 2. бог їакѡвль, день господень. Sic Acc. дѹх прав, дождь волен, камень горащъ, град ѡпѹстѣвш, меч градѹщъ.

Neutr. слово лѹкаво, отроча младо, сердце глѹбоко, подобїе змїино, времѧ люто, рамо наго. 2. слово господне, око небесыще, мѧсо юнче.

Fem. честь царева, глава змїева(змїина). 2. слава господнѧ, высота члове̃ча, рѹка грѣшнича, гора сїѡнѧ.

Acc. Fem. главѹ змїевѹ, ризѹ новѹ, оудоль плачевнѹ. 2. славѹ господню, дѹшѹ праведничю, мздѹ пророчю (пророчѹ), горѹ сїѡню.

Gen.

Gen. masc. пр8да чиста electri puri, м8жа премудра, крова дивна, ѿ сл8ха зла, из конца сѣверска, меча остра, телца юна, пѣвнивца сладка; м8жеска, женска пол8. 2. дом8 господна, ѿ раа божїа. Neutr. ѿ словесе матежна, серда съкр8шена и смирена, 2. лица божїа.

Fem. ѿ горы малы, тр8бы рожаны, из р8кы адовы, ѿ воды многы, ѿ р8кы стражевы. 2. ѿ сѣти ловча, дщере сїωна, ѿ дѣтели дїавола.

Dat. masc. сын8 единородн8, м8ж8 праведн8, к дом8 царев8, плот8 возриновен8, по п8ти непорочн8, кназю тvрск8, жив8 быти ем8. 2. бог8 їаковлю, дом8 господню. Neutr. лиц8 божїю. Femin. Dat. similis est Locali.

Loc. masc. в гласѣ тр8бнѣ, в п8ти непорочнѣ, в столпѣ ωблачнѣ, в гробѣ новѣ изсѣченѣ, на всем холм8 высоцѣ, в ωбразѣ м8жьсцѣ, на гладцѣ камыцѣ, в народѣ мнозѣ, на одрѣ постланѣ, ω кнази тvрстѣ, на жир8 блазѣ. 2. в дом8 господни, в храмѣ божїи, ω етерѣ їсѣ оумрши. Neutr. на мѣстѣ злачнѣ, на поли добрѣ (плоднѣ), в серди морстѣ, в сребрѣ достоинѣ, 2. на лонѣ авраамли.

Fem. на пажити т8чнѣ, в церкви velицѣ, ризѣ ветсѣ, на горѣ высоцѣ, на земли п8стѣ и непроходнѣ и безводнѣ, на водѣ мнозѣ, в д8бравѣ древанѣ. 2. в силѣ господни.

Soc.

Soc. masc. дѹхом владычном, смыслом чистом, с скотом избранном, с мечем щѹдском, многом ꙗзыком. 2. дождем потоплающем. Neutr. пришествїем тїтовом, надѣꙗнїем многом. 2. божїем словом, именем господнем (Serb. cod. господнюм). Soc. Fem. non differt a Soc. definito: славою отчею.

Vocativus possessivorum similis est Nominativo: предтече спасов, боже їаковль, сыне непрїꙗзнин, давїдов, дїаволь, чл҃вѣч. Alia amant е: свате, блаже, праведне, бѹе, нище; cum Substantivis constructa definitorum terminationem assumunt: отче сватый, боже благый. Occurrit tamen роде невѣрен pro невѣрный.

Exempla numeri pluralis.

Nom. masc. кнаѕи їѹдови, сынове ефремли, отроци давидови, людїе мнози etc. Neutr. Nom. et Acc. стада вельблѹдска, оуста ѿверста, ребра сѣверова. 2. дѣла господна, маса юнча.

Femin. Nom. et Acc. дщере царевы, очи веселы, скорби многы и ѕлы, птица пернаты. 2. кожа овна, паствы овча.

Acc. masc. воа многы, люди храбры, ѕвѣри ѕлѣ, мѹжа силны. 2. сыны овна.

Gen masc. плωд ѕωл (pro плодωв ѕлых), бωг слїан (слїаных), ѿ острωв мнωг, мѹж иноꙗзычен

чен, камєнь огнєн, до прєдѣл мꙋринск, плѣнник жидовск. 2. ѿ влас вельблꙋждь, ѿ рог єдинорождь, ѿ днь мнѡжайш, ѿ матерень сосєц, средѣ град ѡпꙋстѣвш. Neutr. оуст лвов, ѿ мнѡг лѣт, словес ложен (pro ложных), лиц грѣшнич, стоал мѣдан, сребран, ложесн саррин. Femin. крꙋп пшеничен, ѿ доск купарисен, плѣв смѣшен (pro смѣшеных). 2. стран погывш (погывших).

Dat. masc. птенцєм врановом (pro врановым), нам живом быти, нам стом и непорочном, діаконѡм чистом, симже такѡ свршеном, первенцєм написаном. 2. дꙋхом льстчем. Neutr. тщем нѣдром Job. 31, 34. *κόλπῳ κενῷ*, nunc тщим нѣдрѡм. Femin. многам дшам крстїанскам, оузам моим ꙗвленам, старицам порабощенам, црквам галатїйскам. 2. оустнам исповѣдающем (-ам), et ѕвѣздам сїꙗющам (in Mss.). Adde двєрем затворєном, rectius затворенам.

Loc. masc. в людех тажцѣх, по мнозѣх днех, в скꙋделнєх съсꙋдѣх. Neutr. в дѣлѣх добрѣх. Femin. в страстех многах, на крижалех каменах, в рꙋкотворенах црквах, ризах позлащенах бѣлах, на колесницах мщах, средах морсках. 2. в козїах кожах, вь вльстещахсе ризах (Mss. Serbici).

Soc. masc. оузы желѣзны, многы ногты, с людми многы, прѣд многы свѣдѣтели, єзыкы

чело-

человѣчскы и ангелскы, цари и сынми израилковы. 2. власы велблужди, с людми божїи (pro божїими. Neutr. оусты давїдовы, дѣлы добры, благы; лѣты вѣчны, рамѣны златы (pro златыми), пѫты мѣданы, оужи новы. Dual. великома криломa. Femin. многами слзами, ризами многоцѣннами, нитьми златами. 2. кожами овнами.

Casus rarius obvios, nimirum Dativum, Localem, et Sociativum pluralem, non nisi e codicibus antiquis colligere licuit. In editionibus enim fere omni in loco Adjectivorum definitorum terminationes substitutae fuere, ita ut mirer Hebr. 11, 37. козїахъ etiam in postrema editione adhuc retentum fuisse pro козїихъ, cum in paradigmate божїй apud Meletium et alios formae indefinitae casus non designentur alii, quam Masculinorum et Neutrorum Gen. божїа, Dat. божїю, et Loc. (etiam Femininorum) божїи. Admittunt enim non raro possessiva in їй, ut кравїй, песїй, овчїй hos tres casus in singulari ad normam indefinitorum. Sic etiam велїй, Gen. велїа, Dat. велїю, Loc. велїи pro masc. велїем et fem. велїей. In reliquis casibus a definitorum declinatione non deflectunt. Frequentior adhuc usus est possessivorum in ь, et gentilium in ск, quae in Nominativo formam indefinitam amant, uti павль, сыновень, рѡссїйск, quorum saltem Genitivos plur. indefinitos notavit

Me-

Meletius: па̂вль, сынωвнь (сыновень), рωссїйск; in paradigmate vero павлов, варнавин non nisi definitos павловыхъ, варнавиных. In Participiis (Gerundivis) notavit Gen. бїющa, бивша, Dat. бїющꙋ, бившꙋ, et Acc. fem. бїющꙋю, бившꙋю, Accusativos plurales бїющѧ, бившѧ, in participio passivo Gen. бїена, Dat. бїенꙋ, Acc. fem. бїенꙋ, et Acc. plurales бїены, n. бїена. Addi possunt Nom. (et Acc.) огнь палащ, юг вѣющ, град ωпꙋстѣвш; глас съшедш, fem. -шги, n. -ше. отец, отча, отче, Gen. отча, Dat. отчꙋ, Loc. отчи, Acc. fem. отчꙋ, Gen. plur. отец, uti et alia Adjectiva indefinita secundum paradigma нищ inflectuntur, Vocativo possessivorum excepto, qui е respuit: сыне отец, оучениче спасов, сыне чл҃вѣчь Ezech. 2. 3. 4. etc.

Miror itaque Meletium, cum recte Vocativum павлов notaverit, tamen варнавине, варнавле, павле, сыновне, рωссїйсте paradigmatibus inseruisse. Magis miror correctores Bibliorum Levit. 19, 32. лице старчо scripsisse, cum Ostrogiensis recte старче habeat. In libellis preces continentibus post ч vulgare о pro е non semel offendas: богородичо, pro богородиче, разбойничо покаанїе pro разбойниче.

Pronominum 1. et 2. personae Declinatio.

§. 14. Pronomina personalia 1mae et 2dae personae, et reciprocum сѧ, se, omnium personarum, prorsus anomala sunt. Ab азъ, ego, nulli formantur casus, sed a Nominativo inusitato,

cu-

cujus radicalis litera erat м, a qua reliqui casus, quidam affigendo vocales, alii interponendo augmentum єн, deducuntur. A pronomine ты, tu, et reciproco ся, quae tamen pro єн augmentum єб assumunt, eodem modo casus formantur. In Plurali 1mae personae м et н in Nom. мы, et Acc. ны alternant, ita tamen ut non a Nominativo мы, sed ab Accusativo ны casus obliqui deducantur. Pluralem 2dae personae constituit radix вы, a ты omnino distincta. Reciprocum ся, cum ad omnes tres personas utriusque numeri referatur, caret Nominativo proprio, ejusque inflexio in plurali prorsus eadem est, quae in singulari. Declinantur vero аз, ты, ся hoc modo:

Sing.	Nom.	(аз)	ты	—
	Acc.	мя	тя	ся
	Gen.	мене	тебе	себе
	Dat.	мнѣ, ми	тебѣ, ти	себѣ, си
	Loc.	мнѣ	тебѣ	себѣ
	Soc.	мною	тобою	собою.
Plur.	Nom.	мы	вы	—
	Acc.	ны	вы	—
	Gen.	нас	вас	—
	Dat.	нам	вам	—
	Loc.	нас	вас	—
	Soc.	нами	вами	—

Dual.

Dual. N.A. m. ва —
f. вѣ
G. L. наю ваю
D. S. нама вама.

Male Meletius Nom. ва, вѣ, personae 2dae tribuit, cum tamen ipse есва, бꙋдева personam primam esse recte statuerit. Vide P. I. §. 90. Nominativi на, нѣ, qui personae primae tribui solent, prorsus conficti sunt, nec eos ullibi reperire licet, praeterquam apud Grammaticos, qui a Genitivo наю́ eos formandos censuere. Jam in Mss. confundi solent genera dualis, ita, ut fem. вѣ frequenter pro ва legatur. Act. 13, 32. вѣ вам благовѣствꙋѥвѣ, nos vobis evangelizamus, legit Apostolus a Damiano monacho An. 1324 scriptus, editi vero in plurali мы вам благовѣствꙋем. Luc. 23, 41. legunt Codices Mss. et Liturgia Veneta An. 1519. и вѣ — всприѥмлевѣ, et nos — recipimus, Ostrogiensis vero et correcta substituunt мы (pro вѣ) et воспрїемлева masculinum pro feminino.

§. 15. Etiam hic, uti in Substantivis masculinis animatorum, Genitivi мене, тебе, себе, et нас, вас supplere solent Accusativum. Designat enim in lingua slavica et Genitivus objectum rei. Utuntur autem Slavi Genitivis horum pronominum ad exprimendum Accusativum emphaticum. Sic et Dativus emphaticus мнѣ, тебѣ, себѣ, initio Constructionis et cum praepositionibus locum habet.

Localis in singulari Dativo emphatico similis est, uti in declinatione Substantivorum; in plurali vero non differt a Genitivo, uti in Adjectivis:

vis: Gen. ѿ нас, Loc. ѡ нас. In Reciproco autem ся, etiamsi ad pronomina pluralia referatur, hi casus distinguuntur. Dicendum enim мы ѿ себе, вы ѿ себе in Genitivo, et мы ѡ себѣ, вы ѡ себѣ in Locali.

Sociativi singularis terminatio - ою, Nom. et Acc. plur. - ы, Dat. - ам, Soc. - ами casibus Femininorum primae Declinationis respondent.

Accusativi ны, вы etiam pro Dativis нам, вам usurpari solent: дай ны, побѣждате ны. Ostrog. Jos. 9, 25. ꙗкоже вы есть годѣ, correcta nunc ꙗкоже угодно єсть вам.

с in нас, вас terminationi х in Pronominibus 3tiae personae et in Adjectivis respondet. Censeri igitur possunt нас, вас orta ex нах, вах, cum х in с transformari soleat.

Caput II.

Pronominum tertiae personae et Adjectivorum definitorum et Numeralium Declinatio.

§. 16. Multum differre flexiones Pronominum tertiae personae a Substantivorum Declinatione cuilibet intuenti Schema generale Pronominum sat clare patet. Genitivi character est ого, seu его, Dativi омꙋ seu емꙋ, Localis ом seu ем. Praemisimus autem Pronominum Declinationes flexioni-

nibus Adjectivorum definitorum, quod haec terminationem suam Pronomini и҆ (ін) debeant. Istud enim in fine illorum appositum articulum definitum aliarum linguarum supplet. Coaluit nimirum благый ex благъ et ін, благаго (olim благааго) ex блага его, благомȣ (olim благȣȣмȣ) ex благȣ емȣ, Plur. благыѧ ex благы ѧ, благых (olim благыих) ex благъ их etc.

Pronominum tertiae personae Declinatio
I. et II.

Sing.	Nom.	Acc.	Gen.	Dat.	Loc.	Soc.
M. 1	т, той	т, той	того	томȣ	том	тѣм
2	сь, сїй	сь, сїй	сего	семȣ	сем	сим
N. 1	то, тое	то, тое	того	томȣ	том	тѣм
2	се, сїе	се, сїе	сего	семȣ	сем	сим
F. 1	та, таѧ	тȣ, тȣю	тоѧ	той	той	тою
2	си, сїѧ	сїю	сеѧ	сей	сей	сею
Plur.						
M. 1	ти, тїи	ты, тыѧ	тѣх	тѣ̑м	тѣх	тѣми
2	си, сїи	сїѧ	сих	сі̑м	сих	сими
N. 1	та, таѧ	та, таѧ	—	—	—	—
2	си, сїѧ	си, сїѧ	—	—	—	—
F. 1	ты, тыѧ	ты, тыѧ	—	—	—	—
2	сїѧ	сїѧ	—	—	—	—

De-

Declinatio Adjectivorum definitae terminationis I. et II.

Sing.	Nom.	Acc.	Gen.	Dat.	Loc.	Soc.
M. 1	-ый	-ый	-агѡ	-омꙋ	-ом -ѣм	-ым
2 a	-їй	-їй	-ѧгѡ	-емꙋ	-ем	-им
b	-їй	-їй	-їѧгѡ	-їемꙋ	-їем	-їим
N. 1	-ое	-ое	—	—	—	—
2 a	-ее	-ее	—	—	—	—
b	-їе	-їе	—	—	—	—
F. 1	-аѧ	-ꙋю	-ыѧ	-ой -ѣй	-ой -ѣй	-ою
2 a	-ѧѧ	-юю	-ѧѧ	-ей	-ей	-ею
b	-їѧ	-їю	-їѧ	-їей	-їей	-їею

Plur.						
M. 1	-їи	-ыѧ	-ых	-ым	-ых	-ыми -ѣми
2 a	-їи	-ѧѧ	-их	-им	-их	-ими
b	-їи	-їѧ	-їих	-їим	-їих	-їими
N. 1	-аѧ	-аѧ	—	—	—	—
2 a	-ѧѧ	-ѧѧ	—	—	—	—
b	-їѧ	-їѧ	—	—	—	—
F. 1	-ыѧ	-ыѧ	—	—	—	—
2 a	-ѧѧ	-ѧѧ	—	—	—	—
b	-їѧ	-їѧ	—	—	—	—

§. 17.

Declinationis Pronominum primae exemplum он.

	M.	N.	F.
S. Nom.	он	оно	она
Acc.	он	оно	онꙋ
Gen.	оного	оного	оноа
Dat.	ономꙋ	ономꙋ	оной
Loc.	оном	оном	оной
Soc.	онѣм	онѣм	оною.
Pl. Nom.	они	она	оны
Acc.	оны	она	оны
G. L.	онѣх	онѣх	онѣх
Dat.	онѣм	онѣм	онѣм
Soc.	онѣми	онѣми	онѣми.

Dual. Nom. Acc. m. она, f. онѣ. Gen. Loc. онꙋ, Dat. Soc. онѣма.

Huic paradigmati se conformant non solum Pronomina alia, ut ов, сам, ин, sed etiam Numeralia, quae in consonas solidas desinunt, uti ѥдин, ѥдиного, Soc. ѥдинѣм; всѧк, всѧкого, Soc. всѧцѣм, Soc. plur. всѧцѣми.

Masculinum кто (rejecto determinativo то) inflectitur: кого, комꙋ, ком, at Soc. кым Adjectivorum more, non кѣм. Sic et къждо (кождо) когождо, комꙋждо.

той-

тойжде, тажжде, тоежде uti той in Tabula Pronominum declinabis: тогожде, томужде etc.

Neutrum чесо, чесого, чесому, чесом, cujus Soc. non est in usu. Hujus Gen. чесого contrahi solet in чесω: чесω ради propter quod.

Nom. он, она, оно definitae terminationis capax est: оный, оная, оное. In plurali: оніи, оныя, оная.

Gen. ого (f. оя) proprie Pronominibus convenit: иного, самого, licet ipse Meletius praeter тогω, когω, чесогω, reliquis агω, (f. ыя) tribuat: онагω, оныя, самагω, самыя etc.

In libris slavicis всякого, всякоя et всякаго, всякыя obvia sunt, sed всякого est a всяк, всякаго vero a всякый, quod more Adjectivorum definitorum inflectitur. Recentiores editores inflexionem агω antiquae ого etiam in aliis male praeferunt.

Grammaticos nimis subtiliter distinguere Genitivos когω, оногω etc. a кого, оного, quando Genitivo Accusativus animatorum suppletur, alibi jam monuimus.

Dat. et Loc. fem. praeter ой etiam ѣй (excepto tamen той) Pronominibus tribuit Meletius: самой et самѣй, оной et онѣй. Rectene? Confer tamen Adjectivorum definitorum ой et ѣй.

Soc. ѣм: инѣм. Sic пцѣм, колицѣм.

Gen. et Loc. plur. ѣх, Dat. ѣм, Soc. ѣми: инѣх, инѣм, инѣми, ab ин. Melius utique quam иных, иным, иными a librariis et editoribus russis invecta. Male itaque apud Meletium Dat. plur. тым pro тѣм, Dual. тыма, distinguendo Dativum a Soc. тѣма; recte vero apud eundem Dat. самѣм, обѣм, онѣм, Soc. dual. самѣма, обѣма, онѣма, plur. самѣми etc.

Idem de Numeralibus valet. Gen. et Loc. единѣх, елицѣх, толицѣх, мнозѣх, Dat. единѣм, Soc. единѣми, мнозѣми, колицѣми.

§. 18.

§. 18.

Declinationis Pronominum secundae exemplum ѝ, Gen. єго.

S.	Nom.	(он)	(оно)	(она)
	Acc.	ѝ	є	ю
	Gen.	єго	—	єꙗ
	Dat.	ємꙋ	—	єй
	Loć.	єм	—	єй
	Soc.	им	—	єю.
Pl.	Nom.	(они)	(она)	(оны)
	Acc.	ꙗ	—	—
	G.L.	их	—	—
	Dat.	им	—	—
	Soc.	ими	—	—

Dual. N. A. (m. она, f. онѣ), G. L. єю, D. S. има.

Duales apud Meletium masc. а, fem. ѣ, neutr. а ficti sunt. Nominativi enim hujus Pronominis inusitati supplentur pronomine demonstrativo он, si emphasis id exigat. Accusativum vero dualis supplet pluralis ꙗ omnium generum.

Male apud Maximow et alios penes ꙗ in Accusativo ѝх appositum fuit, quod illi a Genitivo и́х sine omni fundamento accentu distinguendum censuere.

Relativum иже eodem modo inflectitur:

S.	Nom.	иже	f. ꙗже	n. єже
	Acc.	иже	юже	єже,
	Gen.	єгоже	єꙗже	єгоже

Pl. Nom.	иже	гаже	гаже
Acc.	гаже	гаже	гаже
Gen.	ихже	ихже	ихже.

Accusativo и̂ (et иже) animatorum correctores Bibliorum et editores aliorum librorum liturgicorum innumeris in locis Gen. его (et егоже) substituerunt.

Si praecedat praepositio ante им, их, ими, prostheticum н praefigitur: с҆ ним cum eo, с҆ ними cum eis, к҆ ним ad eos, ѿ них ab eis, с҆ нимже cum quo, с҆ нимиже cum quibus. нань, зань contracta sunt ex на ни, за ни pro на и, за и; воньже ex вониже pro во иже; на на pro на га, на ню pro на ю. Sic et из него pro из его, ѿ неа, к҆ немꙋ, к҆ ней, ѡ нем, за не pro за е. Librarii Serbici scribunt из нјего, ѿ нјега, к҆ нјемꙋ, ѡ нјем.

Demonstrativum сь, cujus femininum си et neutrum singulare се, plurale си in antiquis libris sat obvia sunt, definitam terminationem amat: сїй seu сей, f. сїа, n. сїе. In Damiani Apostolo tamen legitur асъ что pro а сей что, hic autem quid. Alibi etiam гакось quia hic, въ мирсь et въ мирось in mundum hunc. Inflexionem ejus dedimus in Tabula Pronominum.

Dativo plur. сі̂м, і̂м in libris impressis imponi solet камора, ut discernatur a Soc. singulari сим, и̂м.

Neu-

Neutrum что rejecto то inflectitur in obliquis casibus ut его, Gen. чего, (pro quo tamen fere чесω usurpatur), Dat. чемѹ, Loc. чем, Soc. чим.

§. 19. Eodem modo Possessiva мой, твой, свой, наш, ваш inflectuntur:

S. Nom.	мой	наш	f. моꙗ	наша
Acc.	мой	наш	мою	нашѹ
Gen.	моего	нашего	моеѧ	нашеѧ
Dat.	моемѹ	нашемѹ	моей	нашей
Loc.	моем	нашем	моей	нашей
Soc.	моим	нашим	моею	нашею.
Pl. Nom.	мои	наши	моѧ	нашѧ
Acc.	моѧ	—	—	—

Neutra моє seu мое, твое, свое; наше, ваше Gen. моего, нашего etc. ut Masculina, Plur. Nom. Acc. моꙗ, наша.

Dual. Nom. m. моѧ, нашѧ (seu наша), f. мои, наши, Gen. моею, нашею, Dat. моима, нашима.

Male apud Meletium Dualis fem. in ѣ: сїѣ, моѣ, нашѣ. Nam pro ѣ primae secunda declinatio postulat и: нозѣ мои, рѹце твои, на обѣ рамѣ свои, оуши наши. Sicut enim pro тѣма, онѣма in secunda dicitur сима, моима, нашима, sic etiam pro тѣ, онѣ dicendum est сїи, мои, наши.

кый (кой), кая, кое non nisi paucis differt:

Acc.	кый	f. кꙋю	n. кое
Gen.	коего	коея	
Dat.	коемꙋ	коей	
Loc.	коем	коей	
Soc.	кыим, коим	коею	
Pl. Nom.	кыи	f. кыя	n. кая
Acc.	кыя	кыя	кая
G. L.	кыих, коих	—	—
Dat.	кыим, коим	—	—
Soc.	кыими, коими	—	—

Sic кыйждо, коегождо, коемꙋждо etc. et нѣкый, нѣкоего etc. Pl. Nom. нѣцїи.

Pronominale чїй, чїя, чїе inflectitur ut мой:

Acc.	чїй	f. чїю	n. чїе
Gen.	чїего	чїея	
Dat.	чїемꙋ	чїей	
Loc.	чїем	чїей	
Pl. Nom.	чїи	чїя	чїя
Acc.	чїя	—	—
Gen.	чїих etc.		

ктер, ктера, ктеро, declinatur ut indefinita Adjectiva: Gen. ктера alicujus, Dat. ктерꙋ, Loc. masc. et fem. ктерѣ. Pl. Nom. ктери, ктеры, ктера etc,

§. 20.

§. 20.

Adjectivorum definitorum Declinatio I. (свѧтый).

	M.	F.	N.
S. Nom.	свѧтый	свѧтаѧ	свѧтое
Acc.	свѧтый	свѧтꙋю	свѧтое
Gen.	свѧтаго	свѧтыѧ	свѧтаго
Dat.	свѧтомꙋ	свѧтой *)	свѧтомꙋ
Loc.	свѧтом *)	свѧтой	свѧтом
Soc.	свѧтым	свѧтою	свѧтым
Pl. Nom.	свѧтїи	свѧтыѧ	свѧтаѧ
Acc.	свѧтыѧ	свѧтыѧ	свѧтаѧ
G. L.	свѧтых	—	—
Dat.	свѧтым	—	—
Soc.	свѧтыми	—	—

*) Dat. et Loc. fem. etiam свѧтѣй, Loc. masc. свѧтѣм.

Huc pertinent Pronomina который, дрꙋгый; Numeralia ordinalia первый, вторый et reliqua, excepto третїй; omnia denique Adjectiva in ый, аѧ, ое terminata. Hinc et вселеннаѧ orbis terrarum, respondens gr. particip. ἡ οἰκȣμένη, declinatur ut fem. свѧтаѧ.

Gen. in ого, qui in Ostrogiensi, raro tamen, occurrunt, ut 1 Macch. 4, 59. пѧтого, двадесѧтого, alibi малого, свѧтого, великого, sunt Russismi vulgares.

Dat. fem. in ѣй similis Locali, quem vide.

Loc.

Loc. ѣм, f. ѣй valde frequens ab indefinitorum flexione in ѣ ortus, addito in masc. et neutro м, fem. й finali: нарицаемѣм, истиннѣм, праведнѣм, fem. правѣй, славнѣй, малѣй, вторѣй, добрѣй. Exigitque haec inflexio Gutturalium г, х, к, uti et ск, mutationem: блазѣм, блазѣй а благый, ветсѣм, ветсѣй а ветхый, велицѣй а великый, небесцѣм а небескый, морстѣй а морскый, платцѣй а платскый. (In libris glagoliticis etiam in Soc. fem. тежцею язвою gravi ulcere, pro тажкою). In plurali autem in Loc. Dat. Soc. ѣх, ѣм, ѣми pro ых, ым, ыми non nisi improprie usurpari, monuit jam Meletius, cum illae flexiones Pronominibus propriae sint. Hinc таковѣми pro таковыми. Sunt itaque casus мнозѣх, мнозѣм, мнозѣми ab indefinita forma мног, quod ceu Numerale pronominum inflexionem sequitur; многых vero, многым, многыми sunt a многый.

Nom. plur. in їи mutationem transformabilium exigit: блазїи, глусїи, земстїи et земсцїи, авраамсцїи, а благый, глухый, земскый, авраамскый; дуси пророчестїи, in Serb. Codd. гласи пророчьсцїи.

Acc. in ыа in hymnis et orationibus obvios, minus usitatos esse, ac pro iis Acc. in ых (их) usurpari monuit Meletius. Dicendum potius fuit, Russos ab aliquo tempore negligere Accusativos et pro his eos uti Genitivis.

Gen. Loc. in ыих, pro ых, Dat. ыим pro ым, Soc. ыими, antiquissimi Codd. habent: праздныих, праздныим, праздныими. Bohemi terminationes ých, ým, ými ob productam vocalem y accentu signant, aut ý in ey resolvunt. Respondentque casibus in ыих, ыим singulares Genitivi in ааго, Dativi in ууму: великааго, великууму, qui in antiquissimo изборник An. 1073 leguntur. Confer etiam in secunda terminationes їих, їим, іими.

§. 21.

§. 21.

Adjectivorum definitorum Declinatio II.
(a. вышнїй).

S. Nom.	вышнїй	f. вышнаа	n. вышнее
Acc.	вышнїй	вышнюю	вышнее
Gen.	вышнаго	вышнїа *)	вышнаго
Dat.	вышнемꙋ	вышней	вышнемꙋ
Loc.	вышнем	вышней	вышнем
Soc.	вышним	вышнею	вышним.
Pl. Nom.	вышнїи	вышнїа *)	вышнаа
Acc.	вышнїа *)	вышнїа *)	вышнаа
G. L.	вышних	—	—
Dat.	вышним	—	—
Soc.	вымними	—	—

*) Olim et вышнаа (вышнаꙗ) in Gen. singulari; in Nom. et Acc. feminino et in Acc. masculino plurali: древнаꙗ, оутрьнаꙗ, послѣднаꙗ, ближнаа, прочаа, корабщаа.

Hoc paradigma sequuntur omnia Adjectiva desinentia in їй, аꙗ, ек, adeoque Comparativi et Superlativi in шїй, (ѣйшїй), Gerundiva in шїй et щїй. Post ш, ч, щ pro а scribi а ex Introductionis §. IX. constat: меншаго, нищаа, нищаго etc. Sic et чꙋждаго a чꙋждїй (чꙋжїй), чꙋждемꙋ, чꙋждем et чꙋжем, чꙋждим et чꙋжим, Acc. fem. чꙋждꙋ (чꙋжꙋ), Plur. n. чꙋждаа etc. Pauca quae-

quaedam formant fem. in ïѧ, neutr. in ïе, quorum flexionem sub 2. b. in Tabula generali dedimus.

(b. велїй)

S. Nom.	велїй	f. велїѧ	n. велїе
Acc.	велїй	велїю	велїе
Gen.	велїаго	велїѧ	велїаго
Dat.	велїему	велїей	велїему
Loc.	велїем	велїей	велїем
Soc.	велїим	велїею	велїим.
Pl. Nom.	велїи	велїѧ	велїѧ
Acc.	велїѧ	велїѧ	велїѧ
G. L.	велїих	—	—
Dat.	велїим	—	—
Soc.	велїими	—	—

Sic inflectuntur дивїй, козлїй, козїй, божїй, вражїй, песїй, овчїй, nec non Numerale третїй. In diplomate (грамота) An. 1265. legitur hujus neutrum третїее лѣто (pro третїе) et Acc. fem. на третїюю зиму (quasi a третїаѧ). Alias Acc. fem. secundum paradigma їю: козлїю кръвь, божїю милость; sic et третїю часть Apoc. 12, 4.

Gen. его, qui in Ostrogiensi subinde occurrit, ut ближнего, дружнего, искренего, вчерашнего, настоящего, est aut Polonismus, aut Serbismus. Sic Prov. 7, 5. ѿ жены тъждеа pro veteri чуждаѧ, nunc чуждїѧ, e Cod. Serbico sumtum est. Gen. ближнааго, положившаaго, et Dat. рекшуумy, требующуумy, in plurali

rali Gen. et Loc. in них (їих), Dat. in ним, Soc. in ними: ближниих, бїющиим, оунишиими, тъщиими in antiquissimis Codd. frequentes sunt. In Damiani Apostolo et in glagoliticis libris Dativi singulares in ѹмѹ leguntur: дающѹмѹ, вскрсшѹмѹ стригѹщѹмѹ, могѹщѹмѹ, in Serbicis seculo XVI. impressis омѹ: живѹщомѹ, рождшомѹ, fem. рождшой.

Femininorum Nom. їа pro аа a Gerundivis in ши, щи ortus est: раждающїа, болѣвшїа, in Damiani Apostolo, pro раждающаа, болѣвшаа. Sic et Pluralis in еи pro їи a plurali Gerundivorum in ще, ше: ходащеи, шедшеи.

Dat. sing. имѹщїи, Loc. божїи, Dat. plur. радшем, пославшем, сходащем, immo et велїем, sunt casus indefinitis Adjectivis proprii, de quibus supra.

§. 22.

Numeralium Declinatio.

Numeralia, cum formas induant diversas, etiam flexionibus multum differunt. сто, тысаща (тысѹща), тма myrias, Substantivorum, первый etc. Adjectivorum declinationes sequuntur. обой, двой, трой uti Pronomen мой declinantur. един Pronominum demonstrativorum declinationi primae, весь fere secundae se conformant.

	Masc.		Fem.	
S. Nom.	един	весь	една	вса
Acc.	един	весь	единѹ	всю
Gen.	единого	всего	единоа	всеа
Dat.	единомѹ	всемѹ	единой	всей
Loc.	едином	всем	единой	всей
Soc.	единѣм	всѣм	единою	всею.

Pl.

Pl. Nom.	єдини	всі	єдины	вса
Acc.	єдины	вса	єдины	вса
G. L.	єдинѣх	всѣх	—	—
Dat.	єдинѣм	всѣм	—	—
Soc.	єдинѣми	всѣми	—	—

Neutrum Nom. Acc. єдино, все. Plur. єдина, вса, in aliis casibus cum Masculino convenit. єдин etiam in obliquis indefinitae terminationis capax est: Gen. єдина, fem. єдины, Dat. єдинꙋ, fem. єдинѣ, Loc. єдинѣ, Voc. єдине, fem. єдина. In libris recens editis Gen. єдинаго pro єдиного, quod tamen Ostrogiensis et Psalt. Venetum adhuc retinuere, fem. єдиныѧ, in Plurali єдиніи, єдиных, єдиным, єдыными substituta leges.

тріе, четыріе (Russ. четыре) femininorum quartam fere sequuntur:

Nom.	тріе	f. три	четыріе	f. четыри
Acc.	три	—	четыри	—
Gen.	трій	—	четырь	—
Loc.	тріех	трех	четырех	—
Dat.	тріем	трем	четырем	—
Soc.	тріеми	треми	четырми	

Nom. три, четыри etiam pro omni genere.

Gen. трій et трей, immo et трею Serborum more, qui трію, четырію dicunt. Grammatici, posteriores editiones secuti, non distinguunt Gen. a Locali (трех), cum tamen Marci 14, 5. in editionibus antiquis legatur:

tur; ваще тріи сот пѣназь. Bohemi тріи diu servarunt et чтырь hactenus retinent. Isai. 11, 12. olim ѿ четырь оугл, nunc четырех крил. Jerem. 32, 21. четырь перст, nunc четырех п. Soc. четырма apud Meletium, est vulgaris flexio. Rectius apud eundem тремі (in Mss. et трьми), et треми тысащами. трома est ex ore vulgi. тремà 1 Reg. 13. 17. est russica inflexio.

Collectiva четверо, шестеро etc. declinantur ut Substantiva neutra: четвера, четверꙋ, четвером. Pluralis masc. четвери (а четвер) apud Meletium, Gen. четверїй (melius четвер), Dat. четверем, Loc. четверех, Soc. четвермї; pro his alii casus Adjectivorum definitorum adoptarunt: четверых, четверым, четверыми. Quid autem sibi vult Duaiis apud Meletium: четвера, четверꙋ, четверма?

пать, шесть, седмь, осмь, девать, десать, cum formam Substantivorum femininorum referant, inflectuntur uti feminina quartae declinationis in singulari:

N. A.	пать	G. D. L.	пати	Soc.	патїю
	шесть		шести		шестїю
	седмь		седми		седмїю

Exempla Genitivi: до пати сѡт, ѿ седми аггл, ѿ десати овен, десати лактїй, лѣт ста пати. Dativi: шести стѡм, Localis: по шести днех, Sociativi: шестїю лѣт, седмїю днь per septem

dies

dies, над десатїю градѡв, седмїю патив, патїи сѡт, с҆ осмїю мѹж cum octo viris.

Solet autem non raro (Adjectivorum flexionem нх, им imitando) Genitivo et Locali affigi х, Dativo м: ѿ патих хлѣб, по днех осмих, седмим аггл҃ѡм, десатим дѣвам. Nec desunt exempla Localis in ех: по четыридесатех лѣтѣх, по лѣтѣх (четыри ста и) тридесатех. Sociativus quoque assumit ми: деньми четыредесатми Act. 1. 3. (in Cod. Serb. деньми четыридесети).

Smotriski agnoscit quidem Gen. Dat. Loc. пати, шести, седми, осми, девати, десати, immo et единнадесати, formavit tamen conformiter quidem paradigmati четыри, четырех, четырем, четырма a пать, шесть Gen. et Loc. патех, шестех, Dat. патем, шестем, Soc. seu Instrum. патма, шестма, sic et седма, осма, деватма, десатма, единнадесатма, sed sine auctoritate. At a двадесать Soc. dualis est двѣма десатма, a десать vero nonnisi in formula между десатма inter duas decades. Ezech. 47, 13. in Ostrog. Dat. двѣманадесатьма племеньма, *ταῖς δώδεκα φυλαῖς*, non caret vitio, quia надесате flectendum non fuit, nunc двѹнадесати племенѡм russico more. Recte Luc. 14, 31. in Singulari с҆ десатїю тысащ cum decem millibus, et in Duali с҆ двѣма десатьма тысащама in Ostrogiensi et aliis, (in Cod. Serb. с҆ двѣма десетма тысѹщма), nunc со двѣма десать тысащами, neglecto archaismo in terminatione duali.

In compositis Numeralibus ex десат interposito на solum prima pars inflectebatur olim: ѥдинонадесате, G. ѥдиногонадесате, D. ѥдиномѹнадесате,

при

при єдинойнадесать годинѣ; с҆ єдинѣмнадесате cum undecim. Sic et G. седминадесат, осминадесат etc. Sed et more simplicium declinantur assumendo и aut их, им, ми in fine: к҆ єдинонадесати апл҃ωм, et sine numerato єдинонадесатим, с҆ єдинонадесатми, G. тринадесати, immo et четырех надесати, осминадесати. In двонадесате, обанадесате, два, оба Dualis inflexionem postulant: двою-, обоюнадесате, двѣма-, обѣманадесате.

In compositis sine на jam prima, jam secunda pars declinatur, non raro et utraque: шестидесать лѣт, девятидесать и девяти (овец), по пятидесать, по шестидесати, по седмидесатих лѣтѣх, ω девятидесатих, по тридесати днех, по четыридесати, по четырьдесатих (Ostrog.) лѣтѣх, в҆ тридесатих (olim в҆ трехдесатих), деньми четыридесати et четыридесатми (четырми десаты in antiquissimo Codice), седмїю десать и двѣма вѣдрома septuaginta duabus urnis. A двадесать Genitivus est двоюдесати (apud recentiores etiam двꙋдесати et двадесати) olim et двоюдесатꙋ, Dat. et Soc. двѣмадесатма. десатма vero, omisso двѣма, non nisi in formula межꙋ десатма locum habet: в҆ седмое межꙋ десатма лѣтома, vicesimo septimo anno.

A пол, Gen. полꙋ, Dualis полма, et Plurales в полы, наполы in duas partes, обаполы ex utraque parte, qua Adverbia usurpantur. Formulae vulgares

res пол шеста, пол седма, пол осма Russis, Polonis Bohemis communes, in libris sacris non inveniuntur. Apoc. 11, 9. 11. interpres slavus graeci textus ordinem secutus est: дни три и пол, v. 11. по трех днех и пол.

§. 23.

Schema dualis numeri (два, оба).

N. A.	два,	оба.	fem. двѣ, обѣ.
G. L.	двою	обою	in omni genere.
D. S.	двѣма	обѣма	

двѣ, обѣ etiam neutris conveniunt: обѣ рамѣ, двѣ говадѣ; двѣ свѣтилѣ велицѣ olim Gen. 1, 16. nunc mutato duali in pluralem два свѣтила великаѧ, et два tribuendo Neutri, Russorum et Polonorum hodierno more. Sic pro двѣ лѣтѣ Act. 28, 30. substituere editores Russi два лѣта, cum tamen et ipsi двѣстѣ Act. 23, 23. et c. 27, 37. conservarint.

двꙋ pro двою non raro occurrit: двꙋдесѧти, двꙋ локтꙋ. Affigunt autem vulgo Gen. двꙋ etiam plurale х: двꙋх ради евнꙋхов Esther 1. Sic et двох ex двою ortum est: двох животных duorum animalium. Neutrum probandum, uti nec двома apud Meletium pro двѣма. двоих est Gen. a двой; обѣима russica inflexio ab обой. Jud. 16, 3. olim съ обѣима подвоема, nunc in plur. со обѣими вереами. Dicendum vero slavice обоима ab обой, et обѣма ab оба.

двѣ

двѣ стѣ duali, три ста plurali numero declinanda sunt:

Nom.	двѣ стѣ,	три ста.
Gen.	двою стꙋ,	трїй (трех) сωт,
Loc.	двою стꙋ,	трех стех.
Dat.	двѣма стома,	трем стωм.
Soc.	двѣма стома,	трем стꙑ.

Nescio, cur Meletius двѣю стꙋ admiserit, cum двою (sine стꙋ) recte habeat. In Dat. et Soc. двѣма стама et двома стома sine legitimâ auctoritate distinxit, cum non nisi двѣма стома recte dicatur. стама plane vitiosum est, cum сто sit generis neutrius; двома vero est polonica inflexio. Etiam Mrazovićh, duces non optimos secutus, omnia hic miscet. двѣ ста apud eum vulgare Serbicom esse, uti et двеста in Sirmio, Vukii Lexicon nos docet.

Dualis Pronominum, Substantivorum et Adjectivorum.

§. 24. In Duali tres duntaxat casus distinctos esse, e Schemate generali Dualium clare cognoscitur: два, двою (seu двꙋ), двѣма. Huic proxime accedit, cum et Genitivum in ою formet, pronomen demonstrativum той: та, f. тѣ, тою, тѣма.

Sic et об, он, сам, quae consona solida finiuntur, excepto quod Genitivum in ꙋ forment:

об:	оба,	f. обѣ,	обꙋ,	обѣма.
он:	она,	онѣ,	онꙋ,	онѣма.
сам:	сама,	самѣ	самꙋ,	самѣма.

Do-

Definitae terminationis Genitivus овою, оною, самою rarioris usus est. овама рꙋкама in Cod. Serb. probari vix potest.

Quae vocali seu й seu consona liquida finiuntur, pro fem. ѣ postulant и, pro ою Genitivi єю, pro ѣма Dativi има:

сїй: сїа	f. сїи,	сею,	сима.
мой: моа,	мои,	моєю,	моима.
ваш: ваша,	ваши,	вашею,	вашима.

Sic et Accusativus m, f. и, Gen. єю, Dat. има ab и.

§. 25. Substantiva masculina primae Declinationis formant dualem in а, ꙋ, ома, secundae vero in а, ю, ема:

1. сын: сына, сынꙋ, сынома.
2. пастырь: пастыра, пастырю, пастырема.

Male hic et in Neutris Meletius a Dativo distinxit Sociativum, huic tribuendo terminationem ама, сынама, pro сынома, отцама, pro отцема. In Ostrogiensi 1 Reg. 14, 14. occurrit Dualis (Bohemis usitatus) in ы: два волы (pro вола) изорати можета, quae e Vulg. aut potius e versione Bohemica sumta sunt. Confer обаполы (pro обапола) а пол.

§. 26. Neutrorum Dualis in Genitivo et Dativo a duali Masculinorum non differt, sed in Nominativo Neutra primae desinunt in ѣ, secundae vero in и:

1.

1. крило:	крилѣ,	крилꙋ,	крилома.
колѣно:	колѣнѣ,	колѣнꙋ,	колѣнома.
2. сердце:	сердци,	сердцꙋ,	сердцема.
знаменïе:	знаменïи,	знаменïю,	знаменьма.

In Dativo et Sociativo contracte знаменьма pro знаменïема, cum etiam in Sociativo plurali знаменьми habeatur. Ab имѧ dualis именѣ, ab отроча отрочатѣ distingui debet a plurali имена, отрочата, uti neutrum двѣ a masculino два. Dativum formabis, si plurali addas а: именема, отрочатема, et племеньма contracte pro племенема.

Male iterum Meletius Sociativos именама, отрочатама distinguere conatur a Dativis именема, отрочатема; deducendo nimirum именама, отрочатама a plurali именами, отрочатами, qui tamen nec ipsi Meletio probabatur, cum имены et отрочаты habeat. Qui Pentateuchum vertit, a кꙋрѧ dualem кꙋрѧти formavit. Legitur enim Levit. 14, 4. in Ostrog. двѣ кꙋрѧти живѣ чистѣ, et v. 49. два кꙋрѧти; in correcta nunc два птичища жива чиста in masculino, a птичищ.

Ab око, ꙋхо, in plurali очеса, ꙋшеса, anomalus dualis femininus in usu est:

очи,	очïю,	очима.
ꙋши,	ꙋшïю,	ꙋшима.

Sic et плещи, плещïю, плещема et плещима a плеще.

Cum Matth. 18, 9. et Marci 9, 47. in Mss. legatur verus et antiquus dualis очи, quem etiam Mardarius in editione sua servavit, non possum scioli audaciam probare, qui his in locis dualem ab око recens formatum оуѣ substituit, quem jam Ostrogiensis et posteriores editiones exhibent.

§. 27. Femininorum duales terminationes sunt, primae in ѣ, ꙋ, ама, secundae in и, ю, ама, tertiae in и, їю, ама, 4tae in и, їю, ма. Exempli gratia:

1. дѣвѣ,	дѣвꙋ,	дѣвама.
оустнѣ,	оустнꙋ,	оустнама,
нозѣ,	ногꙋ,	ногама.
блсѣ,	блхꙋ,	блхама.
рꙋцѣ,	рꙋкꙋ,	рꙋкама.
2. стези,	стезю,	стезама.
мрежи,	мрежю,	мрежама.
птици,	птицю,	птицама.
ладїи,	ладїю,	ладїама.
3. церкви,	церквїю,	церквама.
4. длани,	дланїю,	дланьма.

Sic a мати: матери, матерїю, матерма; a дщи: дщери, дщерїю, дщерьма; et a masc. юноша dualis юноши: шедша два юноши прїидоста. In glagoliticis libris non raro и pro ѣ in prima, hodierno Dalmatarum more: дви рꙋци, дви године, cum etiam in Dativo рꙋци pro рꙋцѣ dicant.

Rec-

Recte quidem apud Meletium duales ладїи а ладїа, сѹдїи а сѹдїа, male vero мрежѣ, матерѣ, et in masc. воевода, юноша.

Facile jam emendabis errores, qui sive oscitantia sive imperitia librariorum, in editiones irrepserunt. Pro вѣждома моима, palpebris meis, Psal. 131, 4. posteriorum editionum, legendum cum Ostrogiensi et Veneto psalterio вѣждама. Pro ланитома Marci 14, 65. Joh. 19, 3. legendum cum Mss. et Mardarii editione ланитама. Pro по двѣма ризома Luc. 9, 3. Ostrogiensis et editionum antiquarum, posteriores correxerunt ponendo ризама; nunc in postrema по двѣ ризѣ legitur. Act. 21, 33. in Mss. legitur оужема желѣзнома двѣма; in Ostrogiensi vero веригама, quin mutatum fuerit желѣзнома. Posteriores editores mutarunt male fem. веригама in mascul. веригома, ubi potius желѣзнома corrigendum erat. In postrema editione neglecto Duali pluralis вериги желѣзными substitutus fuit, repetito errore pristino; верига enim femininum est, ejusque Instrumentalis plur. веригами, non вериги.

§. 28. Dualis Adjectivorum indefinitorum a Substantivorum duali non erat diversus, nunc in casu tertio differt, cum hic a terminatione definita formetur.

1. сват: N. свата, f. сватѣ G. сватѹ
   благ: блага, f. блазѣ благѹ
   D. сватыма. благыма.

2. сыновень: сыновна, f. сыновни G. сыновню.
   нищ: нища, f. нищи нищѹ.
   божїй: божїа, f. божїи божїю
   D. сыновнима. нищима. божїима.

Mixtam igitur sistunt Grammatici Dualis declinationem. Duorum enim casuum priorum terminationes sunt Adjectivorum indefinitorum, quibus Dat. et Soc. in ома seu ема proprie respondet. Hic possessivis tribuebatur: колѣнома іисо-вома Luc. 5, 8., двѣма царема аморрейскома olim Jos. 9, 10. (nunc in plur. двоим царем аморрейс-ким), съ двѣма евнѹхома царевома Esth. 1. (nunc in plur. евнѹхи царевыми). Etiam Gerundivorum Duali antiqua terminatio convenit:

сѣдаща, f. -щи, G. L. сѣдащею, D. S. сѣдащема.
шедша, f. -ши, шедшею, шедшема.

по нем идоста два слѣпца, зовѹща и глаголюща Matth. 9, 27. она же изшедша прослависта его v. 31., тѣма же изходащема v. 32., ѿ обою слышавшею - и по нем шедшею Joh. 1, 40. (nunc neglecto duali слышавших, шедших), in Mardarii editione et Mss. antiquiori more слышавшѹю, шедшѹю. двѣма лѣтома скончавшемаса et скончавшаемаса, quorum prius Dual. a Nom. sing. скончавш, скончавша terminationis indefinitae, alterum a Nom. скончавшій, dual. скончавшаѧ (лѣта) definitae terminationis formatum est. Matth. 8, 33. ѡ бѣсною est Localis definitae terminationis; alibi ѹю: деснѹю. Alias et сватыю pro сватою. Ezech. 30, 22. feminino duali in ѣ appositum и

de-

definitam terminationem designat: скрꙋшꙋ мышцы его крѣпцѣи и протѧженѣи и сътренѣи, nunc neglecto duali крѣпкїѧ и протѧженыѧ и сотреныѧ (τὲς ἰσχυρὲς τεταμένες). пречистѣи рꙋцѣ твои, свои живоначалнѣишїи рꙋцѣ.

Male correctum fuisse dualem Matth. 24, 41. двѣ мелющи substituendo мелющѣ pag. 27. monui. Meletius enim pro dualibus in и ubique ѣ pro arbitrio suo statuit. Addam etiam Luc. 17, 35. in Ostrogiensi et editionibus antiquis recte legi: бꙋдетѣ двѣ вкꙋпѣ мелющи, nunc male мелющѣ. Zach. 5, 9. olim двѣ женѣ сходащи, nunc mutato, ut solent Correctores, duali in pluralem, двѣ жены исходащыѧ.

Caput III.

Verborum Conjugatio.

§. 29.

Veteres Grammatici, cum observassent omnium Verborum regularium personam secundam aut in -еши aut in -иши terminari, huicque conformiter tertiam inflecti in -ет vel -ит, primam pluralis in -ем vel -им, secundam in -ете vel -ите, duas duntaxat Conjugationes constituerunt, primam eorum, quorum secunda persona in Praesenti terminatur in еши, secundam eorum, quorum persona secunda finitur in иши. Vide affixa personalia Verborum P. I. Cap. VII. §. 90.

Huic

Huic solum discrimini ceu fundamento innixi Verba in ꙋ et ю purum terminata ad eandem Conjugationem retulerunt. Hac ratione factum est, ut acutior aliis Meletius formam singularem чтꙋ cum iterativa читаю connecteret, et diversas has formas, quarum quaelibet intuitu aliorum temporum Conjugationem specialem jure postulat, una (prima nimirum) Conjugatione complecteretur. Quis istud probare possit? чтꙋ enim, ut alia praetercam, Praesens Participii passivi format in ом: чтом; читаю vero in ем: читаем. Nos igitur primam Conjugationem Meletii in duas dispertientes tres Conjugationes statuimus, pro tribus terminationibus Praesentis Participii passivi in ем, ом, им. His respondent tres diversae terminationes tertiae personae pluralis Indicativi:

	ем, ют	ом, ꙋт	им, ат.
	I.	II.	III.
Sing. 1	ла-ю	бод-ꙋ	гон-ю
2	ла-еши	бод-еши	гон-иши
3	ла-ет	бод-ет	гон-ит
Plur. 1	ла-ем	бод-ем	гон-и
2	ла-ете	бод-ете	гон-ите
3	ла-ют	бод-ꙋт	гон-ат

Sche-

Schema generale Conjugationum.

Praes.		Ind.	Imp.	Gerund.	Part.pas.	Infin.
I.	A.	- ю	—	- ꙗ	- ѥм	- ти
		- ѥши	- й	- ющ		
	B.	- ю	—	- ѧ	- ем	- ати
		- еши	- и	- ющ		
II.	C.	- ȣ	—	- ы	- ом	- ти
		- еши	- и	- ȣщ		
	D.	- нȣ	—	—	—	- нȣти
		- неши	- ни	—	—	
III.	E.	- ю	—	- ѧ	- им	- ѣти
		- иши	- и	- ѧщ		
	F.	- ю	—	- ѧ	- им	- ити
		- иши	- и	- ѧщ		

Praet.		Ind.	Part. act.	Gerund.	Part. pass.
I.	A.	- х	- л	- в	- ѥн
	B.	- ах	- ал	- ав	- ан
II.	C.	- ох	- л	—	- ен
	D.	- нȣх	- нȣл	- нȣв	- новен
III.	E.	- ѣх	- ѣл	- ѣв	- ѣн
	F.	- их	- ил	- ив	- ен

§. 30.

§. 30. Paradigmatum A. B. C. D. E. F. characteres praebet forma Infinitivi seu Praeteriti:

A.	Inf. - ти	Praet. - х	би-ти, би-х
B.	— - ати	— - ах	сл-ати, сл-ах
C.	— - ти	— - ох	нес-ти, нес-ох
D.	— - нȣти	— - нȣх	ми-нȣти, ми-нȣх
E.	— - ѣти	— - ѣх	мн-ѣти, мн-ѣх
F.	— - ити	— - их	твор-ити, твор-их.

Praesens a) Indicativi, b) Imperativi, c) Gerundivi, d) Participii passivi.

	A	B	C	D	E	F.
a	бию	слю	несȣ	минȣ	мню	творю
b	бїй	сли	неси	мини	мни	твори
c	бїѧ	слѧ	несы	—	мнѧ	творѧ
d	бїем	слем	несом	—	мним	творим

Infinitivus et Supinum.

бити	слати	нести	минȣти	мнѣти	творити
бит	слат	нест	минȣт	мнѣт	творит

Praeteritum e) Indicativi, f) Participii passivi, g) Gerundivi, h) Participii passivi.

e	бих	слах	несох	минȣх	мнѣх	творих
f	бил	слал	несл	минȣл	мнѣл	творил
g	бив	слав	нес	минȣв	мнѣв	творив
h	бїен	слан	несен	миновен	мнѣн	творен

§. 31.

§. 31.

Conjugatio I.

Paradigma A. Persona prima ю post vocales.

Praes. Indicativi.	Sing.	1	бїю	2	бїеши	3	бїет
	Plur.		бїем		бїете		бїют
	Dual.	m.	бїева		бїета		бїета
		f.	бїевѣ		бїетѣ		бїетѣ

Imperativi.	Sing.	1	—	2	бїй	3	бїй
	Plur.		бїим		бїйте		бїйте
	Dual.	m.	бїйва		бїйта		бїйта
		f.	бїйвѣ		бїйтѣ		бїйтѣ

Gerundivi.	Sing.	m. n.	бїа	f.	бїющи
	Plur.	m. f. n.	бїюще		
	Dual.	m. n.	бїюща	f.	бїющи

Particip. pass.	Sing.	m.	бїем	f.	бїема	n.	бїемо
	Plur.		бїеми		бїемы		бїема
	Dual.		бїема		бїемѣ		бїемѣ

Infinitivus бити, Supinum бит.

Praet. Indicativi.	Sing.	1	бих	2	би	3	би
	Plur.		бихом		бисте		биша
	Dual.	m.	бихова		биста		биста
		f.	биховѣ		бистѣ		бистѣ α)

Part. activi.	Sing.	m.	бил	f.	била	n.	било
	Plur.		били β)				
	Dual.	m.	била?	f.	билѣ?		билѣ?

Gerundivi.	Sing.	m.	бив	f.	бивши
	Plur.	m. f. n.	биюще		
	Dual.	m. n.	бивша	f.	бивши

Part. passivi.	Sing.	біен	f. біена	n. біено
	Plur.	біени	біены	біена
	Dual.	біена	біенѣ	біенѣ

At пїю: пит пита пито etc.

α) Praeterit. iterat.: 1. бїахъ, 2. бїаше, 3. бїаше, Plur. бїахом, бїасте, бїахѹ a forma бїати petendum est.

β) били est omnium generum. Bohemi etiam in plurali tria genera distinguunt: били, билы, била, uti et Serbi (ли, ле, ла). Poloni duo m. били, f. et n. билы.

Ad hoc paradigma refer 1) verba formae primae in ю: мыю, пою, спѣю, чаю, чѹю etc. 2) Inchoativa formae tertiae in ѣю: имѣю, оумѣю, ѡскѹдѣю, разботѣю, разѹмѣю, тлѣю, saltem quoad Praesentia. Imperat. имѣй, имѣим, имѣйте, Gerund. имѣа, имѣющи. Nam Infinitivus et Praeterita paradigmati E. se conformant. 3) verba formae quintae in аю: глаголю, падаю, питаю, пытаю, читаю, ita tamen ut in Praeteritis magis ad paradigma B. respicias. Participium pass. enim post а non admittit ен, sed н: знан a знаю. 4) Verba formae sextae quoad Praesentia: кѹпѹю, вѣрѹю, милѹю, сѣтѹю etc. Praeterita enim ab Infinitivo in овати dependent: кѹповахъ, кѹповал, кѹповав, кѹпован.

Para-

Paradigma B. Persona prima ю post consonas.

Indicativi Praesens sive Futurum.

Sing. 1	глаголю послю (Fut.) мажю	2	глаголеши послеши мажеши	3	глаголет послет мажет
Plur. 1	глаголем послем мажем	2	глаголете послете мажете	3	глаголют послют мажют

Imperativus.

Sing.	1	—	2 3	глаголи мажи
Plur.		глаголѣм мажѣм	2 3	глаголѣте мажѣте *a*)

Gerundivi Praesens.

Sing.	глагола мажа	f.	глаголющи мажющи
Plur.	глаголюще мажюще	m. f. n.	

Participii passivi Praesens.

Sing. m	глаголем мажем	f.	глаголема мажема	n.	глаголемо мажемо
Plur.	глаголеми мажеми		глаголемы мажемы		глаголема мажема

Infinitivus et Supinum.

глаголати, мазати.
глаголат, мазат.

Prae-

Praeteritum Indicativi.

	1	2	3
Sing.	глаголах мазах	глагола мазаше	глагола мазаше
Plur.	глаголахом мазахом	глаголаста мазаста	глаголахꙋ мазахꙋ

Praeteritum Participii activi.

	m	f.	n.
Sing.	глаголал мазал	глаголала мазала	глаголало мазало
Plur.	глаголали мазали	m. f. n.	

Praeteritum Gerundivi.

	m	f.
Sing.	глаголав мазав	глаголавши мазавши
Plur.	глаголавше мазавше	m. f. n.

Praeteritum Participii passivi.

	m	f.	n.
Sing.	глаголан мазан	глаголана мазана	глаголано мазано
Plur.	глаголаин мазани	глаголаны мазаны	глаголана мазана

α) Sic. olim, nunc глаголите, мажите. Duales hic omisimus, quod facile formari possint a plurali, pro м ponendo ва, pro те vero та: глаголева a глаголем, глаголета a глаголете, глаголахова a глаголахом, глаголаста a глаголасте. Tertia persona in duali non differt a secunda.

Hoc paradigma sibi vendicant verba formae quintae in ати, quae in Praesenti in ю desinunt:

зоблю, зоблеши, зоблет, зоблем, зоблют а зобати; ємлю, ємлеши etc. ab имати, стражѹ (olim стра-ждю) а страдати; ѿрыжѹ, ѿрыжеши, ab ѿрыгати; пишѹ; пишеши а писати; мещѹ, мещеши, а метати, ищѹ, ищеши, ab искати; плачѹся, плачешися, а плакатися. Alia formae quintae, quae in Praesenti аю amant, quoad Praesentia ad Paradigma A. spectare supra monuimus. Itaque ab ѡбрѣтати Praesens ѡбрѣтаю ad Parad. A., Futurum vero ѡбрѧщѹ ad B. referendum erit.

Conjugatio II.

Paradigma { C. Praesens ѹ post consonas solidas.
D. Praesens (Futurum) ѹ post н.

Praesens (aut Futurum) Indicativi.

	1	2	3
C. Sing.	несѹ	несеши	несет
D. - -	винѹ	винеши	винет
Plur.	несем	несете	несѹт
	винем	винете	винѹт
Dual.	несева	несета	несета
	винева	винета	винета

Praesens Imperativi.

	1	2 3
Sing.	—	неси
		вини
Plur.	несѣм	несѣте
	винѣм	винѣте

Prae-

Praesens Gerundivi.

Sing.	несы	f. несꙋщи
Plur.	несꙋще m.f.n.	

Praesens Participii passivi.

Sing.m	несом	f. несома	n. несомо
Plur.	несоми	несомы	несома

Infinivus.	нести винꙋти	Supinum.	нест винꙋт

Praeteritum Indicativi.

	1	2	3
Sing.	несох виниꙋх	несе винꙋ	несе α) винꙋ β)
Plur.	несохом винꙋхом	несосте винꙋсте	несоша винꙋша
Dual.	несохова винꙋхова	несоста винꙋста	несоста винꙋста

Praeteritum Participii activi.

Sing.m	несл винꙋл	f. несла винꙋла	n. несло винꙋлэ
Plur.	несли винꙋли	m. f. n.	

Praeteritum Gerundivi.

Sing.m.	нес винꙋв	f. несши винꙋвши
Plur.	несше винꙋвше	m. f. n.

Praeteritum Participii passivi.

Sing. m	несен	f. несена	n. несено
	ѿриновен	ѿриновен	ѿриновено
	вит	вита	вито
Plur.	несени	несены	несена
	ѿриновени	ѿриновены	ѿриновена
	вити	виты	вита

α) несꙋ petit Praeteritum Iterativum ab iterativa forma носити. At идꙋ et alia formant illud ope ах: идах, идаше, Plur. идахом, идасте (olim et идашете), идахꙋ, Dual. идахова, идаста (et идашета) quae inflexio primae Conjugationi conformis est.

β) Antiqui libri constanter нꙋ in tertia persona Praeteriti servant, et in Evangeliis etiam in postrema editione поманꙋ петр legitur. At in aliis libris pro arbitrio Novatorum не pro нꙋ non raro offendes: премине слово pro преминꙋ рѣч, толкне pro толкнꙋ, попльзнесѧ, immo et помане Exod. 2, 24. atque alibi pro поманꙋ. Esther 7, 5. дерзне, pro дерзнꙋ Ostrogiensis.

Ad Paradigma C. spectant verba formae primae in ꙋ: ведꙋ, бодꙋ, fut. бꙋдꙋ, матꙋ, плетꙋ, везꙋ, пасꙋ, могꙋ, текꙋ. Adde зовꙋ, берꙋ, женꙋ et alia quoad Praesens. Nam ratione Infinitivi in ати, paradigma B. sequuntur: звати, брати, гнати, Praet. звах, брах, гнах etc. Verba vero tertiae et quartae formae in ждꙋ, жꙋ, шꙋ, щꙋ, чꙋ, cum in his ꙋ scribatur pro ю, ad Conjugationem III. referenda sunt.

Paradigma D. Verbis secundae formae in нꙋ, нꙋти, proprium est: минꙋ, поманꙋ, прилпнꙋ, дхнꙋ, ткнꙋ, оусѣкнꙋ. Quae rejecto нꙋ in con-

so-

sonam desinunt, in Praeterito pro нꙋх, нꙋ, amant terminationem ох, е, quae est paradigmati C. propria: прозабох, прозабе а прозабнꙋ, оуспох, оуспе ab оуспнꙋ. Inspice indiculum Verborum in нꙋ, quem p. 355 dedimus.

Conjugatio III.

Paradigma { E. Praesens -ю, Praet. ѣ, Inf. ѣти.
F. — ю, — и, — ити.

Praesens (aut Futurum) Indicativi.

		2	3
E. Sing. m	зрю лежꙋ	зриши лежиши	зрит лежит
F. - -	волю	волиши	волит
Plur.	зрим лежим волим	зрите лежите волите	зрят лежат волят

Praesens Imperativi.

	1	2 3
Sing.	—	зри лежи воли
Plur.	зрѣм лежѣм волѣм	зрѣте лежѣте волѣте α)

Praesens Gerundivi.

		f.
Sing.	зря лежа воля	зрящи лежащи волящи
Plur.	зряще лежаще воляще	{ m. f. n.

Prae-

Praesens Participii passivi.

Sing.m	зрим волим	f.	зрима волима	n.	зримо волимо
Plur.	зрими волими		зримы волимы		зрима волима

Infinit.	зрѣти волити	Supin.	зрѣт волит

Praeteritum Indicativi.

Sing. 1	зрѣх волих	2	зрѣ воли	3	зрѣ β) воли
Plur.	зрѣхом волихом		зрѣсте волисте		зрѣсте волисте
Dual.m	зрѣхова		зрѣста		зрѣста
f.	зрѣховѣ		зрѣстѣ		зрѣстѣ
m.	волихова		волиста		волиста
f.	волиховѣ		волистѣ		волистѣ

Participium Activi.

Sing.m	зрѣл волил	f.	зрѣла волила	n.	зрѣло волило
Plur.	зрѣли волили } m. f. n.				

Praeteritum Gerundivi.

Sing.m.	зрѣв волив	f.	зрѣвши воливши
Plur.	зрѣвше воливше } m. f. n.		

Praeteritum Participii passivi.

Sing.m	зрѣн волен	f.	зрѣна волена	n.	зрѣно волено
Plur.	зрѣни волени		зрѣны волены		зрѣна волена

α) Apud Recentiores зрим, зрите; лежим, лежите; волим, волите. At apud Veteres хвалѣте, веселѣтеса, приствпѣте, садѣте, вквсѣте, просѣте, uti in 1ma et 2da Conjugatione.

β) Praet. iterat. зрахъ, зраше, Dual. зраста, fem. зрастѣ Marci 15, 47. Sic волахъ, волаше а волѣти; млачаше (Russ. pro млащаше) Jud. 6, 11. а млатити.

Paradigma E. sequuntur Verba formae tertiae: мнѣти, звенѣти, видѣти, сѣдѣти etc. Exceptis tamen Inchoativis in ѣю, quorum Praesentia Paradigmati A. conformia sunt. Huc etiam pertinent, quoad Praesentia, verba, quae pro ѣти in Infinitivo ати (ати) amant, ut стою, стоиши, Imp. стой, стоим, стойте; лежв, слышв, слышиши etc.

Paradigmati F. se conformant Verba formae quartae: таити, таю, таиши; доити, дою, доиши; напоити; кꙋпити, кꙋплю, кꙋпиши; родити, рождꙋ, родиши; слезити, слежꙋ (слезю), слезиши; гасити, гашꙋ, гасиши; мꙋтити, мꙋщꙋ, мꙋтиши; пꙋстити, пꙋщꙋ, пꙋстиши.

Paradigmata E. et F. in Praesenti, omnium Modorum, non differunt. Distinguuntur autem in Infinitivo characteristicis vocalibus (ѣ, и) tertiae et quartae formae, atque hinc in temporibus affinibus seu analogis, Praeterito Indicativi, Gerundivi et Participii passivi. Sunt autem non pauca Verba, quae idem paradigma per omnia Tempora

pora aut Modos sequi non possunt, quod formatio Infinitivi diversa aliud subinde paradigma exigat in Praeterito, quam in Praesenti, ut adeo Verbum ejusdem formae quoad Praesens et analogos Modos aliam, et quoad Praeteritum ac Infinitivum, et Modos his affines, iterum aliam Conjugationem, aut saltem aliud Paradigma sequatur. Hanc ob causam in formis Verborum Praeteritum et Infinitivum diligentius notare, et in construenda Conjugationum tabula Tempora analoga coordinare oportuit. Multa enim sunt Verba, quae plene conjugari, id est, quoad omnia Tempora et Modos inflecti non possunt, cognita solum Praesentis (aut Futuri) persona prima, nisi etiam aut eorum Infinitivus aut Praeteritum simplex notum sit, quorum cognitio omnino e formarum doctrina P. I. §. 52—75. exposita, quam formatio temporum §. 80—90. excipit, petenda erit.

Verba duorum Paradigmatum.

§. 32. E Paradigmate A. ad Paradigma B. transiliunt 1) Verba formae primae in ю, quae in Infinitivo et Praeterito crescunt, assumendo ꙗ, ut даю, даꙗти, даꙗх; лїю, лїꙗти, лїꙗх; сѣю, сѣꙗти, сѣꙗх. 2) Verba formae sextae in ѹю et юю, ob Infinitivum in овати, евати, cui tempora

analoga se conformant: кȣпȣю, кȣповати, hinc etiam кȣповах, кȣповал, кȣпован.

Ad paradigma B. transiliunt e paradigmate C. in Praeteritis Verba formae primae, quae Infinitivum in ати formant: зовȣ, звати, жвȣ, жвати; берȣ, брати; дерȣ, драти etc.

Eadem de causa e paradigmate D. ea Verba in нȣ, quae ratione Infinitivi ad formam primam spectant: имȣ, ꙗти, ꙗх, Part. pass. ꙗт; жмȣ, жати, жах; пнȣ, пати, пах; кленȣ, клати, клах; жнȣ, жати; зачнȣ, зачати, зачах, зачат. Sic станȣ, стати; женȣ, гнати, гнах, Praet. Part. pass. гнан conformiter paradigmati B.

E paradigmate E. (Conjugat. III.) verba formae tertiae, quae Infinitivum formant in ати: бою́сѧ, боишисѧ, Inf. боѧтисѧ, Praet. боѧхсѧ; держȣ, держати, держах, держал, держав, держан; молчȣ, молчати etc. Adde сплю, спиши, Inf. спати, Praet. спах, Part. act. спал.

Ad paradigma E. transiliunt e paradigmate C. (Conjugat. II.) verba in ȣ, praecedente consona р, quae Infinitivum in ѣти formant: мрȣ, мреши, Inf. мрѣти, Praet. мрѣх (melius quam мрох), прострȣ, прострѣти, прострѣх. Sic мелю, мелеши, quod ratione Praesentis ad B. spectat, ob Infinitivum млѣти paradigmati E. se conformat.

Quo-

Quoad Praeterita ad B. recte quidem referuntur verba formae quintae in аю, ad E. vero verba formae tertiae in ѣю; sed haec et illa etiam secundum A. sine ulla difficultate inflecti possunt, servata nimirum ubique characteristica а et ѣ ante terminationes χ, л, в, et participio passivo pro ен affigendo н, licet omnino Participium passivum питан paradigmati B. (слан), et тлѣн paradigmati E. (зрѣн) magis sit conforme. Confer jam питати, тлѣти cum бити.

би-ти	би-χ	би-л	би-в	бї-ен
пита-ти	пита-χ	пита-л	пита-в	пита-н
тлѣ-ти	тлѣ-χ	тлѣ-л	тлѣ-в	тлѣ-н

Qui ejusmodi paradigmata postulet, secundum quae verba primae Conjugationis omnia (питаю, владѣю, ωснѹю), per omnia Tempora et Modos ita conjugentur, ut ab uno paradigmate ad aliud deflectere non liceat, ei necesse erit, aut paradigmatum numerum ultra modum augere, aut ad verba irregularia amandare multa prorsus regularia. Tentanda igitur fuit nova Temporum analogorum coordinatio, ut adeo Praesentia constituant Conjugationis integrae medietatem unam, Praeterita vero alteram, quas ambas Infinitivus interpositus dividat. Hac methodo id effectum est, ut ex formis Infinitivi facile dijudicari possit, secundum quod paradigma tempora reliqua Infinitivo analoga sint inflectenda.

§. 33.

Anomalorum Conjugationes.

Conjugatio Verbi substantivi ѥсмь, бꙋдꙋ, быти.

Praes. Indicativi.	Sing.	1	ѥсмь	2 ѥси	3 ѥсть
	Plur.		ѥсмы	ѥстє	сꙋть
	Dual.	m.	ѥсва	ѥста	ѥста
		f.	ѥсвѣ	ѥстѣ	ѥстѣ α)

Praes. Gerundivi.	Sing.	m.	сы	f. сꙋщи
	Plur.		сꙋщє	сꙋщє
	Dual.		сꙋща	сꙋщи β)

Futurum.	Sing.	1	бꙋдꙋ	2 бꙋдєши	3 бꙋдєт
	Plur.		бꙋдєм	бꙋдєтє	бꙋдꙋт
	Dual.	m.	бꙋдєва	бꙋдєта	бꙋдєта
		.	бꙋдєвѣ	бꙋдєтѣ	бꙋдєтѣ γ)

Imperativus.	Sing.		—	2 бꙋди	3 бꙋди
	Plur.		бꙋдѣм	бꙋдѣтє	бꙋдѣтє
	Dual.	m.	бꙋдѣва	бꙋдѣта	бꙋдѣта
		f.	бꙋдѣвѣ	бꙋдѣтѣ	бꙋдѣтѣ

Fut. Gerundivi.	Sing.	m.	бꙋдꙋщ	f. бꙋдꙋщи
	Plur.		бꙋдꙋщє	
	Dual.		бꙋдꙋща	бꙋдꙋщи

Infinitivus. быти esse, fieri.

α) Olim 1. pers. sing. ѥсми, hinc ѥсмь; in plur. etiam ѥсмъ pro ѥсмы. ѥсмо in libris glagoliticis est vulgare illyricum. In Ostrog. 1 Cor. 15, 19. єсмє bis legitur, alias ubique єсмы. In сꙋть excidit ѥ. Sic et нѣсмь, нѣси, нѣсть, нѣсмы, нѣстє, нє сꙋть. Confer notam p. 396.

β) A сы est Adjectivum сый, ὁ ὤν, qui est, uti сꙋщїй, сꙋщаѧ (сꙋщїѧ), сꙋщєє, a сꙋщ.

γ)

γ) бꙋдꙋ ero, fiam, inflectitur prorsus regulariter, uti несꙋ. аще бꙋдꙋ si fuero, аще бꙋдеши si fueris etc. Sic etiam сбꙋдꙋсѧ, сбꙋдешисѧ etc. Pro Imperativi 3. pers. бꙋди, plur. бꙋдѣте alii Optativi personas adoptant: да бꙋдет sit, fiat, да бꙋдꙋт sint, fiant; да не бꙋдет absit.

Praet.	Sing. 1	бѣх	2.	бѣ	3	бѣ
I.	Plur.	бѣхом		бѣсте		бѣхꙋ, бѣша
	Dual. m.	бѣхова		бѣста		бѣста δ)
	f.	бѣховѣ		бѣстѣ		бѣстѣ

Praet.	Sing. 1	бѣах	2	бѣаше	3	бѣаше
Iterat.	Plur.	бѣахом		бѣасте		бѣахꙋ
	Dual.	бѣахова		бѣаста		бѣаста ε)

Praet.	Sing. 1	бых	2	быстъ	3	быстъ(бы)
II.	Plur.	быхом		бысте		быша
	Dual.	бысва		быста		быста ζ)

Praet.	Sing. m.	быв	f.	бывши
Gerund.	Plur.	бывше		
	Dual.	бывша		бывши

Praet.	Sing. m.	был	f.	была	n.	было
Part.	Plur.	были		(былы?)		(была?)
act.	Dual.	была		былѣ		былѣ η)

Praeteritum Participii passivi vacat, quia быти ceu Neutrum passivae flexionis capax non est; inflectuntur autem composita (ex praepositione et быти) activae significationis: забвен pro забывен, а забыти oblivisci.

Tempora circumscripta.

Praet. Indic.	1	бꙑл кємь бꙑли кємꙑ	2	бꙑл кєи бꙑли кєтє	3	бꙑл кєть. бꙑли сѹть
Plusquam-perf.	1	бꙑл бѣх бꙑли бѣхом	2	бꙑл бѣ бꙑли бѣстє	3	бꙑл бѣ бꙑли бѣхѹ
Praet. Opt.	1	бꙑл бꙑх бꙑли бꙑхом	2	бꙑл бꙑ бꙑли бꙑстє	3	бꙑл бꙑ бꙑли бꙑша

Eodem modo, cum Participiis activis et passivis aliorum Verborum auxiliaria кємь, бѣх, бꙑх, бѹдѹ connectendo, circumscripta tempora formantur. Vide P. 1. §. 84. 85. Pro бꙑх primae personae rarius бꙑм occurrit: дал бꙑм darem, dedissem, Psal. 90, 18. in Ostrogiensi et Psalterio Veneto, in correcta editione nunc дал бꙑх.

δ) Dual. persona 1. contractior бѣсва, f. бѣсвѣ, persona 2. et 3. etiam бѣхота, f. бѣхотѣ.

ε) Praeteriti iterativi seu imperfecti contractior persona 1. est бах, 2. et 3. башє, Plur. бахом, бастє, бахѹ seu баша, Dual. бахова et басва, баста, et productior 2. et 3. бѣашєта pro бѣаста.

ζ) Praeteritum I. бѣх, бѣ idem est ac fui, *ich war*, a бꙑти esse, et hujus Iterativum бах respondet Latinorum Imperfecto eram. Praeteritum vero II. idem est ac factus sum, *ich ward*, a бꙑти fieri. Praet. бꙑх pro бѣх postulant composita избꙑти, прєбꙑти: избꙑх, прєбꙑсть, прєбꙑста. Sic et сбꙑстсѧ; забꙑти, забꙑх, забꙑ oblitus est. Ipsa etiam radicalis syllaba бꙑ latinae fi in fio, uti бѹ in бѹдѹ latino fu, in Praeterito fui, fueram, affinis est, cum Slavi litera f careant et pro f labiales б aut п ament. Confer voces бѹк et fagus, бок et faba, пламꙑ et flamma.

и)

ŋ) Pro fem. былы, et neutro была in plurali ubique masculinum были reperias. In glagoliticis quidem libris пꙑесталє сѹть legeris, pro f. пꙑесталы сѹть, at terminatio haec e vulgari hodierna dialecto assumta fuit. In libris autem, in quibus purior Slavonismus servatur, nullibi feminina aut neutra a masculinis hujus Participii distinguuntur. Luc. 23, 55. legunt editi: ꙗже бахѹ пришли quae venerant, quod et Codd. Mss. Vindobonenses confirmant, licet бѣхѹ pro бахѹ habeant. Matth. 11, 21. et 23. аще-быша силы были бывшїѧ (Ostrog. бывшаа) ввас. Sic et Luc. 10, 13. ubi et correcta бывшаа legit. Bohemica et Polonica syntaxis his in locis ob femininum силы postulat былы, Illyrica быле. Meletius quidem in Duali была, f. былѣ, exhibet in circumscriptis temporibus: аще бы былаєва, f. былѣсвѣ, быласта, f. былѣстѣ, et аще бысва была, (f. бысвѣ былѣ), быста была, (f. бystѣ былѣ) f. sed metuo, ne sine auctoritate id fecerit. Idem etiam, pro arbitrio suo быша masculinum, бышѧ vero femininum esse statuit, cum tamen быша et бышѧ promiscue scribantur (vide Introd. pag. 12).

§. 34. Praeter єсмь anomala censentur, quae pro ю aut ѹ primae personae мь habent, nimirum ꙗмь (снѣмь), вѣмь, дамь, имамь. Haec in plurali prima servant мы, in secunda singulari си pro ши, excepto имамь, имаши.

S.	1	ꙗмь	снѣмь	вѣмь	дамь
	2	ꙗси	снѣси	вѣси	даси
	3	ꙗсть	снѣсть	вѣсть	дасть
Pl.	1	ꙗмы	снѣмы	вѣмы	дамы
	2	ꙗсте	снѣсте	вѣсте	дасте
	3	ꙗдат	снѣдат	вѣдат	дадат, дадѹт

a)

a) ꙗмь contractum est ex ꙗдмь, eliso д. Hinc Praesens Gerundivi ꙗдꙑ (et ꙗдѧ), f. ꙗдꙋщи, Part. pass. ꙗдом, Infinitivus ꙗсти (quasi a ꙗдꙋ), Praet. Indicat. ꙗдох, ꙗде, Praet. Gerund. ꙗд, ꙗдши, Part. act. ꙗл (pro ꙗдл), Part. pass. ꙗден inflectuntur conformiter paradigmati C. (несꙋ). Imperativus vero differt: ꙗждь, ꙗждьмꙑ, ꙗждьте, in editis recentioribus etiam ꙗди, ꙗдим, ꙗдите (pro ꙗдѣм, ꙗдѣте). Praeteritum ꙗх, ex ꙗдох contractum, et ejus Praet. iterativum ꙗдах sic inflectuntur:

1	2 3			
ꙗх	ꙗсть	ꙗхом	ꙗсте	ꙗхꙋ
ꙗдах	ꙗдаше	ꙗдахом	ꙗдасте	ꙗдахꙋ

Compositum снѣмь uti ꙗмь inflectendum est. Frequentativum autem ꙗдати, ꙗдаю, omnino regulare est, uti бꙑваю a бꙑти, вѣдаю a вѣмь,

b) Verbi вѣмь (contracti ex вѣдмь pro вѣдꙋ) tempora Praeterita, cum ea Infinitivo вѣдѣти analoga sint, fere inflectuntur secundum paradigma E. (зрю, зрѣти). 1. вѣдѣх, 2. 3. вѣдѣ, Pl. вѣдѣхом etc. вѣдѣл, вѣдѣв, вѣдѣн, Inf. olim et вѣсти, quasi a forma вѣдꙋ, hinc etiam Gerund. вѣдꙑ (вѣдꙑй), f. вѣдꙋщи, (apud Recentiores et вѣдѧ: вѣдѧщи), Part. pass. вѣдом conformiter paradigmati несꙋ. At Imper. вѣждь, вѣждьмꙑ, вѣждьте, recentius etiam вѣди, вѣдим, вѣдите (pro вѣдѣм, вѣдѣте). Sic et compositum повѣмь;

вѣмь: повѣждь etc. Praet. вѣдѣ 2dae et 3tiae personae etiam de prima persona Praesentis usurpabatur: вѣдѣ novi, scio, невѣдѣ nescio. Sic et свѣдѣ *συνοιδα*, conscius sum.

c) A Futuro дамь, dabo, Inf. дати, deducta tempora partim regularia sunt, uti дахъ, дахом, дасте, даша, дал, дав, дан, partim irregularia a forma obsoleta дадꙋ. Hinc tertia persona plur. дадꙋт et дадат, Imper. даждь (pro дади), даждьмы, даждьте; sic et подаждь, предаждь. дадим, дадите a Russis invecta sunt. Praet. 2. et 3. pers. olim дасть, nunc дал єси in secunda, et даде in tertia, in editionibus leguntur. Praet. iterat. дадахъ, дадѣаше etc. Tempora iterativae formae даꙗти, даю, regulariter inflectuntur: дай, даим, дайте, Gerund. даꙗ, дающе, Part. pass. praes. даєм, praet. даꙗн, inde Verbale даꙗнїє.

Ostrogiensis editio et Psalt. Venetum servavit дасть pro recenti даде multis in locis. сребра своего недастъ влихвꙋ non dedit ad usuram Psal. 14, 5., вышнїй дасть глас свой dedit vocem suam. Primo loco in Ostrog. дастъ, altero дасть scriptum est, cum utroque loco дасть scribendum fuerit. Psalt. Venetum дасть quidem exhibet, cum ubique ь pro ъ serbico more ponat. Maluerunt itaque editores substituendo даде Praeteritum a futuro дасть distinguere. In secunda persona pro veteri дасть jam antiquae editiones exhibent circumscriptum Praeteritum дал єси. Psal. 4, 8. дал єси веселїє въ сердци моем dedisti laetitiam in corde meo. Posteriores editiones male hoc loco сердцѣ in Locali pro сердци.

d)

d) Verbum defectivum имамь, имаши, иматъ, имамы, имате, personam tertiam plur. имꙋт ab имꙋ, inde et Gerund. имы (имый), имꙋщи, et alia tempora a forma имѣти deducit: Imper. имѣй, имѣим, имѣйте, Gerund. имѣа, Praet. имѣх, имѣ, имѣхом, имѣсте, имѣша seu имѣхꙋ, Part. act. имѣл, Gerund. Praet. имѣв, Part. pass. имѣн, inde Verbale имѣнїе. Praet. Iter. имах, имѣах, имаше. etc. Ab имꙋ vero, quod non solum forma, sed etiam significatione alias differt, formatur Imper. ими, имѣм, имѣте, Praet. Gerund. ем (pro им), емши, Inf. ѧти, inde ѧх, ѧ (ѧт), ѧхом, ѧсте, ѧша, Part. act. ѧл, pass. ѧт. Hujus Praesens est емлю a емати seu имати. In exprimenda formula *fidem habere*, omnes formae locum habent: вѣрꙋ емлю, вѣрꙋ имꙋ, вѣры не ѧша, вѣрꙋ имѣй, вѣрꙋ иматъ. Composita поймꙋ, прїимꙋ, прїемлю, вонмꙋ, вн︮ѧти, внемлю, внимати etc. simplicibus se conformant, et pro ratione diversarum formarum diversa sequuntur paradigmata.

§. 35. Alia mutuantur tempora quaedam ab alio themate. A Defectivo идꙋ est Imperat. иди, идѣм, идѣте, Praes. Gerund. иды (идый), идꙋщи, Praet. идох, иде, идохом, идосте, идоша, Praet. iterat. идах, идаше etc. Inf. ити. Alia tempora petuntur ab obsoleto шедꙋ: Praet. Gerund. шед, шедши, Part.

act.

act. шел, шла, шло, plur. шли, inde tempora circumscripta, шел еси pro secunda persona иде, пришел еси pro прїиде, pro tertia пришел есть, бѣ пришел, бахꙋ пришли. Apoc. 17, 10. непришел in Ostrogiensi et aliis, sine есть, more Polonorum et Russorum, in correcta nunc прїиде; аще не быхъ пришел и глаголал им Joh. 15, 22. si non venissem et locutus fuissem eis. Part. pass. шет inusitatum quidem est, inde tamen Boh. штїе, приштїе, взештїе, et Slavicum шествїе (pro шетствїе) deducta sunt.

A грѧдꙋ, venio, est грѧды (грѧдый), грѧдꙋщи, Praet. грѧде, грѧдох etc. Praet. iterat. грѧдах, грѧдаше (грѧдѣаше), грѧдахом, грѧдасте; alia tempora deficiunt, cum ab идꙋ aut хождꙋ peti soleant.

A рекꙋ (рѣкꙋ) Praeteritum рекох, рече, рекохом, рекосте, рекоша regulariter inflectitur; рѣх vero, рѣхом, рѣсте, рѣша sunt a verbo obsoleto рѣю, quod graeco ῥέω respondet.

Quae ex lege ob Infinitivi formam ex uno ad aliud Conjugationis paradigma quoad tempora analoga transferri solent, irregularia proprie dici non possunt. His tamen accedunt Verba имꙋ, пнꙋ, жнꙋ, начнꙋ et reliqua hujus formae, quae ob Infinitivos яти, пати, жати, начати, quoad Praeterita quidem ad primam referenda sunt, Praeteritum tamen Gerundivi secundum Paradigma C.

in-

inflectunt: км, кмши; распен, распенши; начен, наченши. Sic et жен, женши antiquo more, licet jam in Ostrogiensi et aliis editionibus Jac. 5, 4. жавших pro veteri женших legatur.

§. 36. Alia non nisi quoad unam alteramque personam a regula deflectunt. A хощѫ, (-еши, -ет, -ем, -ете) tertia pluralis est хотѧт, Praes. Gerund. хотѧ, хотѧщи, Imper. хотѣй. Inf. хотѣти, Praet. хотѣ, et alia tempora his analoga respondent paradigmati E.

чтѫ, lego, Inf. чести, Praet. чтох, чте, Partic. act. чел (eliso т pro четл) prorsus regulariter inflectitur. At a чтѫ, honoro, Russi formarunt Infin. чтити, quem Act. 18, 13. jam Ostrogiensis habet, pro чести (Codd. Serb. чисти). Hinc Joh. 5, 23. иже не чтит сна, не чтит оца in editionibus novis, licet чтете Joh. 8, 49 et Act. 17, 23. in iisdem immutatum servarint. At regulare чтет Joh. 5, 23. non solum in Mss., sed etiam in Ostrogiensi et in Evangeliis Moscuae 1606 impressis legitur. почтил, почтив russica sunt, non slavica.

A видѣти, виждѫ, Imper. виждь adhuc in Psalmis habetur, plur. vero видите videte, certe et olim виждьте, cum Bohemi визте a singulari виз adhuc retinuerint. Confer Imper. вѣждь a вѣдѣти.

Sub-

Subinde tempora reperias, quae anomala videantur, quod a formis obsoletis orta sint. Sic влады (владый), владущи, a владу, власти, pro qua forma владѣти substituta fuit, a qua utique Praesens Gerundivi est влада, владащи. Nihil jam miraberis in antiquis editionibus Luc. 2, 2. legi владущу pro hodierno владащу. Luc. 15, 23. et 27. legebatur olim телец оупитѣнный, nunc cum Ostrogiensi оупитанный, et v. 30. olim et nunc питомый. оупитѣн nimirum est a forma minus obvia питѣти, оупитан a forma maxime usitata питати, et питом (Praesens Participii passivi) a forma prorsus obsoleta питу. Similiter искы, искущи (Gerundivi Praesens) et иском (Part. pass. Praes.) videntur esse anomala, si ab искати, ищу, deducere velis; sunt autem regulariter formata a forma obsoleta иску.

§. 37. Impersonalium conjugatio a personalium verborum conjugatione non differt. Conjugabis itaque подобает, oportet, Praet. подобаше conformiter primae; мнитса, videtur, Praeteritum мнашеса conformiter tertiae. Sic достоит, довлѣет, случаетса. In formula лѣть есть, licet, licitum est, non nisi tempora Verbi есть mutabis: лѣть баше, лѣть бысть, лѣть будет, аще бы лѣть было si liceret, si licuisset.

§. 38. Passivi conjugatio, si illud ope affixi reciproci сѧ exprimatur, eadem est, quae activi. Igitur чтȣсѧ, legor, conjugabis, uti чтȣ lego.

чтȣсѧ	чтешисѧ	чтетсѧ
чтемсѧ	чтетесѧ	чтȣтсѧ

Praeteritum чтохсѧ, чтесѧ, чтохомсѧ, чтостесѧ, чтошасѧ etc. Infinitivus честисѧ etiam circumscribi solet, cum participio passivo чтен connectendo быти: чтенȣ быти. Sic et futurum ope бȣдȣ, Praeteritum ope есмь et бых circumscribuntur:

Fut.	чтен (f. чтена, n. чтено) бȣдȣ etc.	
	чтени (f. чтены, n. чтена) бȣдем etc.	

Praet. a)	чтен	есмь	чтени	есмы
	чтен	еси	чтени	есте
	чтен	есть	чтени	сȣть
Praet. b)	чтен	бых	чтени	быхом
	чтен	бысть	чтени	бысте
	чтен	бысть	чтени	быша.

Eodem modo читаем есмь, читаем aut читан бываю, бываеши, бывает, conjugantur, habita simul ratione generis: читана бывает, читано бывает.

§. 39. Nec aliter conjugantur Praeteritum ope есмь circumscriptum, Imperfectum (et Plusquamper-

perfectum) Optativi et Futurum exactum, quae a participio activo in л ope auxiliarium бых, бꙋдꙋ formantur, de quibus P. I. §. 78, 84, 85. pluribus.

дал есмь, дал еси, дал есть.
дали есмы, дали есте, дали сꙋть.

Sic et Plusquamperfectum бѣх ходил бѣ ходил, бѣхом ходили, бѣсте ходили, бѣхꙋ ходили.

да бых имѣл	да быхом имѣли
да бы имѣл	да бысте имѣли
да бы имѣл	да быша имѣли.

Primam personam Praeteriti circumscripti cum есмь in Psalmis et Novo Testamento nullibi reperias, sed simplex Praeteritum. Tertiam quidem non raro, at saepissime secundam. Editores enim maluerunt secundae simplici, cum a tertia distincta non sit sensumque subinde reddat ambiguum, vix non ubique circumscriptam ope еси substituere. Apoc. 17, 12. Ostrog. legit ꙗже видѣ, correcta vero ꙗже видѣл еси. Psalmo 88. in Ostrogiensi et Psalterio Veneto persona secunda Praeteriti simplex saepe retenta fuit, in correcta nunquam. V. 3. Ostrog. legit рече pro рекл еси, quod postremum et Venetum Psalt. An. 1561 exhibet. At v. 12. основа Ven. pro основал еси, v. 13 Ostrog. et Ven. ты създа pro создал еси, v. 20. рече utraque pro рекл еси, v. 39. тыже ѿринꙋ и оуничижи и ѿвръже Ven. Sic et Ostrog. sed pro ѿвръже legit негодова, correcta негодовал еси, v. 44. незастꙋпи Ven. et Ostrog. v. 45. повръже pro поверглъ еси. v. 49. създа, v. 50. клатса (Ven. клетсе) pro клалса еси. Vice versa primam personam peri-

Mm phra-

phrasticam simplici Praeterito reddere solent: дах pro дал есмь Levit. 6, 17. Alia exempla ex Ostrog. vide p. 389. Immo Apoc. 17, 10. pro непришел (sine есть) recte substituerunt неприиде.

Optativi personam secundam a tertia Veteres non distinxere. Utrique enim бы tribuebatur. Nec deest etiam in postrema editione exemplum, quo id firmari possit. Luc. 19, 42. аще бы разумѣл и ты si cognovisses et tu. Olim et in libris paulo ante Correctionem editis Joh. 11, 21. аще бы здѣ был si fuisses hic, et v. 32. аще бы был здѣ, ubi nunc бы еси был legitur. аще бы вѣдала vide p. 391, аще бы всхотѣл p. 392. Addam corruptum locum ex Apocalypsi c. 3, 15. неда студен бы был ни тепл (legendum utique ли seu или тепл), utinam (неда, vide p. 453) frigidus esses aut calidus. Verba haec Correctores in margine sic reddiderunt: ѡ дабы студен был еси или горящ. Dicendum fuit да бы был sine еси.

Bohemi olim solo бы in secunda persona usi sunt, at nunc affigunt с (quod utique ex си seu еси contractum est) auxiliari бы ad discernendam personam secundam a tertia: далбыс, кдыбыс хтѣл. Poloni similiter ś: byłbyś. Hos itaque Meletius aliique imitati sunt, qui бы еси pro бы, et бы еси читал pro бы читал secundae personae pro arbitrio suo tribuerunt. Russi et Illyrii бы omnibus personis, cum has Pronominibus exprimant, in singulari et plurali tribuunt; Bohemi et Poloni duntaxat tertiae in utroque numero. Hinc factum est, ut in libris slavicis бы etiam in plurali pro

быша subinde legatur. Hebr. 10, 12. in correcta editione: престали бы быти приносимы, melius Ostrog. престали оубо быша, atque duo Mss. Vindobonenses не быша престали. Hebr. 11, 15. аще бы оубω оно помнили-имѣли бы время, Ostrog. аще она пом наху-имѣли оубо быша. 1 Joh. 2, 19. аще бы ѿ нас были, пребыли оубω быша с нами, Ostrogiensis etiam in primo membro аще бо быша ѿ нас. Aliis tamen in locis, in quibus nihil reficiendum fuit, etiam in postrema editione intactum mansit plurale быша: да быша имѣли Joh. 8, 6. аще бо быша разумѣли, не быша гда славы распали 1 Cor. 2, 8.

§. 40.

Observationes in Conjugationum flexiones.

Cum libros antiquos magis sequi oportuerit, quam novos a Russis editos, qui flexiones Verborum dialecti russicae sequi solent, fieri omnino non potuit, ut flexiones in schemate generali et paradigmatibus signatae in omnibus temporibus cum aliorum Grammaticorum terminationibus convenirent. Quapropter monendus est lector, me sine auctoritate codicum nihil statuisse. Miror itaque, Petrum Vinogradow Russum et Abr. Mrazovitj Serbum, in signanda persona prima et secunda Dualis, potius sequi voluisse novatores illos, qui ма pro ва primae, ва pro та secundae personae sine auctoritate legitima tribuere maluerunt, quam Meletii Smotriskii editionem An. 1619

Jevii in Lituania impressam. In posteriori enim, Mosquensi An. 1721, quae Rimnicii An. 1755 recusa fuit, flexiones dualis ва, та, quae recte in prima signatae erant, in ма, ва, summa audacia ab editore mutatae sunt. Editor enim russus Grammaticae Mosquae An. 1648 inchoatae, An. vero 1651 absolutae praecepta pro oraculo habuit, spreta Meletii auctoritate. Observavit quidem P. Vinogradow Marci 10, 35. legi хощева, просива (addere potuisset садева v. 37, можева v. 39.), monetque secundam personam nunc quidem finiri in та (immo et olim), in tabula autem conjugationum praemissa eas terminationes fuisse appositas (nimirum ма, ва, та), quibus apud Veteres personae distinctae fuerint. Atqui haec aliter se habere, inspectis codicibus et editionibus antiquis, cuilibet patebit. In his enim nuspiam terminationem primae personae ма, sed constanter ва aut вѣ (hae enim frequenter confundi solent) et in secunda та reperies. Confirmant hoc Bohemorum et Polonorum scriptores veteres, maxime vero, qui duali numero adhuc hodie utuntur, Vinidi in Carniolia, Venedique in Lusatia. Confer Carniolicum несева, несета, несета; любива, любита etc.

Velim G. S. Bandtke Grammaticam Polonicam secundis curis Wratislaviae 1818 editam inspicias in qua p. 249 et 312, de obsoletis suffixis (ut vocat) numeri

meri dualis ва, та agitur. Is Silesiorum dualem in ма Soloecismum vocat. Etiam Bohemorum quidam, pro obsoleto ва substituere maluerunt ма; censebant enim a prima persona pluralis мы formari posse aut debere dualem in ма. Hoc et Russorum Grammaticis arrisit. At in edendis libris slavicis nihil innovandum erat: servandus potius fuit Dualis antiquus, non alius confingendus. Pessime itaque factum est ab editoribus, quod Joh. 10, 50. есвѣ (pro есва) antiquarum editionum mutarint in есма, Joh. 14, 23. пріидевѣ, створивѣ in пріидема, створима, in novissima editione neglecto duali пріидем, створим. Qui duales in plurales commutarunt, saltem lectoribus gratificari voluere, quod innumeris in locis, praecipue in correcta editione factum est. Luc. 22, 9. она же рекоста емꙋ, гдѣ хощеши, оуготовасм. Hic jam Ostrog. et Mardarii editio pluralem primae personae pro оуготовасвѣ exhibent, licet dualem tertiae personae она рекоста servarint. Sic Luc. 2, 48. antiquae editiones legunt искаховѣ, et Luc. 9, 54. речевѣ, mediae искахома, речема, postremae vero искахом, речем. Job. 11, 20. olim legebatur очи-истаетѣ oculi deficient, nunc in Bibliis correctis dualis in pluralem истают mutatus est.

Flexionem Imperativi in prima persona ѣм, in secunda plur. ѣте vere slavicam esse, multis exemplis doceri potest. Ipse etiam Meletius hanc terminationem in verbis in ꙋ probavit: чтѣм, бꙋдѣм, чтѣте, бꙋдѣте; et hac ratione Imperativus differt alia vocali ab iisdem personis Indicativi чтем, бꙋдем. Sic идѣм, идѣте, падѣм, воимѣм, станѣм, блюдѣте, помозѣте, ждѣте, рцѣте. Adde воздѣжѣте et воздеждѣте elevate, ѡслажѣте. Immo et вспоем pro вспоим, взꙋпїем

pro

pro взꙋпїим. At vero небывайм, разꙋмѣим, разꙋмѣйте, помазꙋим, целꙋим, мꙋдрствꙋим etc. In Apostolo Damiani, non solum verborum tertiae conjugationis, sed et aliorum persona secunda terminatur in ите: станите, вздадите, кмлите. In aliis tamen libris et verba tertiae Conjugationis adhuc antiquam flexionem retinuere: хвалѣте, просѣте etc. Huic maluit Meletius flexionem им, ите in Conjugatione secunda (nobis tertia) praeferre, et Imperativum твори́м, твори́те solo accentu ab Indicativi personis тво́рим, тво́рите distinguere.

Deinde notandum, personam tertiam Imperativi singularem et pluralem a secunda non differre, licet Meletius et alii Optativi (i. e. Indicativi cum particula да) personis да чтет, да чтꙋт, да творит, да творѧт tertiam Imperativi suppleant. In deprecativo tamen modo, qui omnino apud Slavos idem est ac Imperativus, etiam Meletius personam tertiam singularem, atque dualem secundae aequalem fecit: чти он, твори он, бꙋди он, чтѣта, творита, бꙋдѣта.

Rarius persona secunda Imperativi ope particulae да Praesenti aut Futuro Indicativi praefixa suppletur: да бꙋдеши pro бꙋди, да речеши pro рци. Imperativo autem praefigere да prorsus insolitum est. Legitur tamen 2 Reg. 14, 32. in Ostrog. аще ли бы есть въ мнѣ неправда, то да оубїй мѧ. Melius (deleto

бы

кы in primo membro et да in secundo) correcta editio: аще же есть во мнѣ неправда, то оумертви ма, *καὶ θανάτωσόν με.*

In Praeterito secundam personam simplicem singularis numeri, licet a tertia non differat, restituendam censui, cum in antiquis libris ejus usus satis frequens sit. Non enim potui methodum Grammaticorum probare, qui cum Praeterito simplici, in quo genera non distinguuntur, circumscriptum (e participio activo in л formatum) conjungere maluerunt, post primam бѣх inserendo был, была, было (еси), post чтох, читах, творих interponendo чел, чла, чло, читал, читала, читало, творил, творила, творило, in Duali et Plurali vero iterum secundam personam Praeteriti simplicis бѣсте, чтосте, читасте, твористе assumendo.

Meletius quidem читал, -ла, -ло Praeterito simplici, et читал еси periphrastico tribuit. At был, читал, творил sine еси duntaxat in russ. lingua, cum in ea personae pronomine signentur, locum habere potest. был enim, читал, творил, sine auxiliari есм, бѫдѫ, бых, de nulla persona dici possunt, quamvis de tertia (subintellecto nimirum есть) subinde legantur, uti 2 Cor. 2, 5. аще ли кто оскорбил мене, не мене оскорби. In libris veteris Testamenti serius translatis plura exempla invenias.

In Gerundivis neutrius terminationem distinguere non potui a masculina, cum haec et neutris

tris conveniat: царство раздѣлѧѧсѧ, око ѡслепаѧ, смаѧтасѧ море, сердце гора: не сердцели наю (nunc наше) гора бѣ въ наю (nunc внас). Reperiuntur quidem древо гнїющие, падше зерно, sed hoc in casu neutrum гнїющие respondet masculino гнїющ seu гнїѧй, падше vero masculino падш seu падый, quorum utrumque hac terminatione gaudens jam qualitatem Adjectivi induit. Nam гнїѧ, cum putrescit, (Gall. en pourissant), non prorsus idem est ac гнїющ (n. гнїющие) putrescens, (Gall. pourissant), et пад cum cecidisset, aliquatenus differt a падш (n. падше) quod cecidit. Feminino autem semper adhaeret in Praes. Gerund. щи, Praet. ши. Pauca haec pro vindicando Schemate generali et paradigmatibus a me expositis dicta sunto.

Notae generales et speciales in quaedam tempora.

§. 41. In genere notandum, vocales syllabae radicalis in Conjugatione non mutari, exceptis his paucis, quorum Infinitivus et Praeteritum aliam vocalem, quam Praesens aut Futurum postulat, uti пѣти, пѣх, а пою; лѣщи, лѣгох а лагꙋ; сѣсти, сѣдох а садꙋ. Adde Fut. ѡбращꙋ, ab ѡбрѣтати, ѡбрѣтаю.

Mutantur vero transformabiles consonae in alias, et quidem 1. г in з, к in ц, ante и, ѣм,

ѣте

ѣте in Imperativo (Conjug. secundae): помози, помозѣм, помозѣте а помогꙋ; теци, тецѣм, тецѣте а текꙋ.

2. In Indicativo ejusdem Conjugationis г in ж, χ in ш, к in ч: помогꙋ, поможеши, поможет, поможем, поможете; верχꙋ, вершеши, вершет, вершем, вершете; текꙋ, течеши, течет, течем, течете. Idem fit ante ен Participii passivi: вержен а вергꙋ, разжжен а разжгꙋ, вершен а верχꙋ, ѡдшен аb ѡдχнꙋ, речен а рекꙋ. At literae д, т, з, с nullam in secunda Conjugatione ante ен subeunt mutationem: веден а ведꙋ, плетен а плетꙋ, везен а везꙋ, спасен а спасꙋ.

3. Ante ен Participii passivi Verborum in ити (tertiae Conjug. Parad. F.) mutantur etiam д, т, з, с, ст, uti §. XII. Introd. dictum est: рожден а родити, оутвержден аb оутвердити, позлащен а позлатити, χыщен а χытити, прекращен а прекратити, поражен а поразити, свѣшен а свѣсити, мщен а мстити, прелщен а прелстити. Adde изпражнен аb изпразнити, съблажнен а съблазнити, оумꙋждрен аb оумꙋдрити, помышлен а помыслити, изощрен (et изострен) аb изострити, оумерщвен (оумерщвлен) аb оумертвити, оуχыщрен аb оуχытрити, преизпещрен а преизпестрити, quamvis inter literas transformabiles et terminationem ен literae в, н, л, р interpositae sint.

Ser-

Serbici librarii in Codd. slavicis post н, л, ρ constanter кн pro ен scribunt: схρанкн, исплнкн, трижнкн a тρизнити, молкн, ѡзлоблкн, затворкн. Verba autem formae ѣти (Parad. E.) transformationem literarum ante ѣн non admittunt; вѣдѣн a вѣдѣти, запѹстѣн a запѹстѣти. Hinc свѣтѣнїє Joh. 5, 35. et Exod. 27, 20. a forma свѣтѣти.[1]

4. Labiales ante ен Part. passivi inserunt л epentheticum: ꙗвлен, славлен, возлюблен, ѡслаблен, ѡслѣплен, прεстѹплен, посрамлен, a ꙗвити славити, возлюбити etc. Excipe оуꙗзвен, благословен.

5. Eadem epenthesis et literarum transformatio locum habet in Praeterito Gerundivi ante ь, quando rejecto ив contrahi solet: ѡставль, возлюбль, пристѹпль, pro ѡставив, возлюбив, пристѹпив, преломль pro преломив. Sic ѡбновльши, in plur. пристѹпльше, pro ѡбновивши, пристѹпивше. Porro пригвожль, рождьши, заблѹждьше, pro пригвоздив, родивши etc. вкѹш, возглаш pro вкѹсив etc. впльщши (воплощши) pro впльтив, ѡбращсѧ pro ѡбратився, запрѣщ pro запрѣтив; пощсѧ pro поститсѧ, крещшесѧ pro крестившесѧ, ѡчищсѧ pro ѡчиститсѧ. Excipe ѡстрастших (Ven. оустрастших) Psal. 16, 9. *ταλαιπωρησάντων*, qui afflixerunt ab ѡстрастити.

6.

6. Literas д et т ante л participii activi elidi, diximus Cap. II. Introduct. p. 48. Hinc навел a наведꙋ, пробол pro прободл, ꙗл pro ꙗдл, пал pro падл a падꙋ, чел, чла, чло pro четл, чтла, чтло a чтꙋ, ѡбрѣл ab ѡбрѣтꙋ, срѣло Job. 4, 12. recte in Ostrogiensi, a срѣтꙋ, Praet. срѣте, срѣтох, male omnino in correcta срѣтило, quasi a forma (ficta) срѣтити.

7. Praeteritum primae Conjugat. solet post vocalem tertiae personae singularis paragogicum т assumere: ꙗт, поꙗт, прїꙗт, ѡбꙗт, ѿꙗт (ѿнꙗт) pro ꙗ, поꙗ etc. Sic начат, почат, запꙗт, клꙗтсꙗ, ѡбвит, повит, пит, пролит. In secunda Conj. rarius: оумрет, прострет. Rarissime in plurali post хꙋ: впрашахꙋт in Damiani Apostolo, съвршахꙋть Mich. 2, 1. in Ostrogiensi, искахꙋть 2 Reg. 17, 20. in eadem, in correcta искаша.

8. In verbis formae tertiae et quartae, spectantibus ad tertiam Conjugationem, quorum prima persona facta transformabilium literarum mutatione in ждꙋ, жꙋ, шꙋ, щꙋ terminatur, restituenda est characteristica consona primigenia (quam ex Infinitivo cognoscas) jam in secunda persona et reliquis omnibus: виждꙋ, видиши, видит etc. рождꙋ, родиши, родит, Imper. роди, Gerund. родꙗ etc. поражꙋ, поразиши etc. глашꙋ, гласиши etc. плащꙋ, платиши, платити; пꙋщꙋ, пꙋстиши,

пꙋ-

пꙋстити etc. Verba autem quintae formae, quae sunt primae Conjugationis, transformatam literam servant in omnibus temporibus Praesenti analogis et primigeniam characteristicam non nisi in Infinitivo et Praeteritis recipiunt: страждꙋ, страждеши, Imper. страждн, Gerund. страждa, Infin. страдати, Praet. страдах etc. Sic мажꙋ, Imp. мажи, Gerund. мажа, мажꙋщи etc. Sic пишꙋ, дышꙋ, плачꙋ, алчꙋ, мещꙋ, ищꙋ, Inf. мазати, писати, дыхати, плакати, алкати, метати, искати. Idem valet de euphonico л ante ю. Servant illud verba Conjug. primae per totum Praesens omnium Modorum ємлю, ємлеши, ємлет; каплю, каплеши, каплет etc. Inf. капати, Praet. капах. Rejiciunt illud jam in secunda persona verba Conjug. tertiae: явлю, явиши, Inf. явити; кꙋплю, кꙋпиши, Inf. кꙋпити.

9. Ante лх, лше euphonicum л inserunt verba Conjug. tertiae, non vero secundae. Hinc facile dijudicabis, quid intersit inter живлше et живлаше. Hoc enim est Praet. iterat. a живити, illud a живꙋ. Eadem lege fit transformabilium mutatio ante л, ut ante ен Part. passivi. Hinc блажах, блажаше Praet. iterat. a блазити, rectius quam блазлх, блазлше. In млачаше Jud. 6, 11. ч russico more pro щ scriptum est, slavice млащаше a млатити. Confer P. I. p. 387.

10.

10. In specie notabis, quoad Praesens, мы servari in prima plurali anomalorum, in aliis omnibus nunc contrahi in м. At non desunt vestigia, etiam regularium verborum primam in мы terminatam fuisse. Praeter бѹдемы, поживемы, quae in antiquissimo изборник sec. XI. leguntur, etiam codex Caesareus (olim Hankianus) Matth. 28, 14. habet оуглаголемы persuadebimus, πείσομεν, nunc оутолим. Subinde et anomala in Codd. antiquis rejiciunt ы. Differt autem pluralis есмъ, вѣмъ, имамъ a singulari есмь, вѣмь, имамь, in iis codicibus qui discrimen inter ь et ъ accuratius observant. In Damiani Apostolo ceu codice Serbico hoc discrimen neglectum est, cum ь ubique pro ъ scribatur: мы есмь, послѹси есмь, вѣмьбо scimus enim. In eodem semel et живемо pro живем scriptum est.

Slavi meridionales omnes (Illyrii, Croatae, Carnioli) pro slavico м (seu мы) amant мо. Hinc есмо, нѣсмо, вѣмо, дамо, знаемо, оставлаемо immo et вьзсиламо pro въздылаем etiam in libros slavicos a Serbis sec. XVI. editos irrepsere. Poloni constanter мы retinuere, quod tamen non raro (post е et и) in м: чиним, даем, contrahunt. Bohemi мы mutarunt successu temporis in ме, quod nonnisi post е contrahere solent: бѹдем pro бѹдеме a singulari бѹдѹ. Nunquam vero post а, quod nec Poloni faciunt, neque post и, quia ам et им in singulari adoptarunt, pro veteri terminatione аю et ю. Eandem ob causam Illyrii бѹдемо, видимо, играмо, contrahere non possunt in бѹ-

дем,

ѧем, видим, играм, quia illis ем, им, ам sunt terminationes singularis numeri. In glagoliticis libris ante Caramani correctionem editis non solum исплевемо, любимо, пожираємо, имамо et имами, ѥсмо et ѥсми, sed etiam in Praeterito -хомо et -смо: пригахомо, послꙋжисмо, познасмо etc. leguntur. есме etiam in Ostrog. legi, monui p. 534. *α*). Addam hic дали есме inveniri in literis russicis (грамота) An. 1265.

ѥсмь ex ѥсми, quod p. 389. e libro Esther Ostrog. editionis citavi, contractum est. Hinc et alia anomala in м terminata in singulari мь liquidum requirunt. Licebit itaque мь, utpote characteristicam primae personae singularis, conferre cum Graecorum verbis in *μι*, et personas tertias in ть (pro ти) terminatas, cum terminationibus linguae Samskrdam Indorum. In secunda persona singulari vetus slavica retinuit adhuc и: бꙋдеши, имаши, quod et Indicae est commune. At dialecti vulgares omnes и resciderunt: бꙋдеш, имаш.

Ex speciminibus Orthographiae antiquae, quae Introduct. Cap. IV. §. VII. data sunt, constat tertiam personam singularem et pluralem omnium verborum in codicibus seculi XI. XII. XIII. terminari in ть, quod a pluribus seculis in тъ mutatum est. Anomala tamen ть servarunt. Hinc ѥсть contractum censeri debet ex ѥсти, quod Bohemi in ѥстить emphatico retinent. Huic Graecorum *ἐστι* affine est, et plurales in *ι* (*εισι, λεγȣσι*, dor. *λέγοντι*) respondent slavicae terminationi in ꙋть, ать.

A librariis confundi е et ь in fine post т tertiae pers. sing. et secundae pluralis in Codd. antiquis saepius observavi. можете in tertia singulari pro можеть, бꙋдете pro бꙋдеть in literis (грамота) anni 1229, оу-

слы-

слышатє in tertia plurali pro оуслышать, et лєжитє, прѣклонитєсѧ in tertia singulari pro лєжить, прѣклонитьсѧ, vice versa оузрить in secunda pers. plur. pro оузритє in codice Vindobonensi Caesareo (olim Hankiano), alia alibi exarata leguntur. т emphaticum seu paragogicum in наѧтъ, зачатъ, питъ, et т participii passivi пѣтъ, проклѧтъ etiam olim, utpote solidum, crasso ъ notabatur.

Tertiae personae Conjug. II. paradigmatis D. quandoque amittunt н in singulari ante єт, et in plurali ante ѹт. Ezech. 21, 7. издшєт ἐκψύξει legitur pro издхнєт. Sic et Plur. иссшѹт ab исхнѹ, иссѧчют ab иссѧкнѹ, excluso н, secundum paradigma B. inflectuntur, mutando transformabiles х et к. ит pro єт in tertia singulari est inflexio russica. Sir. 32, 25. вонмит προσέχει in Ostrogiensi est a вонмѹ pro вонмєт. Correcta hic iterativum внимаєт recte substituit. чтит Joh. 5, 23. pro чтєт a чтѹ. Vide supra p. 542.

11. In Imperativo рєкѹ elidit є: рци, рцѣтє (nunc рцы, рцытє); in Codd. serbicis etiam пьцисє, пьцѣтєсє a пєкѹсѧ, immo стьцѣмсє, concurramus, a стєкѹ. At in composito ѿрєцисѧ vocalis є elidi non solet. воздѣжи, воздѣжѣтє (воздѣжитє) elevate, pro воздѣжди, воздѣждѣтє, повѣж pro повѣждь, подаж pro подаждь russici Codd. exhibent. лѧжи, лѧжѣтє (лѧжитє) est a лѧжѹ, лєгати (Conjugationis I. Paradigma B.), quamvis

vis et лгꙋ in usu sit. садѣте in садьте antiquus codex contrahit, Bohemorum more, qui ѣ excludere solent: ведьте pro ведѣте, бꙋдьте pro бꙋдѣте. Damiani Apostolus, quamvis живѣте, блюдѣте, прїимѣте, кльнѣте, ѡблѣцѣте, прѣбꙋдѣм, тьцѣм, immo всποкм (pro вспоим) legat, tamen in aliis и pro ѣ, praeprimis in verbis tertiae Conjugationis habet: сꙋдите, творите, похвалите, слышите etc. Nunc etiam in secunda Conjugat. им, ите pro ѣм, ѣте in usu est. внидите, поспи́те, собери́те, воззови́те Joel 1, 13. 14. in correcta leguntur, in Ostrogiensi vero внидѣте, оусплѣте, съберѣте, възовѣте. Male tamen оусплѣте pro оуспѣте formatum est a сплю, спиши, cum verba tertiae Conjugat. л epentheticum, in Imperativo non servent. Melius utique in Evangeliis спи́те, a quo Praesens спитѐ nunc solo accentu distinguitur. Olim Imper. спѣте, uti adhuc hodie apud Bohemos. Cum Imperativo male conjungitur да in Ostrogiensi Lev. 18, 15. да не ѿкрый, correcta да не ѿкрыеши, Lev. 21, 1. да са неоскверна́йте, correcta да не ѡскверна́тса.

Editores russi male formarunt вержи a вергꙋ, cum верзи dicendum sit, mutato г in з. Cum illi metuerent, ne quis ѿверзи abjice, rejice, confundat cum ѿверзи ab ѿверзꙋ, maluerunt Psal. 50, 13. et Psal. 70, 9. не ѿвержи substituere pro antiquo ѿверзи, quod recte Ostrogiensis et Psalter. Venetum hoc loco

ser-

servarunt. In Evangeliis etiam editiones posteriores верзи (а вергꙋ) septies, et верзиса quater legunt. ѿверзи polonica inflexio est, uti съвлечи, облечи Num. 20, 26. Ostrogiensis, pro съвлещи, ѡблещи.

12. Praesens Gerundivi in secunda Conjugat. exit in ы, ꙋщ: несы, имы, иды, грады, стрегы, иждивꙋщ, мнꙋщ; frequentius tamen assumta Adjectivi definiti terminatione й: живый, пловый, крадый, блюдый, грызый, могый, жегый, верхый, пекыйса, рекый. Sic et кленыйса, quamvis alia in нꙋ Praesenti Gerundivi careant. Quaedam etiam Praesens, saltem in libris recentioribus, mutuantur a Conjugatione prima, illud formando ope а. Hinc зова, жива, живай, гадай, идай, пада, тра, жра, сматаса. Sic et жна, жнай, а жнꙋ, дмаса а дмꙋ. лжа, лжай est а лжꙋ Conjugat. primae, hinc et лжꙋщи, лжꙋще. слабай Joh. 8, 54. in editionibus antiquis male formatum est a славити, славлю. Melius nunc славай, in codd. serbicis славей. Epentheticum enim л in Verbis tertiae Conjugat. non nisi ante ю primae personae locum habet. Ab Iterativo vero славлаю Praesens Gerund. est славлаа, славлаай.

A горѣти Praes. Gerund. regulariter formatum est гора, горащ. Hinc Lucae 17, 29. камык горащ *θεῖον*, sulphur. In Mss. autem камень горꙋщ legitur. Sic et Bohemi horucj (peklo) pro horzjci dicunt. Alibi гасꙋщ, искꙋщ reperias, quae a гасити, искати de-

ducere non possis. Ejusmodi formationes anomalas, uti p. 543. diximus, optime explices, si a formis antiquis, nunc obsoletis, factas supponas. Igitur горꙋщи a forma горꙋ, горєши, гасꙋщи a гасꙋ, гасєши repetenda sunt, uti искы, искꙋщи, иском ab obsoleta prima persona искꙋ.

13. Praesenti Participii passivi carent vix non omnia verba in нꙋ paradigmatis D., cum illud a forma iterativa petere soleant. пожнꙋ, exempli gratia, a пожинаю format пожинаем, cum пожнꙋ non sit capax morae temporis, quam Praesens requirit. Sunt tamen женом a женꙋ, гнати, кленом a кленꙋся. Adde оувадом, quod tamen potius sit a forma оувадꙋ, quam ab оуванꙋ (pro оуваднꙋ).

Literam м in Participiis passivis esse solidam, non liquidam, ideoque ei in Mss. adjungi ъ, Introd. p. 19. monuimus. In editionibus antiquis nullum discrimen observare licet inter terminationes омъ, емъ, имъ. In recentioribus autem solum finita in ом signantur J e r crasso ut зовомъ (Hebr. 11, 8.), finita vero in ем, et им J e r tenui: наꙋчаемь κατηχȣμενος Rom. 2, 18. именꙋемь бꙋдет 1 Cor. 5, 11. славимь δοξαζόμενος Luc. 4, 15. гонимь бываше Luc 8, 29. Volebant nimirum editores hac ratione Participium passivum a prima persona plurali distinguere. Cur autem Matth. 18, 26. емь (Praeteritum Gerund. ab имꙋ) scribatur pro емъ, plane assequi non possum.

14. Verba primae Conjugationis paradigm. A, quorum simplicia in Praeteritis augmentum а

as-

assumunt, respuunt illud in compositis actionis singularis: дѣлах а дѣю, at in compositis задѣх, воздѣх, придѣх, а задѣю etc. Verba longioris morae pro а in tertia persona amant аше: спаше, знаше, питаше; дѣаше, смѣаше pro дѣа, смѣа. Aliorum simplicia Praeteriti Iterativi flexione gaudent: врах (врѣах), враше а врю, at возврѣх, возврѣ a composito возврю; прахса, прашеса а прюса, at ѿпрѣх, ѿпрѣ a composito ѿпрю. А глаголати, глаголах, in tertia persona et глагола dixit, et глаголаше locutus est, in usu est, pro ratione actionis aut determinato tempore absolutae aut continuatae seu iteratae.

Praeterita secundae Conjugationis paradigm. C. quamvis in ох, е regulariter desinant, tamen verba terminata in рѹ, quorum Infinitivi characteristicam ѣ ante ти habent, etiam in Praeterito ѣ praeferunt: оумрѣх, оумрѣ melius quam оумрох, оумре. Sic ѡпрѣх, сътрѣх, прострѣх, codices serbici exhibent pro ѡпрох, сотрох, пожрох, простроx. жмох а жмѹ apud Mrazović male formatum est. Sed et жмах apud Mel. Smotriski vitiosum est. А жмѹ enim Infinitivus est жати, cui Praeteritum жах conforme est, Bohemis ждал а ждьмѹ, ждити (pro ждѣти, ждати). Confer Praeterita ѩх ab имѹ, ѩти; пах, тах, жах а пнѹ, тнѹ, жнѹ. дмѹ vero paradigmati D. se con-

 for-

format: дмꙋх, дмꙋ. Pleraque in нꙋ, ob affinitatem cum forma prima in ꙋ, pro нꙋх amant ох, е: оусеох, оусѣе ab оусепнꙋ; оуглебох, оуглебе; воздвигох, воздвиже et воздвигнꙋх; потох, потче a поткнꙋ. Sic ѿплы, ab ѿплынꙋ. Praeteritum iterativum живах, живаше, est a simplici живꙋ. Compositum ѡживꙋ format Praeteritum ѡживох, ѡживе, a Praesenti seu futuro, sed et ѡжих, ѡжи, ѡжихом, ѡжисте, ѡжиша, ab Infinitivo ѡжити. Sic et иждих ab иждивꙋ, иждити (pro изживꙋ, изжити).

Contractiorum Praeteritorum, quae in prima persona singulari ох rejiciunt, in tertia plurali vero, pro оша, non nisi ꙋ admittunt, exempla e Damiani Apostolo collecta cape: ид, взид, прид, извѣг, ѡврѣт, pro идох, взидох, прїидох, извѣгох, ѡврѣтох; in tertia plurali: идꙋ, внидꙋ, изидꙋ, взидꙋ, преидꙋ, проидꙋ, снидꙋ, pro идоша etc. погыбꙋ et погыбнꙋ pro погыбоша, погыбнꙋша; ѧдꙋ (в корабли Act. 13, 4. nunc ѿплыша) pro ѧдоша; падꙋ pro падоша, взмогꙋ, вздвигꙋ, ѿвргꙋсе, постигꙋ, pro взмогоша etc. затꙋ, прѣткꙋ, pro заткоша seu заткнꙋша a заткнꙋ. Hebr. 11, 29. истопꙋ *κατεπόθησαν*, pro истопоша seu истопнꙋша ab истопнꙋ, nunc истопишасѧ a forma истопити. Adde присвенꙋ pro присвенꙋша, et Zach. 1, 6. постигнꙋ in Ostrog., pro quo correcta substituit постигнꙋша.

Se-

Secundam Praeteriti personam a tertia non fuisse distinctam, supra monuimus. Immo fuit tempus, quo et prima persona nondum х assumserat, uti e contractioribus Praeteritis concludere licet. Hinc et вѣдѣ et composita свѣдѣ, повѣдѣ, (аз исповѣдѣ) in prima persona frequenter libri antiqui usurpant; quod et Dalimilus Bohemus, qui initio sec. XIV. Chronicon Bohemiae versibus conscripsit, aliique auctores idonei confirmant.

Characteristicam х ad signandam primam personam singularem licebit conferre cum Germanorum *ich*, cui in plurali ом (olim et омы) accedit: разѹмѣх, разѹмѣхом, (разѹмѣхомы).

15. Praeteritum Participii activi in secunda Conjugatione pro ох assumit л: могл a могѹ, могох, рекл a рекѹ, рекох. Verba in рѹ, si consona immediate praecedat, inserunt е euphonicum ante р: оумерл, сътерл, простерл, пожерл, ab оумрѹ, сътрѹ, прострѹ, пожрѹ. Sic et жегл a жгѹ (жегѹ). Verba paradigmatis D. elidere solent нѹ, si euphonia id admittat, et Part. activum conformiter paradigmati C. a Praeteritis simplicibus deducunt: избѣгл ab избѣгох, избѣгнѹ; прибѣгл a прибѣгох, прибѣгнѹ. At минѹл a минѹх; изсхнѹл ab изсхнѹх, quamvis et изсох л, изсхла, изсхло ab изсхох formari possit. Sic et повил pro повинѹл, cum et пови (cum т paragogico повит)

qua-

quasi a повїю, dicatur. Verba жнꙋ, зачнꙋ etc. cum ob infinitivum formae primae Praet. forment in ах, etiam in Part. act. desinunt in ал: жал, зачал. Sic et ꙗл ab имꙋ, ꙗх, et composita взал, внал a возмꙋ, взах, вонмꙋ, внах. A помню, помнѣти Part. act. est помнѣл, non помнил, quamvis Hebr. 11, 15. Correctoribus Russica inflexio praeplacuerit: аще бы помнили.

A Participio act. in л ope auxiliarium есмь, бы, бꙋдꙋ Praeteritum circumscriptum, Optativi et Praeteritum conditionale et Futurum exactum formari P. I. §. 84. 85. docuimus. Cf. etiam §. 79. Addam hic Abd. 1, 12. Imperativum Auxiliaris бꙋдꙋ conjungi cum Participio activo in Ostrogiensi: небꙋди видѣл *μὴ ἐπίδῃς*, non despicies, in correcta не презриши. In tertia persona sine есть quasi in Subjunctivo Philip. 2. 22. legitur: зане-поработал, quia servivit, quod servierit. In libris minus antiquis non raro etiam in Indicativo: стиснꙋл Lev. 8, 8. correcta стисне (pro стиснꙋ). Sir. 31, 11. кто могл in Ostrog. et correcta, pro Russorum, Polonorum et Bohemorum consuetudine.

In plurali genera distingui, quod Bohemi et Illyrii faciunt, nondum observare mihi licuit. Notavi tamen locum ex Apostolo Petropolitano chartaceo initio Sec. XVI. scripto, in quo Hebr. 10, 2. престалы оубо быша, in feminino pro престали legitur. Mardarius quoque Luc. 23, 55. бѣхꙋ пришле, Illyricum hodiernum morem secutus, pro пришли aliarum editionum excudit. Confer notam p. 537. et p. 547.

16. Praeteritum Gerundivi verborum in ꙋ ad paradigma C. spectantium subinde е euphonicum requirit: ем ab имꙋ, взем a возмꙋ,

сnем (снем) a снмꙋ, прием (et прїим) a прїимꙋ; распен a распнꙋ, начен a начнꙋ; оумер ab оумрꙋ, wтер ab wтрꙋ, простер a прострꙋ; жег a жгꙋ, чет a чтꙋ. Addita autem in fine terminatione ый euphonicum е eliditur: распный, прочтый, оумрый (et оумерый). възнез a вънзꙋ. Multa etiam Verba in нꙋ, rejecto нꙋ Futuri, seu ох Praeteriti, quod pro нꙋх assumserant, paradigmati C. se conformant: погыб a погыгнꙋ, погыбох; прозаб, приник, a прозабнꙋ, приникнꙋ, вздвиг pro вздвигнꙋв. Sic et оусоп inserto euphonico о ab оуспох, оуспнꙋ; оуток ab оуткох, оуткнꙋ. At минꙋв a минꙋх, минꙋ, плюнꙋв a плюнꙋ. Meletius distinguit чтый et чтей, illudque Praesens, hoc Praeteritum esse statuit. Similiter возведей, стрежей, несей, течей a Praeteritis возведе, стреже, несе, тече deducit, dubito an recte. Nam ей pro їй nonnisi post consonas liquidas et quidem in verbis conjugationis tertiae locum habere observavi. Horum enim Gerundivis contractis affigi solet ей: ѧвлей, поставлей, оударей, творей, рождей, нꙋждей (нꙋжей), оутвержей, повѣшей, a ѧвив, поставив, оударив, творив etc. pro ѧвивый, оударивый, родивый, повѣсивый etc.

Matth. 27, 48. περιθεὶς (καλάμῳ) recte Ostrogiensis aliaeque editiones antiquae Gerundivo възнез (на трость), et Joh. 19, 29. περιθέντες plurali възнъзше

нѫзше expresserunt. Pro вѫзнѫзше legit codex Petropolitanus вѫзнѣзше (alius vitiose вѫзнесше), Evangelia vero Mosqu. An. 1606 вознѫзше. Primo loco jam ante correctionem postremam вонзе (Praeteritum Indicativi pro Gerundivo вонз), altero вонзше utpote notiora, male substituta fuere, quorum utrumque retinuerunt Correctores Bibliorum. Aliud certe est вонзѹ, cujus Imperativus вѫнзи seu вонзи (ножь вѫ ножницѹ mitte gladium in vaginam) Joh. 18, 11. legitur; aliud вѫзнзѹ ex praepositione вѫз et нзѹ compositum. Marci 15, 36. περιθεὶς vocabulo вѫзлож (Gerundivo pro вѫзложив) exprimitur. Psal. 31, 4. Praeteritum singulare оунзе (Ven. оунзе), Psal. 37, 3. plurale оунзоша, Ven. стрѣлы твоѧ оунзоше вѫ мнѣ, sagittae tuae infixae sunt mihi, ἐνεπάγησαν. Russi norunt etiam пронзаю, пронзать, пронзѹ, пронзит transfigere. Simplex iterativum низати a нѣзѹ (незѹ) et Russis et Serbis (his etiam низ margaritarum filo insertarum series, torques) adhuc in usu sunt. Infinitivus a forma нѣзѹ nullibi legitur, sed нѣзти (незти) esse possit.

17. Praeteritum Participii passivi in prima Conjugatione terminatur in ен aut т: біен, побіен, at Gen. 9, 31. etiam побит. Pleraque post vocales и, ы, оу amant вен: швен (eliso и) a шию, ѡмывен, измвен, et inserto euphonico о Russorum оумовен ab ѡмыю etc.; hinc etiam забвен (pro забывен) a забыти; покрѫвен, скрѫвен, прикрѫвен (pro покрывен etc.) et покровен скровен, прикровен, sed et покрыт in libris a Russis translatis. т pro ен postulat имѹ et Verba in нѹ, quae Inf. in ати formant: ѧт (ejusque composita поѧт, ѿѧт,

взат)

взат), пат, распат, тат, жат (а жнѹ et жмѹ), начат, почат, зачат, проклат. His adde пит, hinc verbale питїе; пѣт а пою, пѣти, licet verbale пѣнїе sit a пѣн; повит, свит, а повїю, свїю (повинѹ, свинѹ); пролит а пролїю (in Serb. codd. et лѣн, а лѣю), at пролїан est a forma пролїати, А знаю est знан. А заколю (Parad. B.) заклан et заколен, quasi a заколити.

In II. Conjugatione (Parad. C.) regularis inflexio est ен: краден а крадѹ, разжжен а разжгѹ, иждежен ab иждегѹ (pro изжгѹ), ѡблечен, contracte ѡбльчен (in codd. Serb.), ѡболчен (in Russicis) ab ѡблекѹ. Sunt tamen, quae pro ен etiam т admittunt, ut пожрен et пожерт а пожрѹ, подперт et подпрен, а подпрѹ. Alia vero potius т adsciscunt: ѿверст ab ѿверзѹ, quamvis verbale sit ѿверзенїе, простерт, разпростерт. Huc spectat anomalum вѣст, вѣста, вѣсто, ab antiqua forma вѣдѹ, вѣсти (pro вѣдѣти). In Paradigmate D. potuissem pro ѿриновен compositum ѡбиновен ab ѡбинѹ ponere. Volui autem apponendo ѿриновен regularem formationem designare, quae fit resolvendo ѹ in ов et addendo ен, et simul, cum вит sit proprie a вїю, indicare, quaedam transilire ad alia paradigmata. Conformia paradigmati D. sunt мгновен а мгнѹ, помановен а поманѹ, претковен а пректнѹ, дхновен (дохновен) а дхнѹ. At из-

мчен,

мчен, ωдшен ab измкнꙋ, ωдхнꙋ, rejecto нов secundum parad. C. inflexa sunt. Sic et ραзгывен (ραзгывена книга Apoc. 10, 2. apertus liber) a ραзгывнꙋ; согвен a согывнꙋ, formata sunt. Hinc et оуспенїе ab оуспнꙋ. Adde надмен a надмꙋ, ωвымен ab ωвымꙋ. Servant quaedam subinde н ante ен, ut воздвигнен, тагнен, aut pro овен assumunt ꙋт: ραзгнꙋт, воздвигнꙋт, стагнꙋт.

Verba paradigmatis F. mutare ante ен transformabiles д, т, з, с, ст, supra p. 553 dictum est.

Apud Russos et Serbos Praeteritum Participii passivi in verbis in нꙋ terminatur in ꙋт. Poloni admodum variant, et praeter ięty (ꙋт) etiam iony (ен) admittunt: rozgarnięty et rozgarniony. Bohemi in plerisque servant ꙋт post н, in aliis rejecto нꙋ praeferunt ен: тажен pro тагнꙋт (tahnut).

§. 42. De sede et mutatione Toni in Verborum Conjugatione nihil certi statuere ausim, cum is in libris a Serbis Sec. XVI. editis multum differat a tono, quem russicae editiones antiquae et novae exhibent. Russi ex. gr. Infinitivorum in сти et щи terminatorum ultimam tono afficiunt: блюстѝ, понестѝ, стрещѝ, Serbi penultimam: блю́сти, поне́сти, стре́щи. Russi ultimam primae personae signant: живꙋ̀, градꙋ̀, могꙋ̀, рекꙋ̀, Serbi penultimam: жи́вꙋ, гре́дꙋ, мо́гꙋ, ре́кꙋ. Russi personae secundae pluralis ultimam: живетѐ, терпитѐ, держитѐ,

житѐ, ѿпѹститѐ, in iisdem vocibus Serbi antepenultimam: жи́вете, тр́ьпите, дрьжите, ѿпѹ́стите et sic in aliis. Solam orationem dominicam, quam p. 78 ex Bibliorum editione Petropolitana 1816 descripsimus, si cum ea conferas, quae in Horis (часословец) Psalterio Venetiis 1561 a Vincentio Vuković edito adnexis legitur, discrimen quoad tonum in verbis sequentibus observabis.

Russ.	да свати́тся	Serb.	да свѣ́тьтсе
—	ѡставля́ем	—	ѡста́вляем
—	ввѐди	—	вьве́ди.

Conveniunt autem ambo in прїи́дет, ѡста́ви, избави, cum hic Russi tonum antiquum Serborum servent. In Psalmo 130. trium duntaxat versuum, editio russica a Psalterio Serbico quoad tonum differt in his verbis:

Russ.	вознесе́ся	Serb.	вьзне́сесе
—	возведо́стѣся	—	вьзве́достѣсе
—	ходи́х	—	хо́дих
—	вознесо́х	—	вьзне́сох
—	упова́ет	—	оупо́вает

Conveniuntque in возда́си, Serb. вьзда́си, et ab utroque in hac voce differt Ostrogiensis, quae ultimam signat: вьздасѝ. V. 2. pro смиреномѹдрствовах Serbus legit смѣ́рахсе ἐταπεινοφρόνουν.

Quis

Quis jam definire ausit, quis sit aut fuerit verus tonus slavicae linguae veteris? In Bibliis et aliis libris ecclesiasticis recenter impressis nonnisi in iis paucis, quae a communi regula toni russici deflectunt, tonus slavicus videri possit retentus. Russici toni leges qui cognoscere cupit, Antonii Puchmayeri Grammaticam russicam adeat. Hic solum monebo, tempora Praesenti analoga tonum in ea syllaba servare, quae in prima persona tono afficitur: питáю, питáеши etc. ведȣ́, ведéши, ведéт etc. творю̀, твори́ши, твори́т, твори́м, твори́те (immo potius творитѐ et твóрите ad distinguendam secundam pers. plur. Imperativi: твори́те), творѧ́т; Inf. твори́ти, inde твори́х, твори́л etc.именȣ́ю, именȣ́еши etc. Imp. именȣ́й, Praes. Ger. именȣ́ѧ, Praes. Part. pass. именȣ́ем. At vero бȣ́дȣ, бȣ́деши etc. мѣ́рю, мѣ́риши, мѣ́рит, мѣ́рим, мѣ́рите, мѣ́рѧт; слáвлю, слáвиши, слáвит etc. слы́шȣ, слы́шиши, шлы́шите etc. слы́шати, слы́шах, слы́шал, слы́шав, слы́шан; поми́лȣю, поми́лȣеши etc. поми́ловати, поми́ловах etc. Sunt etiam non pauca Verba, quae tonum primae personae in secunda et reliquis personis ab ultima retrahunt ad praecedentem: идȣ́, и́деши, и́дет etc. могȣ̀, мóжеши; молю̀сѧ, мóлишисѧ, мóлитсѧ etc. прошȣ́, прóсиши, прóсит etc. хощȣ́, хóщеши, хóщет, хóщем, хóщете, in tertia plur. хотѧ́т, Inf.

хот-

хотѣти. ищꙋ, и́щеши, и́щет et alia formae quintae, quae pro а́ю Praesens in ю amant: пишꙋ, пи́шеши etc. Imp. пиши̏, Praes. Part. pass. пи́шем, Inf. писа́ти, писа́х, писа́л, писа́в, at Part. pass. пи́сан, пи́сана, пи́сано.

Vinogradov etiam secundae pluralis твори́те penultimam accentu signavit; Meletius vero, excepto творю̀, primam reliquarum personarum: тво́риши, тво́рит тво́рим, тво́ритѐ, тво́рат. Rimnicensis servavit accentus Mosquensis editionis: твори́ши, твори́т, твори́м, творитѐ, твора́т. In passivo vero твори́теса, quod et Mrazovič probavit. In Ostrogiensi vero accentus secundae pers. plur. penultimam occupat: сътвори́те, потреби́теса, положи́те, sic etiam поживе́те pro russico поживетѐ.

§. 43. Ad melius cognoscendas Nominum et Verborum flexiones juverit analysim grammaticam orationis dominicae hic subjungere. Vide pag. 78.

о҃че lege отче, Vocat. declin. masc. secundae, ab отец pater. отец ope ец formatum est ab от.

наш noster, Pron. poss. m. a Genit. нас, ope ь formatum, mutato с in ш.

иже qui, Pron. relat. m. compositum ex и et же.

еси es, 2. pers. Verbi есмь, quod est ope мь ab ес formatum.

на in, Praep. quae praeter Accusativum etiam Localem regit.

нб҃сѣх lege небесѣх coelis, loc. plur., declin. tertiae neutrorum, a небо.

да utinam, particula Optativi formativa; alias Conjunctio: ut.

ст҃итса lege сватитса sanctificetur, tertia pers. sing. in Praes. a сватитиса, passivo ope са formato. Activum сватити est a сват sanctus.

има nomen, Nomin. declin. tertiae neutrorum. Est vero има ab иму, яти, capere, quasi dicas conceptus, quod concipitur.

твое tuum, Pron. secundae pers. possess. n. cujus masc. твой ope ой a ты formatum est.

да прїидет adveniat, tertia pers. fut. a прїиду, composito ex при et иду, quod est ope ду a syllaba и formatum, Inf. ити.

ц҃рствїе lege царствїе regnum, Nomin. declin. secundae neutr., a царь, rex, ope ствїе formatum. твое tuum, ut supra.

да будет fiat, будет erit, fiet, tertia pers. sing. a буду, quod est a бу ope ду formatum, Inf. быти.

вола твоа voluntas tua, вола Nomin. declin. secundae femin. твоа femin. a твой.

яко sicut, Conjunctio a pronom. и ope ак formata.

на нб҃си, на небеси in coelo, Localis sing. declin. tertiae neutr. a небо.

и на земли et in terra, и Conj., на Praep., земли Localis sing. declin. secundae fem. a земля; л post м est epentheticum, igitur земля pro зема.

хлѣб наш panem nostrum, хлѣб Accus. sing. declin. primae masc. aequalis Nominativo.

насущный ἐπιούσιον (supersubstantialem, quotidianum) Accus. masc. Adjectivi compositi ex на et сущный, quod est formatum ope ный a Gerundivo сущ, Verbi есмь. Pro насущный olim legebatur насущественный, a насущество ἐπιουσία.

даждь da, Imp. pro дади, ab inusitato даду pro дамь. Vide verba anomala.

нам nobis, Dat. plur. Pron. primae pers. ab Accus. ны, Nomin. мы.

днесь hodie, Adverbium compositum ex день et demonstrativo сь hic, proprie: die hoc.

и остави нам et dimitte nobis, Imper. secundae pers. Conjug. tertiae, ab оставити, relinquere, quod est compositum ex о et ставити, factitivo formae quartae a стати stare.

долги, olim длъгы, debita, Accus. plur. Declin. m. 1. a долг.

наша nostra, Accus. plur. Pronominis possessivi наш.

яко, olim якоже, sicut, Adverbium.

и мы et nos, Nomin. plur. Pron. 1. pers., cum quo Accus. sing. мѧ, et Dat. ми conferri possunt. Nom. sing. аз radicem propriam constituit.

ѡставлѧем dimittimus, Praes. 1. pers. plur. iterativi ѡставлѧти, ab ѡставити.

должникѡм debitoribus, Dat. plur. Declin. masc. 1. a должник, quod est ope ник a долг formatum.

нашым (scribendum нашим) nostris, Dat. plur. a Pron. poss. наш.

и не введи et ne inducas, и Conj., не particula negativa Verbis praefigi solita, введи 2. pers. sing. Imperativi a composito введѹ inducam, cujus simplex, rejecta praepositione, est ведѹ duco.

нас nos, Genitivus plur. Pron. 1. pers. pro Accus. ны, ob negationem не.

в напасть in tentationem, Acc. sing. ob praepositionem в, Declin. fem. quartae, qui a Nom. напасть non differt. Abstractum напасть est ab Infin. напасти, incidere, incursitare, fut. нападѹ, cujus simplex, rejecto на, est падѹ cado.

но sed, Conjunctio, olim нъ.

избави нас libera nos, secunda pers. sing. Imperativi a composito избавити eripere, eximere, cujus simplex бавити est factitivum a быти esse.

ѿ a, Praep. regens Genitivum, ѿ лꙋкавагѡ ἀπὸ τȣ̃ πονήρȣ.

лꙋкавагѡ malo, Genit. sing. masc. Declin Adject. definitorum primae, cujus indefinitum лꙋкав ope ав a лꙋка, dolus, formatum.

ꙗкѡ quia, Conjunctio.

твое есть tuum est, есть tertia persona sing. Verbi anomali есмь.

цр҃ствїе regnum, vide supra.

и сила et potentia, δύναμις, и слава et gloria, Nominativi sing. Declin. fem. 1. слава, unde et славити glorificare, est a слꙋю seu словꙋ, unde et слово.

во вѣки, olim въ вѣкы, in secula, Accus. plur. Declin. m. 1. á вѣк aetas, seculum.

Analysis versuum aliquot ex Evangelio Joh. Cap. I.

Praemittam primos tres versiculos et quarti partem ex Alexii Metropolitae Mosquensis versione descriptos (sine contractionibus codicis), ut cum textu superius p. 70-72. expresso conferri possint.

искони бѣ слово. и слово бѣ къ богꙋ. и бог бѣ слово. сь бѣ искони къ богꙋ. вса тѣм бꙑша. и без него бꙑсть ничтоже еже бꙑсть. в том живот бѣ.

О о искo-

искони in principio, Adverb. ex из et Genit. кони, a конь initium. Alii вначалѣ: в in, Praepositio, началѣ initio, Localis Declin. neutr. 1. a начало, quod est орело a начати, incipere, formatum.

бѣ fuit, Praeter. 3. pers. sing. a быти; alii бяше erat, Praet. iterat. pro бѣяше a бѣ.

слово verbum, Nomin. Declin. 1. neutr.

къ πρός, ad, apud; alii ѿ бога a Deo.

богꙋ deo, Dat. sing. a бог, Declin. m. 1. бога Gen. Declin. m. 1.

бог deus, Nomin. Declin. m. 1.

сь hic, οὗτος, Pron. demonst. masc. Alii се hoc, referendo ad слово. Editi сей referendo ad Dei filium λόγος, quod jam Alexius fecerat.

вся omnia, Nomin. plur. neutr. a весь. Alii все in singul.

тѣм per eum, Instrum. sing. a Pron. тъ.

быша facta sunt, Praet. 3. pers. plur. a бы. Alii бы, alii бысть, in sing. referendo ad все.

и et, Conj. без sine, Praep. regens Genit.

без него sine eo, (Codd. Serb. без нкго, Cod. Sec. XII. Mosqu. бежнкго), него cum prosthetico н ob praecedentem praepositionem pro его seu кго, Genit. Pron. tertiae pers. и.

бысть ничтоже Alexius ordinem graeci textus ἐγένετο οὐδὲ ἕν pressius secutus est, cum quo facit

et

et Mosqu. secundus, retenta tamen negatione не: небы ничтоже, quam Syntaxis slavica exigit.

ничтоже nihil, Nominat. Pron. compositi ex negatione ни et что quid, et emphatico же.

бысть factum est, antiquiores Codd. Syntaxi slavicae convenienter legunt небы, небысть. Negatio enim не Verbo praeponi debet, etiamsi alia vox negans in constructione inveniatur.

бы factum est, Praet. simplex a быти. быст vero coaluisse videtur ex бы есть factum est.

еже seu иже quod, Nomin. Pron. relat. neutrius generis ab иже, quod ex и et же compositum est.

бы, seu ut alii legunt бысть, vide supra.

вътом in ipso, въ in, Praep. regens Localem.

том Loc. sing. Pron. demonst. a тъ.

живот vita, Nom. Declin. m. 1. живот formatum est ope от ab Adjectivo жив vivus, quod est a Verbo живѹ, жити, vivere.

бѣ erat, fuit, Praet. a быти esse.

и живот бѣ et vita erat.

свѣт lux, Nomin. Declin. m. 1.

чл҃ком hominum, proprie hominibus, Dat. plur. declin. m. 1. a человѣк, quod ope ов et ѣк a чел formatum videtur. Confer чело frons et челадь familia.

и свѣт et lux, vide supra.

въ тьмѣ, во тьмѣ, in tenebris, sing. Declin. fem. 1. a тьма, quod est ope а a radice тьм seu тем formatum. Confer Polonorum ćma, quorum ć respondet slavico ть.

свѣтіть, alii свѣтиться, lucet, tertia pers. sing. Praes. a свѣтити seu свѣтитися, quod est a свѣт lux.

и тьма et tenebrae, vide supra.

єго eum, in editis єгѡ, Genit. Pronom. tertiae personae, Declinat. 2. ab и, pro Accus. и, ob negationem не in непостиже.

постиже comprehendit, Praet. tertiae pers. sing. a постигнȣ, quod est compositum ex по et стигнȣ, cujus Iterativum est стигати seu стизати, Praes. стигаю. Alii неѡбꙗтъ, uti nunc editi. ѡбꙗт Praet. simplex ѡбꙗ cum т paragogico, ab ѡбимȣ, ѡбѧти, amplecti, complecti, quod est compositum ex ѡб et имȣ, Inf. ꙗти capere.

Gram-

Grammaticae Slavicae

Pars III.

De Vocum Constructione.

I.

Syntaxis Convenientiae.

§. 1.

Sermo constat Subjecto, Copula et Praedicato. Subjectum casu recto sive Nominativo Pronominum personalium et Substantivorum exprimitur:

a. аз нищ есмь и оубог, ego egenus sum et pauper.

b. бог твой есмь аз, Deus tuus sum ego.

c. ты еси бог спас мой, tu es Deus salvator meus.

d. ты страшен еси, tu terribilis es.

e. сей есть сын божїй, hic est filius Dei.

f. той есть щедр, ipse est misericors.

g. меч есть язык царев, gladius est lingua regis.

h.

h. жива бꙋдет дꙋша ваша, vivet anima vestra.

i. сїе есть праведно, hoc est justum.

k. блажени сꙋть раби тїи, beati sunt servi illi.

l. вси пꙋтїе егѡ прави, omnes viae ejus rectae.

m. затворены быша двери, clausae erant fores.

n. стрѣлы младенецъ быша ꙗзвы их, sagittae parvulorum factae sunt plagae eorum.

o. бахꙋ же и жены издалеча зрѧще, erant autem et mulieres de longe aspicientes.

p. твоѧ сꙋть небеса, tui sunt coeli.

q. всѧ моѧ твоѧ сꙋть, omnia mea tua sunt.

r. сїѧ словеса истинна божїѧ сꙋть, haec verba Dei vera sunt.

s. та сꙋть скверна̂щаѧ человѣка, illa sunt quae polluunt (τὰ κοινῶντα) hominem.

t. егѡже клѧтвы оуста егѡ полна сꙋть, cujus maledictione os ejus plenum est.

Vides hic omnia, quae de Subjecto praedicantur, numero et genere, copulam etiam persona, cum Subjecto convenire.

§. 2. In tertia persona copula (есть et сꙋть) saepe subintelligitur, quin exprimatur:

u. свѧто и страшно имѧ егѡ sanctum et terribile nomen ejus.

x. заповѣдь господнѧ свѣтлаѧ просвѣщающаѧ очи praeceptum Domini lucidum illuminans oculos.

γ. сотове медовнїи словеса добра, favi mellis verba bona.

z. небо высоко, земла же глубока, сердце же царево неwбличително (olim необлично) coelum excelsum, terra autem profunda, cor vero regis argui non potest (ἀνεξέλεγκτος); Vulg. coelum sursum et terra deorsum et cor regum inscrutabile.

§. 3. Omnia verba, dum Praedicatum agunt, copulam includunt: око видит, oculus videt, оухо слышит, auris audit, птица летит avis volat, огнь палит ignis urit; лѣта твоа неwскудѣют anni tui non deficient.

§. 4. Vocativus est vicarius Nominativi. Subjectum itaque, quod alloquimur, aut nomine suo compellamus, casu vocativo exprimendum est: боже, господи, спасителю, жено, богородице, царице, владычице, госпоже, дѣво марїе мати etc. едине, истинне праведне, щедре и милостиве.

α. воскресни боже, exurge Deus.

β. прїиди брате мой, veni frater mi.

δ. благослови владыко, benedic Domine.

ε. отче наш иже еси etc., pater noster, qui es etc.

ζ. вскую прискорбна еси душе моа, quare tristis es anima mea.

η. боже святый владыко, небесный Іс҃е Х҃е царю, Deus sancte Domine, coelestis Jesu Christe rex.

ϑ.

ѳ. возлюблю та господи крѣпости моа diligam te domine, fortitudo mea.

і. радости моа, избави ма, gaudium meum, libera me.

Nunc in correcta Psal. 17, 2. крѣпосте, et Ps. 31, 7. радосте, male utique. Antiquae enim editiones крѣпости, радости legunt. Sic et Psalt. Venetum et Codd. Mss. Confer supra p. 481.

§. 5. Quod de duobus Subjectis, etiam diversis, praedicatur, numero duali exprimere amant Slavi veteres, cui tamen in libris impressis pluralis non raro substitutus fuit, praecipue in 1. persona.

а. мы подобострастна себѣ вам человѣка благовѣствѹюща вам Act. 14, 15. Ostrog. мы quidem est in plurali pro вѣ seu ва, себѣ in duali pro сва, in quibusdam editis сма. In correcta plurales подобострастни есмы человѣцы благовѣствѹюще substituti sunt.

в. мы оубо вправдѹ: достойнаа бо по дѣлом наю воспріемлева (alii вѣ - въспріемлевѣ) Luc. 23, 41.

в аз и отец едино есвѣ olim (nunc есма pro masc. сва) Joh. 10, 30.

г. аз и Іωнаѳан сын мой станева in Mosqu. prima, (станевѣ in Ostrog., станем in correcta) 1 Reg. 14, 40.

д. вхрамѣ божїи ходиховѣ Psal. 54, 15. in Ostrog. Melius Psalt. Ven. ходихова, correcta in plurali вдомꙋ-ходихом.

е. гдѣ хощеши, оуготоваевѣ Luc. 22, 9. Cod. Kop., оуготоваем in editis.

ж. вам вѣ благовѣствꙋевѣ Act. 13,23. in Damiani Apostolo. Confer p. 491.

ѕ. пойдевѣ оубо на поле Gen. 4, 8. in Ostrog., пойдем in correcta.

з. да помнивѣ Gal. 2, 10. Mss. et Ostrog., помнима editiones mediae, помним postremae.

и. прїиди брате мой: изыдевѣ на село, въдворивѣся въселех, оуранивѣ въвиноградѣх, видѣвѣ аще — Cant. 7. 11. 12. in Ostrog. Correcta plurales и взыдем, водворимся, ураним, увидим substituit.

Confer quae p. 548. de terminatione masculina ва diximus. In Mss. quidem, quae mihi consulere licuit, pro masc. ва ubique вѣ reperi. Pro хощева, просива, садева, можева (Marc. 10, 35. 37. 39.) leguntur in Cod. Ossolinskiano, Kopit. et in Ostrog. editione хощевѣ, просивѣ, садевѣ, можевѣ. In Damiani Apostolo constanter вѣ in utroque genere usurpatur: имавѣ, давѣ, помнивѣ, можевѣ, възвращшасе оба да посѣтивѣ, in Praeteritis ходиховѣ, видѣховѣ, слышаховѣ, проповѣдаховѣ etc. Sic in poemate de Igore оба есвѣ, вѣ-опꙋтаевѣ.

Se-

Secundae et tertiae dualis exempla cape e Lucae capite 24. postremae editionis.

і. и се два ѿ них бѣста идꙋща въ тойже день въ весь — v. 13. и та бесѣдоваста къ себѣ — v. 14.

к. и бысть бесѣдꙋющима има и совопрошающимаса (Ostrog. съвопрашащимаса) v. 15.

л. очиже ею держастѣса, да егѡ не познаета v. 16.

м. рече же к нима: что сꙋть сїа, ѡ нихже стязаетаса къ себѣ идꙋще (Ostrog. идꙋща) и еста драхла v. 17.

н. и рече им (Ostr. има): кїих; онаже рѣста емꙋ v. 19.

о. и той рече к нима (Ostr. кним): ѡ несмысленнаа и кѡснаа сердцем v. 25.

п. и приближишаса (plural.) въ весь, внюже идаста v. 28.

р. и нꙋждаста его, глаголюще (plur.): ѡблязи съ нама — и вниде съ нима ѡблещи (Ostrog. облежти) v. 29.

с. онѣма же ѿверзостѣса очи и познаста его v. 31. (Ostrog. ѿверзостаса masc. pro femin.)

т. и рекоста къ себѣ: не сердце ли наше гора бѣ въ нас v. 32. Ostrog. наю in Gen. duali, et внаю in Locali duali.

ꙋ. и воставша въ той час, возвратистаса — и ѡбрѣтоста v. 33. и та повѣдаста v. 35.

ф.

ф. онѣ же пристѹпльшѣ (Ostr. et Mss. пристѹпльши) ѩстѣсѧ за нозѣ єгѡ и поклонистѣсѧ емѹ Matth. 28, 9. Mardarii editio поклонистасе, Cod. Mss. etiam ѩстасѧ, mascul. pro femi-nino.

х. посластѣ ѹбо сестрѣ к немѹ, глаголюще (plur.) Melius Ostrog. in duali глаголющи Joh. 11, 3.

ѿ. аще же брат или сестра нага бѹдета и лишени (plur.) бѹдета дневныѧ пищи Jac. 2, 15. Sic Ostrog. At Damiani Apost. лишена in duali, Correcta in plur. наги бѹдѹт, лишени бѹдѹт.

Anomalia generis etiam in secunda et tertia persona locum habet. In his autem masculina terminatio та pro feminina тѣ usurpatur, etiam in Codd. antiquis. In Damiani Apostolo єста pro єстѣ. милость и правда срѣтостѣсѧ, правда и мир ѡблобызастасѧ Ps. 84, 11. in correcta. Ostrog. vero et Psalt. Ven. срѣтостасѧ habent. At Psalm. 13, 7. идѣже стоястѣ нозѣ єгѡ omnes tres conspirant. Pluralem Verborum cum duali Substantivorum constructum jam in editione Ostrog., saepius tamen in correcta invenias: очи блѹи оу-зрѧт pro оузритѣ. Zach. 13, 8. correcta editio plura-les потребѧтсѧ, изчезнѹт cum duali двѣ части еѧ construit. Ostrog. vero duali utitur: двѣ еѧ части потребитесѧ и оугиблете, vitiose utique pro по-требитѣсѧ, оугиблетѣ, uti Mosqu. prima recte emen-davit.

§. 6. Substantivo collectivo singulari jungi-tur Verbum in singulari: сонм людей ѡбыдет тѧ Psal. 7, 8. synagoga populorum circumdabit

te;

te; оумолча же все множество Act. 15, 12. tacuit autem omnis multitudo. Saepe tamen etiam in plurali:

1. кто сꙋть братїа моа Matth. 12, 48. Qui sunt fratres mei?
2. цѣлꙋют вы (вас) сꙋщаа сомною братїа Phil. 4, 21. Salutant vos, qui mecum sunt, fratres.
3. сонм лꙋкавых ѡдержаша ма Psal. 21, 17. Concilium malignantium obsederunt (obsedit) me.
4. рци гакѡ каменїе се (сїе) хлѣбы бꙋдꙋт Matth. 4, 3. Dic ut lapides hi panes fiant.
5. воскликнѣте богови вса землаа Psal. 97, 4. Jubilate Deo omnis terra. Hic tamen Slavus magis graecum textum exprimere studuit.

Sic останок людей идоша. Apud Nestorem pluralis Verbi cum Collectivo saepissime legitur: прок лодей (ладїй) возвратишась на побѣг (residuum navium); идꙋт рꙋсь и гаали сꙋть; побѣдахꙋ кождо своим; елико нас крестилиса есмо (есмы).

Exemplum secundum docet Adjectivum cum collectivo connecti in singulari. At non desunt exempla, in quibus adjectiva etsi coacte in plurali construuntur. немощным братїи 1 Cor. 8, 9. Ostrog. infirmis fratribus. At correcta delevit братїи cum in Graeco non legatur. 3 Macch. 4, 5. Ostrog. бедаше бо са старец множество, сѣдинами оубѣлены и — слачены; correcta melius ведомо бо баше престарѣлых множество сѣдинами украшенных, — слаченых, referendo participialia adjectiva ad Genitivum престарѣлых. Psalt. 151, 5. братїа моа добри и белицы,

и

и не благоволи в них гдь. Melius Psalt. Ven. добра и велика, quamvis в них (ἐν αὐτοῖς) in plurali legat, quod ad collectivum femininum братїа referendum erat.

Numeralia пѣть, шесть etc. considerari possunt ut Collectiva neutra, hinc etiam cum iis verbum in plurali subinde construitur: пояша ю седмь Marc. 12, 22. acceperunt eam septem (οἱ ἑπτά); at v. 20. седмь братїй бѣ septem fratres erant. Vide infra Syntaxim Numeralium.

§. 7. Syntaxim graecae potius linguae, quam suae observasse censendus est interpres slavus, quoties ille verbum singulare cum neutro plurali conjungit: Psal. 1, 3. Ostrog. Ven. et correcta вся, елика аще творит, оуспѣет (κατευοδωθήσεται), prosperabitur, pro оуспѣют prosperabuntur. 1. Cor. 10, 23. Ostrog. вся ми лѣть есть (ἔξεστιν), at mox eodem versu вся ми лѣть сѹть. Correcta utroque loco сѹть. Luc. 11, 26. Cod. Kopit. бывакт послѣдняя (γίνεται τὰ ἔσχατα), editi бывают. Exstant et alia servilis imitationis exempla, quae docent, interpretem nullam habuisse rationem generis vocum slavicarum, dummodo in graeco neutra pluralia cum verbo singulari constructa invenerit: Ostrog. 2 Tim. 2, 20. нѣсть точїю сосѹди злати и сребрени, но и древяни (οὐκ ἔστι σκεύη etc.) non solum sunt vasa aurea etc. Melius correcta не точїю сосѹди злати и сребряни сѹть etc. Psal. 19, 4. вся сожения (lege всесожжения) твоя тѹчна бѹ-

ди

ди Ostrog., at Venet. Psalt. et correcta всесожженїе твое тȢчно in singulari, cum graeco. In Psalterio Kioviensi in Cantico Moysis: да снидет ꙗко роса глаголы (lege глаголи) мои Deut. 32, 2. (*καταβήτω — τὰ ῥήματα*), at Ostrog. Psalt. Venetum et correcta снидȢт, syntaxi slavicae conformius.

Graecissat nimium interpres 1 Macch. 12, 23. и наша ваша есть *τὰ ἡμῶν ὑμῖν ἐςιν*, melius correcta и ꙗже наша, ваша сȢть. Et 1 Macch. 4, 27. melius nunc не ꙗже хоташе, такова быша, quam olim: не како хотѣ такова быть, *τοιαῦτα γεγόνει*.

§. 8. Pronomina personalia, si Subjecta agant, exprimere non magis amat Slavus, quam aut Graecus aut Latinus, nisi emphasis aut alia ratio id exigat.

раб твой есм (subintellecto аз).

нѣсмы нощи ниже тмы (subintellecto мы).

кто еси? (subaudi ты); что твориши?

божїи есте и сынове вышнагѡ вси.

градет, идет, лежит, спит, молитсѧ.

ꙗдахȢ, пїахȢ, женѧхȢсѧ, посѧгахȢ.

аз рȢкою моею оутвердих небо.

аз есм бог и нѣсть иного.

чадо, ты всегда со мною еси.

выже ꙗкѡ человѣцы оумираете.

аще ꙗсте и пїете, не вы ли ꙗсте и вы пїете Zach. 7, 6.

он же рече, они же рѣша, они же искахȢ etc.

Quo

Quo in casu он demonstrativum vices agit Pronominis personalis tertiae personae и, quod in Nominativo non est in usu.

Pronominibus personalibus utuntur Russi pro Verbo есмь; hinc in Ostrogiensi Deuter. 14, 1. сн҃ове бо҃ вы г҃а б҃а вашего, pro сынове есте, uti recte correcta.

§. 9. Si Nominativi personarum diversarum pluralem aut dualem postulent, potior ratio habenda est primae et secundae quam tertiae personae. Praestat enim prima reliquis duabus, secunda tertiae: аз и сн҃ мой и братїа моя повинуемся закону. аз и дом отец моих согрѣшихом, ты и сынове твои прославитеся. ты и сына твоя жива будета.

§. 10. Verbum in plurali aut duali masculino generi utpote praestantiori se conformat: отец мой и мати моя ѡстависта мя; жезл твой и палица твоя, та мя оутѣшиста; правда и мир ѡблобызастася. Psal. 83, 3. сердце мое и плоть моя возрадовастася per anomaliam generis, pro возрадовастѣся. Eadem licentia Psal. 84, 11. duo feminina Substantiva in antiquis editionibus cum duali masculino construuntur: милость и истина срѣтостася, in correcta срѣтостѣся. Confer pag. 587.

§. 10.

§. 11. Adjectiva et pronomina possessiva numero et genere concordare cum Substantivis, exempla §. 1. subnexa docent. Idem valet de Participiis passivis in utroque numero, de activis in л in singulari, immo et de Gerundivis, praecipue si assumta terminatione definita in Adjectiva transeant.

предан бых; виноград-пожжен огнем и раскопан. да знаема будет сила его.

аще не гдь помогл бы ми, въ малѣ вселилася бы въ ад душа моя.

буди имя господне благословено. осля твое отято ѿ тебе (будет). заблудих яко овча погыбшее.

спасени будем. людїе зиждемїи восхвалят гда, падоша язвени мнози.

сынове твои и дщери твоя ѿданы будут языку иному. дѣвы их не ѡсѣтованы быша, вдовица (plur.) их не оплаканы быша.

благословена племена утробы твоея Ostrog. бл. исчадїя чрева твоего correcta, Deut. 28, 4. et v. 18. проклята племена (corr. исчадїя) утробы твоея. та (corr. сїя) врата заключена будут Ezech. 44. 2.

Anomaliae generis in Ostrog. Deut. 28, 17. проклаты гумна твои et c. 17, 20. многи лѣта (corr. recte многа лѣта) excusari possint, cum et Poloni et Russi femininum cum plurali neutro construant. At 2 Macchab. 6, 10. двѣ бо жены оклеветани суть

nullo

nullo modo tolerari potest, hinc et correctum fuit. Legitur enim nunc ѡклеветаны быша in feminino. Corrigi autem etiam debuisset 1 Macch. 3, 29. дани ѿ стран мали, cum дани femininum sit, cui fem. малы respondet. Etiam Apoc. 1, 15 et 2, 18. нозѣ подобни corrigendum fuit. Editor Mosqu. primae недолжна бо сѫть чада 2 Cor. 12, 14. male correxit ponendo fem. недолжны, Correctores vero recte restituerunt neutrum недолжна. At 2 Cor. 10, 10. посланїѧ — тѧжки и крѣпки, Apoc. 13, 5. даны быша емѹ ѹста глаголюща incorrecta mansere. Apoc. 12, 14. даны быша женѣ двѣ крылѣ, mutarunt solum correctores dualem in pluralem два крыла, cum quo feminin. даны (pro neutr. дана) construxere.

In libris recentius in Polonia aut Russia translatis ex. gr. in Pentateucho, libris Regum et Paralipomenon, Macchabaeorum, leguntur subinde Gerundiva foeminina in щи, ши terminata pro masculinis: хотѧщи, глаголющи pro хотѧ, глаголѧ, ѹмноживши, ѹзрѣвши pro ѹмножив, ѹзрѣв. In plerisque locis correctores restituere terminationem masculinam. Num. 22, 32. olim ѹзрѣв мѧ ослѧ, nunc видѧ мѧ ослица male pro видѧщи (aut видѣвши). Mutato enim genere Substantivi etiam mutanda erat terminatio Gerundivi. 2 Macch. 1, 22. olim егда слнце всїѧ первїе въ облацѣ сѫщи (ὤν), nunc е. с. возсїѧ прежде облачно (ἐπινεφὴς) сѫщо. Viderunt illi femininum сѫщи non posse convenire neutri слнце, mutarunt itaque genus, sed pro vulgari сѫщо utique сѫще scribendum erat. Confer Matth. 6, 30. сѣно селное днесь сѫще. Gerundivorum terminationem masculinam convenire etiam neutris supra diximus: сердце горѧ бѣ Luc. 24. 32, зерно пшенично пад Joh. 12, 24. Immo olim око рѹгаѧй Prov. 30, 17. pro рѹгаѧ, nunc рѹгающее cum terminatione definita pro рѹгающе.

§. 12. Adverbium исполнь, olim et свободь, non raro etiam Comparativi Adverbiorum, quando Adjectiva supplent, omni numero et generi tribuuntur: исполнь земля, правды исполнь десница твоя; четыри животна исполнь очес; мнозѣх птиц лучше есте вы meliores estis vos. Joh. 8, 33. 36. свободь будете in Mss., свободни in editis. еда кто честнѣе тебе honoratior te Luc. 14, 8. (In Mss. minus antiquis честнѣй in masculino). сего послушав мудрый премудрѣе будет σοφώτερος ἔςαι Prov. 1, 5. сей же бяше славнѣе всѣх Gen. 34, 19. (nunc славнѣйшій). меншій перст мой толстѣе есть чресл отца моего 2 Paral. 10, 10. Russi et hodie Adverbiis pro comparativis Adjectivorum utuntur, uti quandoque veteres Interpretes. Cape duo exempla ex Damiani Apostolo: толико луче быв агл, елико различнѣе их наслѣдова име Hebr. 1, 4. nunc толикѡ лучшій быв аггльѡв, еликѡ преславнѣе паче их наслѣдствова имя. Respondet autem луче быв, uti лучшій быв, graeco κρείττων γενόμενος. 1 Cor. 15, 19. пуще есм miserabiliores sumus, ἐλεεινότεροι ἐσμέν, nunc ѡкаяннѣйши есмы.

§. 13. Adjectiva, quorum pleraque duplicis terminationis, indefinitae et definitae, capacia sunt, si Praedicatum agant, indefinitam terminationem postulant: благ есть сот; буду тебѣ подобен; блага милость твоя; да будут сынове его сири.

су-

сꙋдбы твоѧ благы. да бꙋдꙋт чресла ваша пре-
полсана.

Si substantivis connexa Subjectum aut Praedicatum compleant, et determinent, etiam terminationem definitam admittunt: доброта небеснаа, слава звѣзднаѧ. дивны высоты морскыѧ; гора божіѧ гора тꙋчнаѧ, поношеніе вѣчное; хлѣб небесный, недꙋг долгый; помянꙋ (memor fuit) слово сватое свое. мышца сватаѧ егѡ. нѣмы да бꙋдꙋт оустны лстивыѧ Psal. 30, 19. muta fiant labia dolosa, τὰ χείλη τα δόλια. Supplent nimirum Slavi terminatione definita articulum aliarum linguarum. Quotiescunque igitur in Graeco articulus Adjectivis praefigitur, interpres Slavus terminatione definita utitur. Marc. 8, 22. приведоша кнемꙋ слѣпа τυφλὸν, at v. 23 ем за рꙋкꙋ слѣпаго τῦ τυφλῦ, cap. 10, 46. вартимей слѣпый ὁ τυφλὸς. V. 49. Substantivo uti maluit Slavus pro Adjectivo definito: возгласиша слѣпца τὸν τυφλὸν, v. 51. слѣпый же (ὁ δὲ τυφλὸς) глагола емꙋ. Rom. 8, 16. самый дꙋх спослꙋшествꙋет дꙋхови нашемꙋ αὐτὸ τὸ πνεῦμα. Luc. 5, 31. не трбꙋют здравіи врача, но болѧщіи, non indigent qui sani sunt, medico, sed qui male habent, οἱ ὑγιαίνοντες — οἱ κακῶς ἔχοντες. Psal. 63, 11. похвалатсѧ вси правіи сердцем laudabuntur omnes recti (οἱ εὐθεῖς) corde; Luc. 6, 6. рꙋка емꙋ десная бѣ сꙋха manus ejus dextera (ἡ δεξιὰ) erat

arida (*ξηρά*). Matth. 11, 5. Slavus Adjectivis definitae terminationis utitur, quia vices Substantivorum seu Subjectorum supplent, quamvis in Graeco articulus non praefigatur: слепїи прозираютъ и хромїи ходатъ, прокаженнїи ѡчищаютса и глꙋсїи слышатъ, мертвїи востаютъ и нищїи благовѣствꙋютъ caeci *τυφλοὶ* etc. Sic творай (*ὁ ποιῶν*), претворай, призывай, разливай Amos 5, 8. огнь попаляй, пламень пожигаай Psalm. 82, 15.

§. 14. Si proprie Substantivum Subjectum aut Praedicatum constituat, Adjectivum ei connexum terminationem jam indefinitam, jam definitam admittit. мал квас все смѣшенїе квасит Gal. 5, 9. modicum fermentum, *μικρὰ ζύμη*. сїе море великое и пространное Psal. 103, 25. hoc mare magnum et spatiosum, *αὕτη ἡ θάλασσα ἡ μεγάλη* etc. Quo antiquiores libros consulas, eo frequentiorem usum Adjectivorum indefinitorum invenias, ut facile augeri possint exempla, quae paradigmati possessivi павлов supra p. 484—488. subjunxi. Ad illustranda, quae p. 486 de Vocativi flexione dicta sunt, locum e 2 Macch. 1, 24. 25. adducam. гд҃и, гд҃и бж҃е всѣх творче, страшный (*ὁ φοβερὸς*), крѣпкїй, и праведный, и милостивый, единый (*ὁ μόνος*) царю и благїй, единый дателю, едине праведне (*ὁ μόνος δίκαιος*) и вседержителю, и вѣчный, спасаай (*ὁ διασώζων*) —, сотворивый

(*ὁ ποι-*

(ὁ ποιήσας) —, и ѡ҆́тивый их, ubi единый cum Substantivis, едине vero cum Adjectivo праведне constructum est.

Hebr. 9, 12. in correcta editione legitur вѣчное искꙋпленїе ѡбрѣтый, licet εὑράμενος articulo careat. At in Damiani Apostolo ѡбрѣт, sine terminatione definita ый. Ostrog. aliam quidem vocem, sed terminationem indefinitam habet: вѣчное избавленїе сътворив. Numeralia ordinalia sine terminatione ый vix unquam reperias; in Dam. Apostolo tamen 2 Pet. 2, 5. осма нѡѧ pro осмагѡ occurrit. In eodem Hebr. 10, 31. страшно впасти вьркѹцѣ кога жива, Θεȣ̃ ζῶντος, sic et in Ostrog. licet еже ante впасти (τὸ ἐμπεσεῖν) inserat, in correcta vero страшно есть еже — бога живагѡ.

§. 15. Possessiva in ов, ев, ень, ин, et ope ь formata, ut пророч, единорождь, княж, respuunt terminationem definitam, exceptis божїй, вражїй, кравїй et paucis aliis, quae tamen in obliquis quibusdam casibus ut indefinita inflectuntur. Gentilia in еск in antiquis libris obvia, in recentioribus скый (скїй) amant. Hinc et мѹжескый, женскый пол, olim мѹжеск, женеск (in Dam. Apostolo мѹжьск, женьск), талантеск, pro quo Apoc. 16, 21. талантес male in editionibus omnibus impressum est. Confer p. 131.

§. 16. Utuntur vero Slavi Adjectivis possessivis, uti et quibusdam aliis, loco Genitivi aliarum linguarum. сын божїй est filius Dei, гора божїа mons Dei, слово господне verbum Domini; дом

да-

даві́дов Domus Davidis, сын Іѡсифов et Іѡсифль, Іакѡвл, леві́ин, гора сіѡна, колѣно Іу́дово tribus Judae, лоно авраамле sinus Abrahae, сѣть діаво-ла laqueus Diaboli, рука грѣшнича, има пророче nomen prophetae, подобіе змі́ино similitudo serpentis, ребра сѣверова latera aquilonis. глубина морскаа profundum maris, пѣсък морскый arena maris; звѣрь тростен fera arundinis, звѣріе дубравні́и ferae sylvarum, хлѣб аггелскыи panis angelorum, сѣнь смертнаа umbra mortis, смерть крестна mors crucis, цвѣт селный flos agri, власи главні́и capilli capitis, оуглі́е огнено carbones ignis, в главизнѣ книжнѣ in capite libri, в гласѣ трубнѣ in voce tubae, глас пищалск sonus fistulae etc.

§. 17. Numeralia един, два, три, четыри Adjectivorum more cum Substantivis construuntur. пать, шесть etc. сто, тысуща (тысаща), тма, utpote Substantiva singularia verbum in singulari postulant:

пать их пало Apoc. 17, 10. quinque (οἱ πέντε) ceciderunt.

не пать ли птиц цѣнитса Luc. 12, 6. veneunt.

шесть днíй есть Luc. 13, 14. sex dies sunt.

седмь оубо братíа бѣ Luc. 20, 29. septem — erant.

бысть же ему сынов седмь Ostrog. Job. 1, 2. (correcta быша же ему сынове седмь minus recte),

да-

дано бысть им седмь трѹб Apoc. 8, 2.

изыде седм аггл из храма Apoc. 15, 6.

десать рог гаже видѣ, десать царей есть Apoc. 17, 12. Ostrogiensis (correcta десать рогѡв гаже видѣл еси, десать царей сѹть in plurali, minus recte).

аще бѹдет нѣкоемѹ члкѹ сто овец Matth. 18, 12.

падет ѿ страны твоеа тысаща, и тма ѡдеснѹю тебе Psal. 90, 7.

бѣ же въ корабли всѣх дѹш двѣстѣ седмьдесать и шесть Act. 37, 37. Slavus in 3. pers. бѣ pro ἦμεν, eramus; fortasse olim legebatur бѣ же нас.

коликѡ есть дней раба твоего Ps. 118, 84. quot sunt dies servi tui.

§. 18. Negligi syntaxim slavicam in editionibus recentioribus plura exempla docent. Sed et in antiquis subinde verbum plurale cum numeralibus шесть etc. connexum probat, interpretes syntaxim graecae linguae potius secutos fuisse, quam slavicae: поюша ю седмь Marc. 12, 22. седмь бо имѣша ю женѹ v. 23. бѹдѹт бо ѿ селѣ пать в едином домѹ раздѣлены (pro раздѣлени) Luc. 12, 52. седмь глав горы сѹть седмь Apoc. 17, 9. et v. 10. царїе седмь сѹть. глаша седмь громѡв Apoc. 10, 3. егда исполнишаса осмь днїй Luc. 2, 21. въ немже малѡ, сирѣч осмь дѹш спасошаса 2 Petr. 3, 20.

Fac-

Factum id est praecipue, ubi Adjectiva simul cum numerali construenda fuere: дрѹгїѧже седмь крав (Ostrog. кравы in Nominativo) изыдоша Gen. 41, 3. Rectius utique дрѹгых седмь крав изыде. и падоша ранени — пѧт сѡт тысѧщ мѹжей крѣпких 2 Paral. 13, 17. pro паде раненых etc. бѣхѹ же тѹ водоноси камен̑ни шесть лежащѥ Joh. 2, 6. Melius in Codd. Serb. Pragensi et Kopit. бѣ же тѹ водонос камен шесть лежещ. пѧть же бѣ ѿ них мѹдры и пѧть юродивы Matth. 25, 2. Non aliter Mardarii editio, licet бѹѥ (i. e. бѹѧ) legat pro юродивы. At Cod. Kop. omnino recte Genit. мѹдрых, бѹих. Vide Regimen Numeralium.

Genescos Capite 41. contra Syntaxim slavicam saepius peccatum fuit. V. 2. исхождахѹ седмь крав добры видом и избранны тѣлесы; Ostrog. quidem исхождаше in singulari et добра взорѹ in Genitivo legit, sed избранны etiam male construxit cum седмь крав. V. 4. и поѧдоша седмь кравы злыѧ и хѹдыѧ тѣлесы седмь крав добрых видом и избраных тѣлесы; Ostrog, corruptissime: и изыдоша (lege cum Mosq. prima изѧдоша) седмь злыѧ взором и хѹдыѧ телесы седмь кравы (quod ante злыѧ ponendum erat) добрых, образом избранных. V. 5. и се седмь класи исхождахѹ — избранны и добры, Ostrog. melius седмь клас etc. et избранїи in mascul. at mox iterum добры in feminino, cum tamen клас sit masc. generis. V. 6. дрѹзїи же седмь класи тонцыи истончени вѣтром израстахѹ по них. Ostrog. дрѹгаѧже седмь клас (rectius utique) тонцы истончени вѣтром изницахѹ по них. V. 7. и пожроша седмь класи тонцыи истончени вѣтром седмь класѡв избра-

бранных и полных. Ostrog. iterum седмь клас, quamvis тонцы истончени etiam in plurali construxerit.

Formulae дрѹгаа седмь in Ostrog. Gen. 41, 6. седмь сїю Gen. 21, 30 pro седмь сих, et на дрѹгѹю ꙁ днїй Levit. 13, 5. antiquitatem sapiunt. Nam et Matth. 25, 16. Cod. Kop. legit дрѹгѹю є (i. e. пать), quod v. 20. bis repetit, ubi editiones nunc дрѹгыа exhibent. Sunt nimirum numeri cardinales a пать usque десать revera Abstracta feminina, hinc et femininorum more declinantur: Genit. пати, Instrum. патїю, седми, седмїю etc. reguntque Genitivum rei numeratae. Intuitu autem verbi cum iis construendi considerantur uti collectiva neutra quantitatis indeterminatae много, мало, колико.

Numeralia два, оба, обанадесате dualem postulare, e §. 5. clarum est: бѹдета два (Ostrog. оба) в плоть единѹ Gen. 2, 24. и бѣста оба нага v. 25. Confer exemplum lit. ї p. 586. et adde: поемже оба надесате оученика своа Luc. 18, 31. обанадесате апла (corr. апостоли) с ним Luc. 22, 14. дванадесате коша исполнь Marc. 6, 43. не два ли надесате часа еста (corr. не дванадесать ли часѡв есть) Joh. 11, 9. обѣ странѣ и обѣ земли мои бѹдета (pro бѹдетѣ) и прїимѹ и (dualis fem.) Ezech. 35, 10. nunc оба ꙗзыка (dual. masc.) и обѣ страны моа бѹдѹт (plur.) и возмѹ их в наслѣдїе κληρονομήσω. Etiam in Ostrog. pluralis Verbi cum два constructus Apoc. 9, 12. legitur: се градѹт два гора по сих, correcta eadem repetit inserto еще ante два.

два-

два гора, duo vae, dualis aut plur. a горе, melius двѣ гори, nisi malis reddere двое горе. Confer, quae P. II. §. 26. de Neutrorum duali dicta sunt. Recentiores masculinum два neutris tribuere p. 510. monuimus. Hinc et колѣна моа изнемогоста ѿ поста Psal. 108, 24. genua mea infirmata sunt a jejunio. Melius utique Ostrog. et Psalt. Ven. колѣнѣ мои изнемогостѣ.

§. 19. Reciprocum себе, са, non solum ad tertiam personam, sed etiam ad Subjectum seu Nominativum primae et secundae personae referunt Slavi. Hinc reflexiva молюса, молишиса, молитса, молимса, молитеса, молатса; стѹжѹси, стѹжишиси, стѹжитси etc. et passiva ꙗвлюса, ꙗвишиса, ꙗвитса etc. кѹпити себѣ pro ratione personarum verbi finiti ex. gr. хощѹ, хощеши, хощет, cum quo Inf. кѹпити construitur, reddendum erit: emere mihi, tibi, sibi, nobis, vobis, sibi. Cape exempla quaedam. немогѹ аз ѡ себѣ творити ничесѡже Joh. 5, 30. ѡ себѣ ἀπ' ἐμαυτȣ̃, a me ipso. марка поем приведи съ собою 2 Tim. 4, 11. съ собою tecum, μετὰ σεαυτȣ̃. егоже оукрѣпил еси себѣ Psal. 79, 18. себѣ tibi, σεαυτῷ. да наслѣдим себѣ свАтило (corr. свАтилище) божїе Psal. 82, 13. себѣ nobis, ἑαυτοῖς. всегда бо нищих (corr. нищыа) имате с̓ собою Matthaei C. 26, 11. с̓ собою vobiscum, μετ' ἑαυτῶν. нѣсте себѣ Damiani Apostolus (editi свои) 1 Cor. 6, 19. non estis vestri, ȣ̓κ ἐςὲ ἑαυτῶν.

§. 20. Sic et possessivum свой ad omnes tres personas Nominativi seu Subjecti refertur, et pro ratione trium personarum, et numeri aut singularis aut pluralis, latinis pronominibus meus, tuus, suus, noster, vester, suus respondet. Ex. gr. разлїю (corr. излїю) ꙗко водꙋ гнѣвъ свой Os. 5, 10. iram meam, correcta мой. не ѿверзох оуст своих Psal. 38, 10. os meum, corr. моих. оумерщвлаю тѣло свое 1 Cor. 9, 27. corpus meum, correcta мое. простръ рꙋкꙋ свою Ezech. 25, 13. manum meam, correcta мою. Immo Mosqu. prima jam in margine notavit мою, male emendando lectionem свою, quam Syntaxis slavica probat. аще прѣдам тѣло свое Damiani Apost. 1 Cor. 13, 3. corpus meum, correcta, immo hoc loco etiam Ostrogiensis, мое, quod innumeris aliis in locis substitutum fuit. Chronographus Nestor: пойдꙋ во свой град, urbem meam; аще оубью брата своего, fratrem meum, cum свой referatur ad personam primam оубїю.

In Damiani Apostolo Jac. 2, 18. мой et твой pro свой legitur, sed hic certe ob antithesim: покажи ми вѣрꙋ твою ѿ дѣл твоих и аз покажꙋ тебѣ ѿ дѣл своих вѣрꙋ мою. Editi аз тебѣ покажꙋ ѿ дѣл моих, sed in aliis conveniunt.

свой ad secundam personam refertur, Jac. 2, 8. etiam in correcta: возлюбиши искренаго своего (tuum). In editionibus antiquis: оудержи ꙗзык

зык свой (linguam tuam) и оустнѣ свои (labia tua) Psal. 33, 14. очима своима смотриши Psal. 90, 8. ѿвратил еси лице свое Psal. 29, 8. ты оутвердил еси силою своею море Psal. 73, 13. послеши дꙋх свой (corr. дꙋха твоего) Psal. 103, 30. облѣцисе в ризꙋ свою Dam. Apost. Act. 12, 8. свою et Ostrog., correcta твою. Rectius iterum Damiani Apostolus аще исповѣдаем грѣхы своѥ peccata nostra, 1 Joh. 1, 9. at наша Ostrog et editiones posteriores. In oratione dominica pro должникѡм нашим ponendum fuisset своим, cum ѡставлаем praecedat. 1 Thess. 1, 2. благодарим — вмолитвах своих Dam. Apost. et Ostrog. pro наших.

Pro свой constructo cum secunda plurali persona Ostrogiensis exempla non pauca suppeditat. рцѣте братꙋ своемꙋ, людїе мои, и сестрѣ своей Oseae 1, 1. Hic etiam correcta, quod mirere, своей, своемꙋ, retinuit. обратитесакъ гꙋ бꙋ своемꙋ, correcta вашемꙋ Oseae, 14, 3. внидѣте вклѣть свою, затворите дверь свою Isai. 26, 20. in Psalt. Ven., Ostrog. въ храм ваш, correcta в храминꙋ вашꙋ, et utraque in plurali двери своа. Sic 1 Pet. 2, 12. Ostrog. et correcta житїе ваше, at Dam. Apost. rectius своѥ.

§. 21. свой si referatur ad Subjectum tertiae personae, respondet latino suus, егѡ vero et fem. еѧ, plur. их respondent latino ejus et eorum,

quae

quae ad tertiam personam aliam, quae a Subjecto sermonis distincta sit, referuntur. рахиль плачꙋщися чад своих, Rachel plorans filios suos, τὰ τέκνα ἀυτῆς Matth. 2, 18. он же востав поят отроча и матерь егѡ, ille consurgens accepit puerum et matrem ejus v. 20, слышав же ıакѡ Архелай цр҃ствꙋет во Іꙋдеи вмѣстѡ Ирѡда отца своегѡ, cum autem audiisset, quod Archelaus regnaret in Judaea pro Herode patre suo v. 22., милость егѡ в роды родѡв боящимся егѡ, misericordia ejus a progenie in progenies timentibus eum Luc. 1, 50., сотвори державꙋ мышцею своею: расточи гѡрдыя мыслїю сердца их, fecit potentiam brachio suo, dispersit superbos mente cordis sui (ipsorum, ἀυτῶν) v. 51. пищꙋ даде боящимся егѡ; поманет в вѣк завѣт свой, escam dedit timentibus se (eum), memor erit in seculum testamenti sui Psal. 110, 5. Si Gerundivum боящїися resolvas ope relativi in иже боятся, facile intelliges егѡ referri ad aliam personam ab iis, qui timent, distinctam. Subinde tamen свой referunt Veteres ad personam, quae in oratione proxima est. ѡставил вѣ вся ıазыки ходити въ пꙋтех их Act. 14, 16. Damiani Apost. въпꙋти своя. и дасть ѝ матери своей et dedit eum matri suae (ἀυτȣ) Luc. 7, 15. Correcta nunc егѡ pro своей, quod postremum non solum Ostrogiensis

et

et Mardarii editio, sed etiam Mss. legunt. Ibid. v. 12. etiam correcta legit сына единородна матери своей, quamvis in slavica versione Nominativus (defunctus efferebatur) in Accusativum (efferebant defunctum, изношахꙋ оумерша) mutatus fuerit, et своей referri possit ad eos, qui efferebant filium. Recte призвавый вас в вѣчнꙋю свою славꙋ, in aeternam suam (αὐτοῦ) gloriam, 1 Pet. 5, 10. legunt editi, male Damiani Apostolus его славꙋ. Hebr. 3, 5. вѣрен бѣ в всем домꙋ егѡ, male Dam. Apost. домꙋ своем.

Duales Genitivi наю, ваю supplent possessiva, uti егѡ, еѧ in singulari, et их in plurali. Serbi aliique Illyrii formarunt possessiva adjectiva нѣгов, нѣгова, нѣгово pro егѡ, et ньиов, ньиова, ньиово pro их; нѣн, нѣна, нѣно, et нѣзин, нѣзина, нѣзино pro еѧ; Boh. solum gegj (lege кїй) pro feminino singulari gj (lege їй). Rom. 7, 9. pro егѡ in editis nunc legi егѡв (Ostrog. егов) p. 522. indicavimus.

§. 22. свой etiam respondet graeco ἴδιος: источник твоеѧ воды да бꙋдет тебѣ свой, ἔςω σοι ἰδία, Prov. 5, 18. correcta твой. свой им пророк, proprius ipsorum propheta, ἴδιος αὐτῶν, Tit. 1, 12., к своей погыбели им (Ms. им погыбели) suam ipsorum perniciem, 2 Pet. 3, 16. во своѧ прїиде и свои его не прїѧша, in propria venit et sui (ἴδιοι) eum non receperunt, Joh. 1, 11. кождо во своѧ, unusquisque in sua, εἰς τὰ ἴδια Joh. 16, 32. Alias

et

et во своя си. wблекоша его въ ризы своя (τὰ ἴδια) induerunt eum vestimentis suis (ipsius) Marc. 15, 20. ѿ своихъ емꙋ, τῶν ἰδίων ἀυτοῦ Act. 24, 23. какw мы сышим кійждо свой ꙗзык наш, (Ostrog. коже́до своим ꙗзыком нашим) τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ ἡμῶν, Act. 2, 8. Adde свои cum Dativo емꙋ, си: свои емꙋ вси, οἱ ἀυτȢ πάντες. по своей емꙋ воли, secundam suam (ipsius), κατὰ τὴν ἀυτȢ, Hebr. 2, 4. вси, во своихъ си ищꙋт, quae sua sunt, τὰ ἑαυτῶν, Philip. 2, 21. не ищет своихъ си (correcta своя си) non quaerit quae sua sunt, τὰ ἑαυτῆς 1 Cor. 13, 5.

§. 23. Pro Possessivis свой, мой, твой, utuntur veteres Slavi non raro Dativo си, ми, ти Pronominum personalium: не повѣда отцꙋ си, patri suo, Judic. 14, 6. рече къ отцꙋ си ad patrem suum Judic. 11, 37. (correcta utroque loco своемꙋ). кроткому си оком призри pro своим, i. e. tuo. дай вѣрномꙋ си рабꙋ царю нашемꙋ, pro своемꙋ i. e. tuo. цѣлꙋйте епенета възлюбленнаго ми, τὸν ἀγαπητόν μȢ, dilectum meum, Rom. 16, 5 Sic etiam v. 8, 9. кдѣ ти, смерти (corr. male смерте) жало, гдѣ ти, аде, побѣда; πȢ σȢ etc. ubi est mors, stimulus tuus? ubi est, inferne, victoria tua? егда пріидеши въ царствіи си, ἐν τῇ βασιλείᾳ σȢ, quando veneris in regnum tuum, Luc. 23, 42. In Damiani Apostolo: оучеником си pro своим; слꙋжба ми pro моя; възпрьвыи ми ѿвѣт pro мой; свои-

своинъка ми, вамже апла, commilitonem meum, vestrum autem Apostolum Philip. 2, 25. pro своинника моего et вашего посланника, Ostrog. своиствена мнѣ vitiose, pro своинствена.

си Dativus a reciproco себе, cui emphaticus себѣ respondet, distingui omnino debet a demonstrativo fem. си, haec, et neutro plurali си pro сїа. словеса си idem est ac словеса сїа verba haec; гора си in Ostrog. (горꙋ сїю in Ven. et correcta), юже стяжа десница его, mons hic (montem hunc), quem acquisivit dextera ejus, Psal. 77, 54.

§. 24. Relativum иже concordat quidem genere et numero cum Substantivo, ad quod refertur, sed non semper casu, cum hic a sequenti Verbo pendeat: змїй сей, егоже создал еси; тꙋ гади, имже нѣсть числа; бысть нощ, в-нейже пройдꙋт вси звѣрїе дꙋбравнїи.

Utuntur vero Interpretes relativo иже, яже, еже, ad exprimendum Graecorum articulum ὁ, ἡ, τὸ, quo carent Slavi. старца яже въ вас молю τὲς ἐν ὑμῖν, 1 Pet. 5, 1. Accusativum яже, qui graeco τὲς respondet, habet etiam Damiani Apostolus (старцє кже) et editiones antiquae omnes, quem non male Correctores mutarunt in Nominativum: иже в вас, qui in vobis sunt. бꙋди же вам еже ей ей, и еже ни ни (τὸ ναὶ ναὶ, καὶ τὸ ὂυ ὂυ) Jac. 5, 12. Damiani Apost. да бꙋдет слово ваше кже ки etc. At idem 2 Cor. 1, 17. да кеть ѿ мене ки ки

и

и ни ни sine еже, editi vero да бѫдет оу мене еже ей ей и еже ни ни. Hebr. 10, 31. страшно впасти, (edd. есть еже впасти, τὸ ἐμπεσεῖν) въ рѫцѣ бога жива (edd. живагѡ). Sic graecum εἰς τὸ Infinitivis praefixum reddere solent, praecipue recentiores, въ еже: во еже слѫжити Hebr. 9, 14. at Damiani Apost. sine еже. во еже быти ми слѫжителю, εἰς τὸ εἶναί με, Vulg. ut sim minister, Rom. 15, 16. жалащеси (Ostrog. стѫжающе си) за еже оучити им люди, διὰ τὸ διδάσκειν, dolentes quod docerent populum, Act. 4, 2.

Cum Gerundiva assumant Adjectivorum terminationem definitam ad exprimendos Articulos in graeco praefixos, superfluum omnino est, Gerundivis иже praefigere. 2 Cor. 1, 21. извѣствѫй, помазавый respondent participiis graecis ὁ βεβαιῶν, χρίσας, sed v. 22. иже и запечатлѣвый graeco ὁ καὶ σφραγισάμενος in Ostrog. et aliis, pro quo in correcta иже и запечатлѣ qui et signavit (obsignavit), resoluto Gerundivo ope иже in Praeteritum simplex, legitur. Sic et Lucae 19, 27. factum fuisse probo. Legebatur olim recte врагы моа оны, нехотѣвшаа (τοὺς μὴ θελήσαντας), inimicos meos illos, qui noluerunt. Verum in Evangeliis Mosqu. 1606 pro articulo τοὺς habetur иже ante нехотѣвшаа, quod in editionibus mediis servatum fuit, in postrema vero pro Gerundivo Praeteri-

tum substitutum legitur: иже не хотѣше. Exempla servilis imitationis alibi sat obvia sunt: иже (ὁ) побѣды носа има qui Victoriae ferens nomen, in Acathistis de S. Nicolao. яже (ἡ) живот рождшаа quae vitam peperit. се агнец божїй иже (ὁ) грѣхы мїра вземлай, ecce agnus Dei, qui peccata mundi tollit. In Calendariis иже (τοῦ) въ кесарїи великагѡ васила, in Symbolo иже (τὸν) ѿ отца рожденнаго, a patre genitum; (in Psalt. Ven. quidem hic sine иже, sed mox etiam addito) иже (τὸν) ѿ отца исходещаго (исходащаго), иже (τὸν) съ отцем и сыном съпокланаема.

Ilinsky in Concordantiis 18 locos adduxit ex Evangeliis, in quibus еже Infinitivis praefixum est ad exprimendum (τὸ) Graecorum: а еже — ꙗсти, τὸ δε — φαγεῖν Matth. 15, 20. etc. Vocatque hanc particulam, male utique, союз, i. e. Conjunctionem. Ex Actis vero semel duntaxat во еже citat: во еже ѿвратитиса ἐν τῷ ἀποςρέφειν, Vulg. ut convertat se. Bogdanov ex Epistolis pro во еже (graeco εἰς τὸ respondens) 41, pro еже quod a relativo еже non separavit, 84 locos adduxit. Kantemir еже e Psal. semel citat, neglectis aliis locis, in quibus еже graeco τὸ respondet, sed внегда 57 vicibus repetit, quo ἐν τῷ Infinitivo praefixum reddi solet in Psalterio ante correctionem postremam Sec. XVII. a Russis edito. In Psalterio Veneto et Ostrogiensi interpres graecismos hos evitare studuit. Nam Psal. 4, 2. legitur внегда възвах cum invocarem, pro внегда призвати ми. Psal. 9, 29. оубити неповиннаго pro еже оубити, τοῦ ἀποκτεῖναι, et v. 30. лобит въсхитити оубогаго, Ven. лает въсхитити нищаго, τοῦ ἁρπάσαι, sine еже, quod habet correcta.

Eo-

Eodem versu pro внегда привлещи и, ἐν τῷ ἑλκύσαι αὐτὸν, quod jam in Ostrog. legitur, Venet. minus serviliter да и привлѣчет. Apud Russos pseudoarticulus еже etiam in compositis locum obtinuit: ежедневно, ежегодно, ежемѣсячный. Alexjejew unicum ежеденный, e Chronographo slavico sumtum, in Lexico ecclesiastico explicat.

§. 25. Particula не in propositione negativa Verbo praefigenda est, etiamsi aliae voces negationem exprimant, cujusmodi sunt ex ни compositae: никто, ничтоже, никогда, николиже: нѣсте ли чли николиже nunquam legistis? Matth. 21, 16. et 42. ни един ѿ них не избысть, unus ex eis non remansit, εἷς — ἐχ, Psal. 105, 11. не имать жаждати никогдаже non sitiet unquam Joh. 6, 35. да не погибнет ничтоже ne quid pereat Joh. 6, 12. ничтоже емꙋ неглаголют nihil ei dicunt Joh. 7, 26. в тꙋ нощ не ꙗша ничесоже illa nocte nihil prendiderunt Joh. 21, 3. In his quidem locis etiam correcta duplicem negationem retinuit, quamvis Graecus simplici negatione usus fuerit. Servat omnino negationem duplicem graeci textus Joh. 3, 27. не может чл҃к прїимати ничесоже non (οὐ) potest homo accipere quidquam (ἐδὲν). Joh. 11, 49. вы не вѣсте ничесоже vos nihil scitis, ὑμεῖς ἐκ οἴδατε ἐδὲν, atque alibi ubicumque in Graeco duplex negatio legitur. At vero aliis in locis innumeris editores etiam ante postre-

 mam

mam correctionem не deleverunt, ubi in Graeco particula οὐκ non inveniebatur, quasi liceret propriae linguae genium legibus alienis subjicere. Psal. 75, 6. не обрѣтоша ничтоже Ostrog., не ѡбрѣтоше ничесоже Venet. nihil invenerunt, correcta cum editione priori Psalterii ничтоже ѡбрѣтоша, quamvis Graecus hic duplici negatione utatur: οὐχ εὗρον οὐδὲν. 2 Thess. 2, 3. да никтоже вас прелстит ne quis vos seducat, Ostrog. et correcta; at glagoliticum Missale impressum не прелстит, servando particulam не, quam Syntaxis slavica omnino et hic exigit. In Mss. etiam Joh. 3, 32. никтоже непрїемлет, Marci 3, 27. никтоже не может. E Cod. Kopit. tria exempla sufficient: Matth. 20, 7. никтоже вас ненаѧт, Cap. 21, 19. да николиже ѿ тебе плода небѹдет, Luc. 18, 34. тїи ничесоже ѿ сих неразѹмѣше; editi ubique sine не.

Confirmat etiam regulam, qua praecipitur не retinendum, Damiani Apostolus: нечисто никогда не вниде Act. 11, 8., editi николиже вниде. юже ѿ кнез никтоже мира сего неразѹмѣ 1 Cor. 2, 8. editi юже никтоже ѿ князей вѣка сегѡ разѹмѣ. (любы) николиже не ѿпадет 1 Cor. 13, 18. editi sine не. Joh. 1, 3. antiquissimos Codd. legere ничтоже небꙑ aut небꙑсть, et не jam Sec. XIV. a Graecissantibus omissum fuisse, e specimine

mine Orthographiae p. 71. et Analysi p. 579 cognoveris.

§. 26. Etiam Adverbium прежде даже requirit particulam не ante Verbum: прежде даже не снитися има, antequam convenirent, Matth. 1, 18. прежде даже не зачатся во чревѣ, priusquam in utero conciperetur, Luc. 2, 21. прежде бо даже не прїити нѣким, (Dam. Apost. дрѣвлѣ оубо даже не придꙋт етери) prius enim quam venirent quidam, Gal. 2, 12. прежде даже не вселитися емꙋ, priusquam moraretur (habitaret) Act. 7, 2. Serbicus etiam liber hoc loco graecissat omittendo не.

§. 27. Quomodo не et ни differant, Parte I. §. 102 et §. 105. expositum fuit. Vide p. 436, 444, ubi usum aliarum etiam Conjunctionum exemplis illustravimus. Hic monuisse sufficiat, ни pro не usurpari, quando nulla alia vox sed sola negatio orationem absolvit: слово наше еже к вам не бысть ей и ни, sermo noster apud vos non fuit Est et non (οὐκ ἐγένετο ναὶ καὶ οὔ) 2 Cor. 1, 18. et 19. и глагола ми: виждь, ни, dixit mihi: Vide ne feceris, ὅρα μή, Apoc. 19, 10. et 22, 9. Confer etiam или ни sub ли p. 445, et аще ли же ни, quo saltem primum orationis membrum finitur, sub аще p. 450.

§. 28. His, quae de usu Interjectionum P. I. C. XI. dicta sunt, unicum hoc addi velim, Inter-

pre-

preti Apocalypseos adhuc notum fuisse antiquum не да ὄφελον, quod recentiores neglexere. Habet enim cap. 3, 15. неда стѹден бы был, quem locum p. 546 illustravimus. Conferenda autem hic praecipue est p. 453, cui subjungi adhuc possit, Cod. Vindobon. CI. nonsolum in lectione, аще бысте прїали 2 Cor. 11, 1. con sentire cum Ostrogiensi, sed etiam 1 Cor. 4, 8. и ещеже да воцаритеса et utinam regnetis, καὶ ὄφελόν γε ἐβασιλεύσατε, hoc solum discrimine, quod Ostrog. оубо pro же legat. Correcta и ѡ дабы воцарилиса есте, quod utique vix slavicum sit, cum бысте pro бы-есте dicendum fuerit.

Ibidem p. 453 et 454 male Codicem Belgrad. bis nominavi, qui omnino Dragomirnensis hic et alibi appellandus fuerat.

II.

Syntaxis Regiminis.

§. 29. Objectum, in quod actio Verbi fertur, casu Accusativo exprimitur. Regunt itaque Verba activa seu transitiva Accusativum: молю та rogo te. помилѹй ма, ны. помаза и҆ unxit eum. оуспаси ма и возми ма. ѡчисти грѣх мой. гаждь мед сыне. соблюди мой совѣт. хлѣб наш гасти бѹдем. оукроти гнѣв свой. иже щадит жезл свой.

по-

посла раб свой. бѣс имать. породиши сын. приведи ми сын твой сѣмо. ѿимеши дѹх их; да прїимет дѹх свят. видѣх дѹх сходащ ꙗкѡ голѹбъ с небесе Joh. 1, 32. in Ostrog. — послю на вы клатвѹ. любай дѹшѹ свою погѹбит ю. ѡбрѣте бѣс изшедш (corr. бѣса изшедша) и дщерь лежащѹ на одрѣ invenit daemonium exiisse et filiam jacentem supra lectum, Marc. 7, 30. принесѣте гдви славѹ и честь. — блюди твое сердце. имже дано есть вредити землю и море ἀδικῆσαι τὴν γῆν etc. Ap. 7, 2. — пожроша (Ven. пожрѣше) сыны своа и дщери своа бѣсовѡм (Ven. бѣсом) immolaverunt filios suos et filias suas daemoniis, Psal. 105, 37. чада их пред ними разбїют и домы их плѣнат, и жены их поимѹт Isai. 13, 16. помани щедроты твоа гди и милости твоа, reminiscere miserationum tuarum Domine et misericordiarum tuarum, Psal. 24, 6.

§. 30. Haec regula comprehendit etiam Genitivos Masculinorum animatorum, qui Accusativi vices agunt. чадо зло кленет оца, и матерь не благословит Prov. 30. 11. гдь хранит пришелца, (Accus. plur., corr. пришелцы), сира (Gen. sing. pro Accusat.) и вдовѹ прїимет, Dominus custodit advenas, pupillum et viduam suscipiet, Psal. 145, 9. In correcta Joh. 1, 32. видѣх дѹха сходаща ꙗкѡ голѹба. Hinc Genitivum его in editioni-

nibus frequentissime Accusativo и substitutum legimus. да кыша его низринꙋли ut eum praecipitarent Luc. 4, 29. Cod. Kop. и pro его. стрыет его comminuet eum, Luc. 20, 18. pro сьтрет и ejusdem Cod. Et in plurali их, ихже pro ꙗ, ꙗже; нас, вас pro ны, вы.

In singulari quidem usus Genitivi Substantivorum masculinorum, cum eorum Accusativus a Nominativo non sit distinctus, in omnibus dialectis invaluit, ut is omnino pro vicario casu Accusativi in Syntaxi jure habeatur. Confer P. II. §. 3. p. 462., §. 15. p. 491. мꙋжа тиха и даателя любит гдь Prov. 22, 9. Si hoc loco мꙋж тих ponatur, constare non poterit de Subjecto, quod diligit, et de Objecto, quod diligitur. In plurali autem, cum Accusativi a Nominativo flexione distinguantur, non licet Genitivos Accusativis in lingua slavica substituere, quamvis id Russis ita placuerit, ut Accusativos plurales non alios agnoscant in ipsis declinationum paradigmatibus quam Genitivos. Prov. 22, 2. recte Ostrogiensis Accusativo utitur: оба же есть гь сътворил, at editor Mosquensis primae manum continere non potuit, quin Genitivum dualem обою substitueret. Correcta nunc legit pluralem: обоих же гдь сотвори. Sic et Isai. 13, 17. syntaxim russicam potius secuti quam slavicam, Accusativum мидꙑ in Genitivum mutarunt

Cor-

Correctores: се аз воскѹждаю на вы мидωв, Ostrog. enim legit въставлю на вы миды. Genitivus их et Accusativus ѧ saepe alternant: Psal. 27, 5. Ostrog. et Ven. разориши их, и не съзиждеши их, correcta in utroque membro ѧ pro их, in primo quidem recte, in secundo vero, cum negatio не praecedat, male. Psal. 36, 40. избавит их и измет их ѿ грѣшник и спасет их (pro ѩ) Venet. Ostrog. et correcta, cum tamen alibi избави ѧ, et in singul. избави мѧ, избави дѹшѹ мою legatur. помилѹй нас pro ны, in singulari помилѹй мѧ. Psal. 77, 5. сказати ѧ, v. 6. повѣдат ѧ, v. 13. проведе их Ostrog. et correcta pro ѩ (Venet. ѥ), v. 14. настави ѧ, v. 15. напои ѧ, (Venet. ѥ, at Ostrog. их), v. 34. егда оубиваше их et v. 42. избави их Ostrog. et Venet. (correcta ѧ), v. 51. порази всак пръвенец Ostrog. (Ven. прьвѣнц), correcta всякое перворoдное. v. 52. возведе ѧ, [v. 53. настави ѧ, et v. 54. введе ѧ Ostrog. et correcta, Venet. more suo ѥ, quamvis v. 5. сказатїѧ (lege сказати ѩ) et v. 6. повѣдеть ѩ habeat.

Inde ortum habent hibridae illae constructiones, in quibus e duobus Accusativis unus duntaxat in Genitivum mutatus fuit. Psal. 123, 2. in Ostrogiensi живы пожрѣли быша нас, vivos deglutissent nos, utique olim ны pro нас, uti revera Venetus legit. Correctoribus russis placuit, Accusativum живы ob Genitivum нас commutare: живых пожерли быша нас. Coloss. 2, 13. вас мертвых сѹща съоживил есть с ним Ostrog., at aliae editio-

tiones вас мертвы сꙋща melius, correcta iterum Accusativum сꙋща commutando: вас мертвых сꙋщих. Rectissime Damiani Apostolus tres Accusativos conjunxit: вы мртвы сꙋще оживила есть сним. Matth. 17, 1. etiam correcta textum Ostrogiensis immutatum exhibet: възведе (corr. возведе) их на горꙋ высокꙋ едины duxit eos in montem excelsum seorsum (solos). Rectius Cod. Serb. е pro их. At Matth. 26, 40, 43. correcta ѡбрѣте их спащих pro их спаща antiquarum editionum. Marci vero 13, 36. omnes legunt да не пришед внезапꙋ, ѡбращет вы спаща, ne quum venerit repente, inveniat vos dormientes. Marci 14, 37. correcta ѡбрѣте их спащих; editiones antiquae их спаща. Sic Ostrog. etiam v. 40. их паки спаща, aliae edd. et correcta а паки спаща. Luc. 22. 45. correcta iterum pro их спаща antiquarum editionum их спащих, ubi potius а спаща praeferendum fuisset, quod revera codd. Mss. legunt.

§. 31. Accusativo casu etiam vocabula, quibus tempus designatur, exprimi solent: день и ношь, день ѿ дне, три дни (бых тꙋ), весь день tota die, вса дни omnibus diebus, сїе лѣто, лѣто на лѣто, двѣ лѣтѣ царствова duobus annis regnavit, мѣсаца три, многа лѣта, весь день той и всю ношь тꙋ, третїй день, врема не мало прѣбыша тꙋ. три лѣта ношь и день непрестаах оуча per triennium nocte et die non cessavi docens Act. 20, 31. Supplentque hi Accusativi Adverbia: вечер и полꙋдне vespere et meridie. днесь idem est ac день сь. Sed et Genitivus eodem officio fungitur: первагѡ лѣта, вторагѡ дне, мѣсаца шестагѡ,

гѡ, полꙋнощи etc. Praefiguntur autem iis non raro praepositiones: в̔ кый час, в̔ сїю нощ; заꙋтра mane. Vide Adverbia ex Praepositionibus composita p. 434, et infra regimen Praepositionum.

§. 32. In propositione negativa Verba, quae alias Accusativum regunt, cum Genitivo construuntur: грѣха не имамы; свѣта не оузрит; не оузрит пагꙋбы. грѣх твоих не помꙋнꙋ; ни лоꙗ треб твоих восхотѣх. исхода своегѡ не исправи (correcta неизмы), ἐκ ἀπένιψεν Prov. 30, 12. не даси же преподобномꙋ своемꙋ видѣти истлѣнїа corruptionem, Act. 2, 27. Dam. Apost., Ostrog. ни даси же, corr. ниже даси et твоемꙋ, at in Genit. истлѣнїа omnes conveniunt. славы моеа иномꙋ недам; мышца их не спасе их non salvavit eos Psal. 43, 4. не оудали щедрот твоих Psal. 39, 12. (Venet. щедроты твоє in Accusativo). не ѿверзох оуст своих (моих) Psal. 38, 10. не зови дрꙋгѡв твоих (дрꙋг своих Ostrog.), ни братїа твоеа, ни сродник твоих, ни сосѣд богатых ne vocato amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos, neque vicinos divites, Luc. 14, 12. At Luc. 20, 26. miscet jam Ostrogiensis Accusativos cum Genitivis: и невъзненавидит отца своего и матере и женꙋ и чад, и братїа, и сестр, еще же и дꙋшꙋ свою, olim и жены pro женꙋ, дꙋша своеа pro дꙋшꙋ свою. Editio

prae-

stantissima Evangeliorum An. 1606 pro Genit. кратїа etiam Accusativum кратїю, correcta vero non solum кратїю, sed etiam матерь pro матере legit. Vides hic Editores in femininis vitare voluisse ambiguitatem, cum Genitivus singularis ab Accusativo plurali non differat. Sic Psal. 39, 11. правдꙋ твою не скрыхъ justitiam tuam non abscondi, et не скрыхъ (Venet. непотаихъ) милость твою и истинꙋ твою, misericordiam tuam et veritatem tuam, non solum correcta, sed etiam Ostrog. et Venetum Psalterium legunt, pro правды твоеа etc. Vice versa correcta 2 Tim. 1, 7. Accusativum дꙋхъ mutavit in дꙋха: не бо даде нам бг҃ дꙋха страха, non enim dedit nobis spiritum timoris, cum et Ostrog. et Damiani Apostolus hoc loco дꙋхъ legant.

Veteres regulam, quae post negativas particulas не et ниже Verbis praefixas Genitivum exigit, strictius observasse e locis, quos ex Damiani Apostolo notavi, sequentibus liquet. 1 Cor. 9, 5. еда не имам (имамы) власти сестры жены водити, sororem mulierem, Ostrog. et correcta сестрꙋ женꙋ. 1 Cor. 11, 20. нѣсть господскые вечере ꙗсти, corr. гд҃скꙋю (Ostrog. господьскꙋю) вечерю. 2 Cor. 1, 13. не инѣхъ бо пишꙋ вам, Ostrog. et correcta инаꙗ — пишем, non enim alia scribo (scribimus) vobis. Rom. 11, 4. иже не поклонише си колѣнꙋ баалови (Genit. dual.), Ostrog. et corr. непреклониша колѣна пред баалом. Act. 20, 24. ниже имам дꙋше моеꙗ честны себѣ, *οὐδὲ ἔχω τὴν ψυχήν μου τιμίαν ἐμαυτῷ* Ostrogiensis et correcta дꙋшꙋ мою честнꙋ. Ad da-

damus Matth. 4, 6. да не когда прҍткнеши ѡ камень ногꙋ твоiо, Ms. ногы твоеа, in glagolitico Missali a Levakovichio edito ногы твоее, quod Caramanus, Russicas editiones secutus, in ногꙋ твою mutavit. Confer Psal. 90, 12. ubi Ostrog. legit да не прҍткнеши — ногы твоеа, Venet. et correcta ногꙋ твою.

§. 33. Absolutae negationi hoc proprium est, ut non solum casus Objecti, sed etiam Subjecti, seu Nominativus, mutetur in Genitivum: не бѣ има чада, non erat illis filius, *τέκνον*, Luc. 1, 7. ꙗкѡ нѣсть свѣта в нем, quia lux non est in eo Joh. 11, 10. сребра и злата нѣсть оу мене, argentum et aurum non est mihi, Actorum 3, 6. смерти не бꙋдет ктомꙋ; ни плача, ни вопла, ни болѣзни не бꙋдет ктомꙋ, mors non erit amplius, neque fletus, neque clamor, neque dolor erit amplius, Apoc. 21, 4. не бꙋдет волѡв при ꙗслѣх Hab. 3, 17. величїю егѡ нѣсть конца; не бяше числа сокровищ их; нѣсть бога, развѣ тебе; нѣсть мꙋжа моего в домꙋ; главы нѣсть на нем; имже нѣсть разꙋма; нѣсть ктомꙋ пророка; нѣсть в оустѣх их истины; нѣсть страха божїа пред очима их. ꙗкѡ Іиса не бысть тꙋ, ни оученик егѡ Joh. 6, 24.

In Damiani Apostolo 1 Joh. 1, 10. словесе его нѣсть в нас, Ostrogiensis et correcta слово in Nominativo.

§. 34.

§. 34. Verba reflexiva, praeter Accusativum reciproci ся, admittunt Genitivum Objecti, si Activorum vices agant: скверныхже и изгнившихъ басней ѿрицайся devita (rejice) 1 Tim. 4, 7. вѣры ѿвергася есть fidem negavit; ѿвергуся себе abnegabo me; иметця тебе; вѣчныхъ благ лишаюся; бойся бога; моихъ словес сыне бойся; лиц грѣшнич ѡбинуетеся, facies peccatorum sumitis, Ostrog. et Venet. (nunc лица грѣшникѡв пріемлете) Psal. 81, 2. всякого (corr. всякагѡ) брашна възгнуша ся д͛ша ихъ, omnem escam abominata est anima eorum, Psal. 106, 18. плакатися. чад своихъ.

§. 35. Verba ex ѿ et из composita postulant Genitivum, ac si praepositiones ѿ et из Substantivis praefixae essent: ѿступи прегрѣшенія. да ѿлучен сънмищa будет ut extra synagogam fieret, (corr. ѿ сонмища) Joh. 9, 22. яко ты избѣжиши ли суда божія, quia tu effugies judicium Dei? Rom. 2, 3. ѿбѣгоша остреа меча (Ostrog. избыша острія меча) effugerunt aciem gladii, Hebr. 11, 34. избави мя пламенныя мукы. ѿбѣже люды златыя Nestor; аз ѿхожу свѣта сегѡ idem. Verba vero насытити, напитати, наполнити, исполнити, напоити, praeter Accusativum objecti petunt Genitivum medii, quo actio Verbi complenda est: хлѣба небеснагѡ насыти ихъ (olim я) pane coeli saturavit eos Psal. 104, 40.

сво-

своея нечести насытатся; меда насыти их. исполнится духа; наполнится благых; наполни ю (кадилницу) огня; напоиша мя оцта; напитакши ны хлѣба сльзнаа и напоиши ны сльз вь мѣру Venet. cibabis nos pane lacrymarum et potabis nos lacrymis in mensura, Psalm. 79, 6. At Ostrogiensis питаеши нас хлѣбом слезным, и поиши нас слез вмѣру, correcta напитаеши, напоиши нас слезами в мѣру. Supplet itaque hoc in casu Genitivus Instrumentalem. Damiani Apostolus legit испльнени плоды праведными Phillipp. 1, 11. испльнихсе оутѣхою 2 Cor. 7, 4. editi vero Genitivum pro Instrumentali habent плодωв правды et оутѣхи. Saepius tamen исплнити, cum et Adverbium испльнь Genitivum regat, etiam in antiquo Apostolo cum Genitivo construitur: раби своя господы всякыя чести да сподобляют servi dominos suos omni honore dignos arbitrentur, 1 Tim. 6, 1. (corr. своих гдій).

Marc. 9, 41. иже бо аще напоит вы чашу воды, et Matth. 10, 42. иже аще напоит единого чашу студены воды, servarunt editiones antiquae omnes graecam syntaxim; in correcta vero Instrumentalis чашею substitutus legitur.

§. 36. Amant vero et pauca quaedam simplicia, quae significatu suo Neutris magis affinia sunt, ut Verba desiderandi, optandi, petendi,

Geni-

Genitivum pro Accusativo: пожди благых плодwв ea; повелѣ им ждати wбѣтованїа отча, ut expectarent promissionem patris, Act. 1, 4. ищет благодати добры; ища покоа quaerens quietem; ищите прежде цр҃ствїа бж҃їа; живота просил есть ѿ тебе; проси тѣлесе Ін҃сова (et тѣло Ін҃сово); впрошꙋ вы и аз словесе единагw (olim единого) Luc. 20, 3. et слово едино Matth. 21, 24. взыщи мира quaere pacem; крѣпцїи взыскаша дꙋша моеа Psalt. Kiov. at дꙋшꙋ мою Ostrog. Venet. et correcta Psal. 53, 5. чаю воскресенїа мертвых; словесе неправедна ненавидит; аще бы послꙋшал заповѣдїй моих; сребра или злата или риз ни єдинагw возжелах Act. 20, 33. (Ostrog. сребрꙋ или златꙋ или ризам ни единомꙋ въжделѣх).

§. 37. Regunt etiam quaedam Adjectiva et Adverbia Genitivum: ихже оуста клатвы и горести полна сꙋть quorum os maledictione et amaritudine plenum est, Rom. 3, 14. достоин дѣлатель мзды своеа; правды исполнь десница твоа; наг добрых дѣл; скꙋден богатства. Sic лишен хлѣба, et лишени сꙋть славы божїа, egent (deficiuntur) gloria Dei, Rom. 3, 23.

Praecipue Comparativi: болїй пророка Іwанна крестителя никтоже есть Luc. 7, 28. оц҃ мой болїй мене есть. нѣсть раб болїй господа своегw. многочестнѣйше злата multo pretiosius auro;

далѣе вавѵлона, trans (ultra) Babylonem, Act. 7, 43. горчае желчи amarior felle; невѣрнагѡ горши есть infideli pejor est; нравом скотины есмь пѹщшій, скота горшій; сладчайшаа меда; брашно брашна добрѣе Sir. 36, 20. дщи (corr. male дщерь Accus.) дщере лѹчше v. 23. вожделѣнны (сѹдьбы) паче злата и камене честна многа, и слажджша паче меда и сота, desiderabilia (judicia) super aurum et lapidem pretiosum (τίμιον) multum, et dulciora super mel et favum. влщше трех сот пѣнязь plus quam trecentis denariis, Marc. 14, 5.

§. 38. Numeralia a пять usque тма, cum proprie Substantiva sint, Genitivum rei numeratae postulant. Exempla vide §. 17. et adde пять хлѣб ячменных; сѹпрѹг волѡв кѹпих пять juga boum emi quinque, Luc. 14, 19. на трех стѣх пѣнязь trecentis denariis, Joh. 12, 5. пол часа; пол имѣнія моегѡ; пятеро телят; воинѡв двѣстѣ, стрѣлєц триста; шесть сѡт тысящ пѣшєц сошедшихся, sexcenta millia peditum qui congregati sunt, Sir. 16, 11. Reguntur hic Genitivi tres, alter ab altero, сѡт a шесть, тысящ a сто, пѣшєц сходящихся a тысяща. седмію тятив мокрыми, (melius мокрых) Jud. 16, 7. Correcta седмію тятивами мокрыми. Solent nimirum Recentiores etiam cum Instrumentali седмію conjungere eundem casum pro Genitivo: седмію степеньми pro

 сте-

степень, седмїю восходами pro восход. Apoc. 5, 1. седмїю печатїю, septem sigillis, in singulari, pro печатми. Certe olim седмїю печатїй lectum fuit. Alia exempla pro Genitivo vide in Declinatione Numeralium p. 507. Excipiendi tamen sunt casus duo. Dativus enim rei numeratae cum Dativo, et Localis cum Locali construi solent: седмидесяти царем, десяти тысящи мужем, Dam. Apost. тмам аггелом, (editi тмам аггелѡв) 1 Cor. 15, 6. боле пяти сѡт братїам plus quam quingentis fratribus, пяти сѡт ob praecedens боле, quod Genitivum regit, pro пяти стѡм. Jos. 13, 31. полу сыном Ostrogiensis, половинѣ сынѡв correcta. по шести днех, по десяти лѣтѣх. Addi possit Judic. 7, 7. съ треми сты муж (мужей) локавшими, Cod. Serb. мужи in Instrumentali.

двanaдесяте duplici modo construitur. Si enim два solum respicias, res numerata etiam in duali ponenda erit: дванадесяте легеѡна аггл duodecim legiones angelorum Matth. 26, 53. Vide p. 601. Jos. 4, 2. дванадесяте мужа Ostrog., correcta vero мужей, дванадесять sumendo pro collectivo seu integra summa. Apoc. 21, 21. olim дванадесять врат, дванадесять бисера (corr. бисерѡв). In два оученик своих pro ѿ оученик св. sit ellipsis, omissa praepositione ѿ. Matth. 27, 3. тридесять сребреникы in Accusativo, respiciendo solum три, et v. 9. сребреник respiciendo totam summam triginta. Cod. tamen Serb. etiam v. 3. legit сребрник.

Matth. 15, 34. коликѡ хлѣбы, et v. 36. седмь хлѣбы certe vitiosa sunt. Ostrog. saltem v. 34. Geni-

ti-

tivum pluralem хлѣб habet. At Cod. Serb. etiam v. 36. Iterum Marc. 6, 38. колико хлѣбы Ostrog. et correcta, at Cod. Kop. et Mardarii editio recte хлѣб. Marc. 8, 5. correcta колико имате хлѣбов, et v. 6. пріем седмь хлѣбов, Ostrog. male utroque loco хлѣбы, sed v. 19. melius пять хлѣб, quam correcta, quae хлѣбы hoc versu non emendavit, uti nec Matth. 16. 9. Vitia haec jam in Codices Mss. quosdam (juniores utique) irrepserant. Nam Ossolinskianus Marc. 8, v. 5. et 6. et 19. хлѣбы legit, Serb. vero Cod. Kop. ubique хлѣб.

§. 39. Genitivum regunt omnia Collectiva, ut число, множество, мѣра, часть; Continentia, ut чаша, чванец: число мужей, множество болѣзній моих, мѣра елеа, чаша воды, чванец вина. Immo et aliquantam partem subintellectam per Genitivos exprimere amant Slavi: хлѣба, воды, вина, ubi pars indeterminata relinquitur, pro Accusativis хлѣб, воду, вино, quibus utuntur, si de toto sermo sit; plane Gallorum et Italorum more.

§. 40. Genitivum denique regunt Substantiva omnia, si iis determinandis alia serviant. путь si per aliud Substantivum, ex. gr. истина, determinare velis, hoc in Genitivo casu ei apponendum erit: путь истины via veritatis. Cape exempla: восток слнца ortus solis, рѣка слез, источник живота, зѣница ока, пламень огня, долгота дній, премудрость премудрых, град царя великаго, глас господа бога вашего, страх смерти, зрак рака for-

ma servi, шꙋм волн sonus fluctuum, сꙋдїѧ вдовиц judex viduarum, отец сирых pater orphanorum, бог ѿмщенїй Deus ultionum, глас хвалы, глас трꙋбы sonus tubae, прах ногꙋ твоею pulvis pedum tuorum, звꙋк морѧ мꙋтѧщасѧ, бог мира, гдь сил, двери небесе, зачало премꙋдрости initium sapientiae, высоты гор, времѧ скорби, свѣт очїю моею lumen oculorum meorum, старци людей, день брани, дѣло перст твоих, небо небесе, вѣк вѣка.

Supplent itaque Genitivi hoc in casu Adjectiva possessiva, si haec deficiant. Pro tertia persona singulari utuntur Slavi Genitivo егѡ, f. еѧ, pro plurali их, pro duali 1. наю, 2. ваю, 3. ею, at pro prima in singulari мой, in plurali наш, pro secunda твой et ваш, et pro omni persona свой, siquidem ad Subjectum orationis referatur. Sic et in aliis possessivis Adjectivis pro Genitivo utendum est. Non enim dicendum est сын бога, sed сын божїй. Luc. 3, v. 23—38. omnes Genitivos nominum propriorum, qui leguntur in graeco textu, interpres Slavus Adjectivis possessivis expressit. Confer exempla §. 16. adducta, et adde e Damiani Apostolo вь мꙋдрости пльтсцеи pro мꙋдрости плоти, 2 Cor. 1, 12.

Modum subinde excedere Veteres vix negari potest, Damiani Apostolus pro плодов правды legit плоды пра-

правєдными, pro слово истины legit слово истинноє. Tolerari haec possint, sed versionem Dragomirnensis codicis Jacob. 4, 4. любы мирскаа вражда божїа єсть pro ἡ φιλία τῦ κόσμυ ἔχθρα τῦ Θεῦ ἐςιν, probare non poterant alii. Melius certe editiones, quae Genitivo мїра et Dativo богꙋ uti maluerunt: любы мїра сегѡ вражда богꙋ єсть.

§. 41. Dativus est casus Objecti, ad quod actio Verbi dirigitur. Hinc Verba dandi et similia, praeter Accusat., Dativum personae postulant aut admittunt: принесѣте гдви славꙋ и честь. комꙋ дань даєте. даждь ми сыне твоє сердце. даде ржѣ (melius ржи) плод их, и трꙋды их прꙋгѡм dedit aerugini fructum eorum, et labores eorum locustis, Psal. 77, 46. предаде (olim предасть) градꙋ скоты их, и имѣнїє их огню, tradidit grandini jumenta eorum et possessionem eorum igni, v. 48.

§. 42. Dativo utuntur frequentissime Slavi veteres pro Genitivis, qui a Substantivo reguntur: свѣт человѣкѡм Joh. 1, 4. Vide supra p. 71 et 579. цар всей земли бог. црь црєм и гдь гдєм. млеко стадꙋ (corr. стада). верси горам Gen. 8, 5. (correcta в. гор). врач дꙋшам и тѣлꙋ. подножїє ногама твоима. корень всѣм злым. владыка животꙋ моємꙋ. мати всѣм градѡм рꙋскым Nestor. иманїє винꙋ. днїє ѿмщенїю. небаше числа орꙋжїю их. вино веселит сердце человѣкꙋ Ostrog. Psal. 103, 15. (corr. человѣка). гди силам. дрꙋзи богатым

тым мнози. шлем оупованїю спасенїа 1 Thess. 5, 8. corr. оупованїа). ѿ оца свѣтωм Jac. 1, 17. (corr. свѣтωв). мѹж есть глава женѣ (corr. жены) Ephes. 5, 23. един ходатай богѹ и человѣкωм 1 Tim., 2. 5. (corr. бога, человѣкωв). сын емѹ; има емѹ. единой женѣ мѹж; единомѹ мѹжѹ жена. в вѣкы вѣкωм. конец книгам pro книг. недасть бо бог нам дѹх страхѹ, нъ силѣ и любви и цѣломѹдрїю Dam. Apost. 2. Tim. 1, 7. editi страха, силы, любве, цѣломѹдрїа. Laudanda hic mihi est Fr. C. Alteri sedulitas, qui quamvis e Grammaticis nosse poterat, usum Dativi pro Genitivo esse valde frequentem apud Veteres, tamen hanc in rem plures codices consulere voluit, e quibus collecta exempla in Miscellaneis philologico - criticis (Vindob. 1799. 8.) pag. 35—69. consignavit.

Libet ex iis, quae in Mss. leguntur, pauca hic repetere. Legunt itaque Joh. 4, 42. спас мїрѹ praeter editos etiam Codd. Evangeliorum Bibliothecae Caesareae Num. 355 et 356. Missale Glagoliticum Romae 1631 editum спаситель мїра, salvator mundi. At Missale a Caramano correctum antiquam lectionem спас мїрѹ vindicavit. Joh. 8, 12. свѣт мїрѹ editi, utrumque Missale glagoliticum et ambo Codd. Caesarei. Joh. 9, 5. свѣт есмь мїрѹ iidem. Joh. 12, 31. сѹд есть мїрѹ семѹ editi et ambo Codd. Levakovich tamen in Missali glagolitico мїра, Caramanus iterum мїрѹ. Rom. 11, 13. ꙗзыкωм апл editi et Cod. Slav. 3275 seu Dragomirnensis, Acta et epistolas continens. Rom. 11, 15. примиренїе мїрѹ; 1 Joh. 4, 14. спасителѧ мїрѹ iidem. Matth. 22, 13. скрежет зѹбωм editi et ambo

Codd,

Codd. Evangel. et Missalia glagolitica. Obiter hic addam, Evangelia Počajevii an. 1768 impressa legere зѹбѡв. Psal. 90, 8. вздаянїе грѣшникѡм оузриши Azbukidarium glagoliticum (antiquissimum) et Psalterium Ms. 98 Biblioth. Caesareae. Addere possum Psalt. Venetum et Ostrog. aliasque antiquas editiones. Correcta Dativum mutavit in Genitivum: воздаянїе грѣшникѡв.

§. 43. Verbum есть, et plura alia Dativum postulare, exempla subnexa probant: что ми быть. сѹтьли ти чада? есть ли ти скот, жена. имже нѣсть разѹма, quibus non est intellectus. аще лѣть ми есть глаголати что тебѣ, si licet mihi dicere aliquid tibi, Act. 21, 37. далеко ти есть пѹть. аще ми есть с҆ тобою оумрѣти si oportuerit me commori tibi, Marc. 14, 31. не требѣ ми есть. Etiam subintellecto есть Dativus locum habere potest: 1 Cor. 15, 39. ина оубѡ чл҃вѣкѡм, ина же плоть скотѡм, ина же рыбам, ина же птицам, v. 40. ина оубѡ нб҃сным слава и ина земнѡ҃м, v. 41. ина слава слнцѹ и ина слава лѹнѣ и ина слава ѕвѣздам.

помози ми. не браните им. повини ся г҃деви subditus esto Domino, Psal. 36, 7. страстем повиноватися. оуподобися им. приключится вам. хотѣти мирѹ. похоти емѹ (словѹ). живот мой адѹ приближися (et cum praepositione к: не приближатся к҆ тебѣ), порѹгается наказанїю. не рѹгай-

гаисѧ чл҃вѣкꙋ сꙋщꙋ в҆ горести. посмѣешисѧ им irridebis illos. запретит емꙋ comminabitur ei. соѡбщает дѣлѡм егѡ злым. гд҃ь гордым противитсѧ. да последꙋет тебѣ. да последꙋем стопам егѡ, ut sequamur vestigia ejus, 1 Petr. 2, 21. аще сердце наше не зазрит нам, si cor nostrum non reprehenderit (condemnaverit) nos, 1 Joh. 3, 21. дрꙋг дрꙋгꙋ завидаще invicem invidentes, Gal. 5, 26. патрїархи позавидѣвше Іѡсифꙋ. дивасѧ бывшемꙋ; дивлашесѧ видѣнїю, admiratus est visum, Act. 7, 31. да не стꙋжают емꙋ, ne eum comprimerent, Marc. 3, 9. сребрꙋ или златꙋ или ризам ни единомꙋ въжделѣх, argentum aut aurum aut vestem nullius concupivi Act. 20, 33. (corr. сребра-ни единагѡ возжелах). навыкоша дѣлѡм их, didicerunt opera eorum, Psal. 105, 35. страхꙋ гд҃ню наꙋчꙋ вас (Psalt. Venet. вы), Psal. 33, 12. правдѣ наꙋчитесѧ. пререцати емꙋ. ни возревнꙋй пꙋтем их, nec aemuleris vias eorum, Prov. 3. 31. ревнꙋйте же даром болшим Dam. Apost. (nunc дарованїй болших), aemulamini autem charismata meliora, 1 Cor. 12, 31. да ревнꙋете им, ut illos aemulemini, Gal. 3, 17. at eodem versu cum praep. по: ревнꙋют по вас, et v. 18. ревновати доброе Ostr., correcta в҆ добром. оумѣти книгам, sed 2 Tim. 3, 15. ꙗкѡ из млада сщ҃еннаѧ писанїѧ оумѣеши, quia ab infantia sacras literas nosti. предста всѧ-

комꙋ

комꙋ пꙋти неблагꙋ astitit omni viae non bonae, Psal. 35, 5. лꙋкавый не прикасается емꙋ, malignus non tangit eum, 1 Joh. 5, 18. иномꙋ колѣнꙋ причастися Hebr. 7, 13. мꙋжатаа жена живꙋ мꙋжꙋ привязана есть, viventi viro alligata est, Rom. 7, 2. At Dam. Apost. cum casu Locali: живѣм мꙋжи привезана. Idem прилѣплающесе блазѣм in Locali, Ostrog. прилѣплающеся благомꙋ, *κολλώμενοι τῷ ἀγαθῷ*, adhaerentes bono, Rom. 12, 9. correcta, mutato Gerundivo in Imperativum, прилѣплайтеся.

Vide regimen Localis, ubi pluribus exemplis docebimus, Verba composita ex при olim constructa fuisse cum casu Locali.

§. 44. Regitur Dativus etiam ab Adjectivis, Adverbiis, Interjectionibus: благоже благоже дꙋши нашей; горе земли, оувы мнѣ! комꙋ подобен, тебѣ подобен бꙋдꙋ, всѣм повинен; всякой мꙋжѣ повинен бых, непотребен вам. еллинѡм же и варварѡм, мꙋдрым же и неразꙋмным должен есмь Rom. 1, 14. милостив бывал им; послꙋшлив отцꙋ; противен им; тебѣ оугоднаа, да воеводѣ оугоден бꙋдет ut duci (*στρατολογήσαντι*) placeat, 2 Tim. 2, 4. страннен сынѡм; чꙋждь братїи моей. достойнаа ранам; недостойны творите сами себе вѣчномꙋ животꙋ indignos vos ipsos decernitis (*κρίνετε ἑαυτοὺς*) aeternae vitae, Act. 13, 46. вѣрно слово и вся-

всѧкомꙋ прїѧтїю (всемꙋ приктїю Dam. Apost.) достойно fidelis sermo et omni acceptione dignus, 1 Tim. 1, 15. (Correcta cum Genitivo всѧкагѡ прїѧтїѧ). достойна покаанїю дѣла Act. 26, 20. etiam correcta, at Matth. 3, 8. плод достоин покаанїѧ correcta et Ostrog. бѣх же незнаем лицꙋ црквам їꙋдейским, eram autem ignotus facie (τῷ προσώπῳ) ecclesiis Judaeae, Gal. 1, 22. лицꙋ Ostrog. aliae editiones jam ante correctam Instrumentalem substituerant. любезнивли есть златꙋ, ли паволокам Nestor.

§. 45. Notandae praeprimis formulae, in quibus Dativi cum Infinitivo construuntur: живꙋ быти (vivum esse) vivere; ѿлꙋченꙋ быти separari. какѡ нам живым быти, πῶς ζησόμεθα, Ezech. 33, 10. повелѣно бысть всѣм готовым быти. заповѣда им влѣто быти готовым (Ostrog. готовом) 1 Macch. 3, 28. невозможно есть пророкꙋ погибнꙋти. ꙗкоже бысть внити петрꙋ Act. 10, 25. егда внити емꙋ в дом, ἐν τῷ ἐλθεῖν αὐτὸν, quum introiret in domum, Luc. 14, 1. егда быти дꙋхꙋ нечистꙋ в саꙋлѣ. внегда потреблѧтисѧ грѣшникѡм, оузриши, cum perierint peccatores, videbis, Psal. 36, 34. (Melius utique Psalt. Venetum егда потребетсе грѣшници). ѿити комꙋждо (correcta коемꙋждо) въ своѧ си Act. 14, 18. небыти дождꙋ, τοῦ μὴ βρέξαι, Dam. Apost. Jac. 5, 17. (editi да не бꙋ-

бѹдет дождь). неприложитисе им словеси Dam. Apost. μὴ προστεθῆναι αὐτοῖς λόγον, ne eis fieret verbum, Hebr. 12, 19. (editi да не приложитсѧ им слово phrasim graecam resolvendo). внегда сѫкрѹшатисѧ костем моим, dum confringuntur ossa mea, ἐν τῷ etc. Psal. 41, 11. Melius utique Psalt. Venetum егда ськрѹшахоусе кости моꙗ, Ostrog. внегда сѫкрѹшахѹсѧ кости моѧ. Eodem versu внегда глаголати им мнѣ на всѧк день, dum dicunt ipsi mihi, ἐν τῷ etc. Ostrog. et correcta, at Psalt. Ven. егда глаголахоу мнѣ. оудобѣе же есть небѹ и земли прейти, неже ѿ закона единой чертѣ погыбнѹти, facilius est coelum et terram praeterire quam de lege unum apicem perire, Luc. 16, 17. бысть же оумрети нищемѹ и несенѹ быти агг҃лы на лоно авраамле v. 22. factum est autem ut moreretur mendicus et portaretur ab angelis in sinum Abrahae. хощѹже вас безпечалном быти Ostrog., volo autem vos sine solicitudine esse (ὑμᾶς ἀμερίμνους) 1 Cor. 7, 32. edit. quaedam безпечалны, correcta безпечалных. хощѹ вас мѹдрым оубѡ быти въ благое, кроткомже въ злое Ostrog. Rom. 16, 19. Correcta мѹдрых et простых pro Accusativo. Eadem Rom. 6, 11. вы помышлайте себе мертвых оубо быти грѣхѹ, живых же б҃ови, Ostrog. vero мертвым, живым, et Dam. Apost. мртвом, живом. саддѹкеи бо гл҃ют не быти въс-

кресе-

кр̃сенїю, ни агг̃ла, ни дх̃а Act. 23, 8. miscet hic Ostrog. Genitivos cum Dativo; Dam. Apost. анг̃лꙋ et дх̃ꙋ legit, correcta vero ubique Genitivos habet.

§. 46. Gerundivorum Dativus respondet Latinorum Ablativo absoluto et Graecorum Genitivo: еще крашнꙋ сꙋщꙋ во оустѣх их, τῆς βρώσεως οὔσης, cum adhuc esca esset in ore ipsorum, Psal. 77, 30. не сꙋщꙋ царю, ни сꙋщꙋ кназю, ни сꙋщꙋ имѣнїю, ни сꙋщꙋ требникꙋ, ни жречествꙋ, ни проповѣданїю, οὐκ ὄντος βασιλέως etc. (corr. ни сꙋщей жертвѣ pro ни с. имѣнїю, жертвенникꙋ pro требникꙋ, ниже ѩвленїам pro проповѣданїю) Oseae 3, 4. еще емꙋ глаголющꙋ adhuc eo loquente. приходащим им да витают cum illi advenissent etc. Nestor. еще далече емꙋ сꙋщꙋ, adhuc illo longe agente, cum adhuc ille procul est, Lucae 14, 32. исходащим же им ѿ сонмища exeuntibus autem illis, ἐξιόντων δὲ, Act. 13, 42. тѣма же исходащема (corr. in plur. тѣм-исходащим) начат іс̃ народwм глаголати illis autem abeuntibus coepit Jesus dicere ad turbas, τούτων δε πορευομένων, Matth. 11, 7. днюже бывшꙋ die exorto, ἡμέρας δὲ γενομένης, Act. 16, 35. днем же минꙋвшим нѣкоим (correcta нѣким) diebus autem aliquot exactis, Act. 25, 13. двѣма же лѣтома скончавшемаса biennio autem expleto, Act. 24, 27. бечнѣ

снѣ прнспѣвши Nestor. сразившимасѧ полкома и побѣди стропоак олга Idem. давшꙋ тебѣ им, соберꙋт: ѿверзшꙋ тебѣ рꙋкꙋ всѧческаѧ наполнѧтсѧ благости. ѿвращшꙋже тебѣ лице, возмꙋтѧтсѧ, dante te illis, colligent: aperiente te manum, omnia implebuntur bonitate. Avertente autem te faciem, turbabuntur, Psal. 103, 28. 29. чаавшем им свѣта, быстъ тма, correcta in Praesenti ждꙋщим - быст им тма, ὑπομειγάντων αὐτῶν φῶς, ἐγένετο αὐτοῖς σκότος, Isai. 59, 9.

§. 47. Localis casus, alias et Praepositionalis, Russis предложный dictus, quod ei Praepositiones praefigi soleant, olim cum Verbis e при et quibusdam e на compositis construebatur. Ostrogiensis editio, et Mosquensis prima multa suppeditat exempla, quae tamen in aliis editionibus mutata sunt, substituto Dativo, aut Genitivo aut alio casu cum praepositione. Job. 20, 6. in Ostrog. simplex коснꙋсѧ cum Locali constructum legitur: жертва же его облацѣх коснетсѧ; in margine autem Mosquensis primae appositus fuit Dativus облакѡм, et correcta nunc exhibet Genitivum облакѡв. Psal. 104, 15. textus Ostrogiensis jam mutationem subiit, legit enim неприкасайтесѧ помазаномꙋ моемꙋ (correcta помазанным моим in plurali), cum hoc loco Psalt. Venetum хрістѣх моих Localem retinuerit. Alibi tamen etiam

Ostrog.

Ostrog. Localem servavit: неприкасаютсѧ жидове самаранѣх (corr. самараныѡм) Joh. 4, 9. кто прикоснѹсѧ ризах моих Marc. 5, 30. at v. 28. etiam Ostrog. аще прикоснѹсѧ ризам его, correcta utroque versu ризам. v. 31. кто прикоснѹсѧ мнѣ Ostrog. et correcta, quia Localis мнѣ a Dativo non differt. прах прилепшїй нас, pulvis qui adhaeret nobis, Luc. 10, 11. (correcta прилѣпшїй нам). неприкоснѹсѧ их ѿнѹдь огнь Dan. 3, 50. Correcta hic Localem их non mutavit, cum a Genitivo non differat; mutavit autem Localem ем in Ostrogiensi obvium ubique in Dativum емѹ. Prov. 20, 2. примѣшаайсѧ емь, correcta емѹ. Luc. 5, 1. належащѹ емъ народѹ, cum turbae irruerent in eum, correcta емѹ. Luc. 10, 34. прилежа ем, curam ejus egit, v. 35. прилежи ем curam illius habe, corr. прилѣжи емѹ. Luc. 6, 19. прикасатисѧ ем, Cap. 7, 39. прикасаетсѧ ем, Cap. 8, 47. прикоснѹсѧ ем, corr. ubique емѹ. Marc. 3, 10. ꙗкоже нападати ем, ut irruerent in eum, correcta на него. Thren. 4, 8. прилпе кожа их костех их, correcta костем. Ezech. 29, 4. чешѹах твоих прилепнѹт, squammis tuis adhaerebunt, correcta к чешѹам твоим прильпнѹт. Prov. 27, 25. прилежи полных злацѣх, correcta cum praepositione ѡ: прилѣжи ѡ злацѣх сѹщих на поли. не належи имѣнїи своем Ostrog. Sir. 5, 1. (correcta не оуповай на имѣ-

нїѧ

нїѧ твоѧ). Mich. 2, 9. приближитеса горах вѣчных, corr. горам вѣчным. Sir. 19, 2. прилагаайса любодѣицах, corr. любодѣйцам. 1 Tim. 5, 22. ниже приобщайса чужих грѣсѣх (Dam. Apost. тѵждих грѣсѣх), neque communicaveris alienis peccatis, corr. чужым грѣхωм. Mich. 7, 5. надѣйтеса старѣйшинах, corr. на старѣйшины. In Oratione: пригвозди страсѣ твоем плоть мою, quamvis Psal. 118, 120. olim ѿ страха твоего плоти моѧ, nunc vero страху твоему legatur. Act. 9, 26. прилѣплатиса (Dam. Apost. примѣшатисе) ученицѣх, correcta ученикωм. Hebr. 7, 13. Dam. Apost. законѣ ином причестисе, editi колѣну иному. Idem Hebr. 5, 13. причещаюйсе млѣцѣ, Ostrog. причащаайса млецѣ, correcta млека. Idem Hebr. 7, 19 приближаемсе бозѣ, edd. к бгу. Idem 2 Joh. 1, 11. причещаетсе дѣлѣх его злых, editi сообщаетса дѣлωм егω злым.

Etiam Adjectiva приклонен, прилепен regunt Localem, quin praepositio при aut alia ei praefigatur: яже небаше прилепна мужѣх Num. 31, 35. correcta in plurali яже не познаша ложа мужеска. борове неприклонни вѣлах его, и елїе небысть приклонно ѿраслѣх его Ezech. 31, 8. Correcta hoc loco substituit Adjectivum подобен, legitque: сωсны неподωбны ѿраслам егω и елїе не бысть подобно вѣтвїам егω.

Lo-

Locali denique casu utebantur Veteres in nominibus loci et temporis. In subscriptione Evangeliorum ad usum Josephi Ostromir a Gregorio diacono anno ѕфѯе (i. e. 1057) descriptorum Locales urbium russicarum кꙑевѣ et новѣгородѣ sine praepositione въ leguntur. Alibi зимѣ, hyeme, invenias pro в҃ зимѣ. Adverbia горѣ, долѣ, лани etc. certe nihil aliud sunt, quam Locales sine praepositione. Confer bohemicas voces нагорѣ (nahorze), вдоле, влони. Adde третїем дни, pridie, τρίτην ἡμέραν, Gen. 31, 2. et 5. correcta третїагѡ дне. Deut. 4, 42. ни вчера, ни третїем дни, neque heri, neque nudius tertius; correcta прежде вчера и третїагѡ дне; πρὸ τῆς χθὲς καὶ τῆς τρίτης.

§. 48. Casus Sociativus, qui praefixa praepositione съ societatem indicat, etiam sine hac et omni alia praepositione usurpatur, diciturque tunc Instrumentalis, quia medium per quod, et instrumentum, quo aliquid efficitur, designat, respondetque plerumque Latinorum Ablativo instrumenti. оушима слышати, очима видѣти; именем nomine; жезлом бити; солїю ѡсолити; оумертви его пращею и каменем funda et lapide; оуби градом винограды их и черничїе (Ostrog. тръніе) их мразом occidit grandine vineas eorum, et moros eorum pruina, Psal. 73, 47. (Psalt. Venet.

изки

изки — и сукаменны их сланою). возлюбиша его оусты своими и языком своим солгаша емꙋ, dilexerunt eum in ore suo, et lingua sua mentiti sunt ei Psal. 77, 36. не спасꙋ их лꙋком, ни мечем, ни бранїю, ни коньми, ни конникы, (correcta: ниже конниками) non salvabo eos in arcu, neque gladio, neque bello, neque equis, neque equitibus, Oseae 1, 7. ѡдѣяйся свѣтом ꙗкѡ ризою amictus lumine sicut vestimento, Psal. 103, 2. не клените ся (Ostrog. не кленѣте ся) ни небом, ни землею, ниже иною коею клятвою nolite jurare, neque per coelum, neque per terram, neque aliud quodcunque juramentum, Jac. 5, 12. не вѣй всяцѣм (corr. себе всяким) вѣтром, и неходи всяцѣм пꙋтем неподобным, ἐν πάσῃ ἀτρόπῳ (corr. всяким пꙋтем, deleto неподобным), Sir. 5, 11.

Supplet itaque Instrumentalis praepositiones varias. оконцем в кошници (correcta кошницѣ) свѣшен бых по стѣнѣ διὰ θυρίδος, per fenestram etc. 2 Cor. 11, 32. In Passivis suppletur ὑπὸ: егда зван бꙋдеши кым на брак quum invitatus fueris ab aliquo ad nuptias, ὑπό τινος, Luc. 14, 8. вся мнѣ предана сꙋть оцем моим a patre meo, Matth. 11, 27. (Lucae 10, 22. ѿ оца моегѡ). познан бысть Iѡсиф братїею своею a fratribus suis Act. 7, 13. (editi братїи своей in Dativo). ненавидим саоулом. бѣ любим оцем Nestor. Supplentur etiam instrumen-

tali casu alii casus: аз потрасꙋ небом и землею, морем и сꙋшею, ego commovebo coelum et terram, mare et aridam Agg. 2, 7. неможе поколѣбати ею, non potuit movere eam, Luc. 6, 48. habent Mardarii Evangelia, pro ея. подвигом добрым подвизахся, bonum certamen certavi, 2 Tim. 4, 7. мнящїися владѣти ıазыкы, qui videntur principari (imperare) gentibus, и велицїи их ѡбладают ими dominantur eorum, Marci 10, 42. ѡбладаша всею рꙋскою землею Nestor. господꙋют (corr. поѡбладают) землею 3 Esdr. 12, 23. сотами (melius соты) рꙋгаетса Prov. 27, 7. Ostrog. Alias cum Dativo; hinc correcta сотам (immo сотѡм a mascul. сот favus). воскыпѣ землa их жабами ἐξῆρψεν etc. edidit terra eorum ranas, Psal. 104, 30. ѡженитиса иною; ѡжениса ею duxerat eam, Mar. 6, 17.

Verba напоити, насытити, исполнити, quae alias Genitivum amant, etiam Instrumentalem admittunt: напоил еси нас вином pro вина, насыщꙋ хлѣбы; исполнен благом многым. млеком вы напоих а не брашном 1 Cor. 3, 2. (pro млѣка, брашна in Dam. Apost.). ѡкроплени серда, et измовени тѣлеса legunt editiones antiquae Hebr. 10, 22. 23. servando graecismum ἐῤῥαντισμένοι τὰς καρδίας, aspersi corda, λελȣμένοι τὸ σῶμα abluti corpus. Correctores Instrumentales сердцы, тѣлесы

сы recte substituerunt, quin scirent eos jam in Dam. Apostolo lectos. In Mss. Instrumentalem legi, qui in editis in casum cum praepositione resolvatur, uno adhuc exemplo docebo: не можаше народом prae turba, Luc. 19, 3. editi ѿ народа. Sic Nestor: помроша ови ѿ зимы (pro зимою), дрꙋзїи гладом, инїиже мором, и сꙋдом божїим.

Amat Instrumentalem Slavus pro Nominativo secundo, qui Praedicatum agit primi: се дщи моа дѣвою ecce filia mea virgo, Ostrog. Jud. 19, 24. Correcta се дщерь (male Accus. дщерь pro Nomin. дщи) моа дѣва. Act. 21, 9. legit Dam. Apost. mutato ordine бѣахꙋ дѣвою дщери д҃. erant virgines filiae quatuor, Ostrog. дщера дѣвица (corr. дщери дѣвицы) четыри Graeco conformius, sed neglecta Syntaxi slavica, pro qua dialecti Russica, Bohemica et Polonica innumera praebent exempla. сѣжꙋ царицею и вдова нѣсмь, sedeo regina (qua regina, pro regina) et vidua non sum, Apoc. 18, 7. прочїи прозвашась рꙋсью et каше была черницею Nestor. Verba Vulgatae Tob. 1, 8.: »haec et his similia secundum legem Dei puerulus observabat«, reddita sunt in Ostrog. сїа и сицеваа по законꙋ божїю отрочищем сꙋщем (lege сꙋщ) въздръжаше; отрочищем pro Nom. отрочищ, cum puerulus esset. Manet hic Instrumentalis Praedicati, etiamsi No-

minativi in alios mutentur casus: еже быти ми зятѣм царю, esse me generum regis, 1 Reg. 18, 18. quae constructio supponit aliam, in qua аз sit Nominativus Subjecti, затѣм vero Instrumentalis pro Nominativo Praedicati зять: аз есмь затѣм царю. Correcta Nominativum habet ѩкѡ да бѹдѹ зять црскїй. At 3 Esdr. 13, 55. correcta pro secundo Accusativo utitur Instrumentali: чѹвство твое назвал еси матерїю, sensum tuum vocasti matrem, Ostrog. звал еси мати, Nominativum мати pro Accusativo матерь male usurpando.

Quantitas pretii Instrumentalem exigit: двѣма стома пѣнязь (corr. пѣнязей) хлѣбы не довлѣют им, ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis, Joh. 6, 7. да шедше кѹпим двѣма стома пѣнязь хлѣбы, euntes emamus ducentis denariis panes, Marci 6, 37. колицѣм должен еси quantum debes Luc. 16, 5. един бѣ должен патїю сѡт динарїй, unus debebat quingentos denarios, Luc. 7, 41. сам собою ми еси должен ты te ipsum mihi debes, Ostrog. Philem. 1, 19. (correcta сам себе, deleto in fine ты).

Adjuncta temporis in Instrumentali supplent quoque Adverbia: единою, седмерицею, коль множицею quam multipliciter; треми деньми, ютром, днем и нощїю, et Marci 4, 27. нощїю и днїю nocte et die. Ex Instrum. днїю colligi potest,

est, день olim, uti dies, etiam in feminino genere usitatum fuisse.

Notandae adhuc formulae, in quibus Adjectiva cum Instrumentali construi solent: добра сѹщи ѕѣлѡ лицем, quae est valde pulchra facie, Nestor. скѹден разѹмом, оумом; възрастом мал statura parvus; сими доволни бѹдем his contenti erimus; доволни сѹщими contenti praesentibus, τοῖς παροῦσιν, Hebr. 13, 5. неповинный рѹкама innocens manibus; чистый сердцем mundus corde, правїи сердцем recti corde; гордый мыслїю superbus mente. лѣп очима; немощен ногама; благ взором. бѣ же мстислав декел тѣлом, чермен лицем, великыма очима Nestor.

§. 49. Verbum, quod regitur ab alio, in Infinitivo locatur: копати не могѹ, просити стыждѹса (corr. стыжѹса), fodere non valeo, mendicare erubesco, Luc. 16, 3. At Verba motus apud Veteres (uti hodiedum apud Croatas) Supinum regunt: пришел еси — мѹчитъ нас legunt duo Codices Petropolitani sec. XIV. Matth. 8, 29. преиде ѿтѹдѹ оучитъ и проповѣдатъ iidem Matth. 11, 1. чьсо изидосте видѣтъ Matth. 11, 7. 8. 9. iidem et Codex Vindob. (Hankianus olim). изиде сѣти сѣмтъ Matth. 13, 3. вжелаша видѣтъ Codex Petropol. antiquior, at minus antiquus сѣтатъ mutavit in да сѣет, quod nunc editi legunt, et pro видѣ-

тъ

тъ habet Infinit. видѣти. приде мрїꙗ магдалъини и дрꙋгаꙗ мрїꙗ видѣтъ гроб Matth. 28, 1. Cod. Vindob. текоста възвѣститъ v. 8. вниде снима облѣщь Luc. 24, 29. idem.

Cum Supinis, aut Infinitivis praecedente прїидꙋ, Genitivum pro Accusativo construunt Veteres: пришел еси мꙋчит нас, pro ны. ꙗко мира прїидох дати Ostrog. Luc. 12, 51. correcta мир. приде вь вьсмир грѣшник спасти Dam. Apost. 1 Tim. 1, 15, at Ostrog. et correcta substituto accusativo грѣшники pro Genitivo: прїиде в мїр грѣшники спасти, venit in mundum peccatores salvos facere.

Usus Supini a posterioribus plane neglectus fuit, ita quidem, ut in junioribus Codicibus et in editionibus ubique Infinitivi substituti inveniantur. In Damiani Apostolo nonnisi 1 Thess. 3, 2. leve vestigium Supini deprehendi: послахом оутвьрдить вы, sed mox и оутѣшити. In Cod. Mosquensi, quem manu Alexii Metropolitae scriptum credunt, Apoc. 18, 10. прїиде сꙋдити, et aliis in locis Infinitivi pro Supinis leguntur.

§. 50. Pro Infinitivo utitur Slavus et Gerundivo, Graecorum more: егда видите сїа бывающа *ταῦτα γινόμενα*, haec fieri, Marc. 13, 29. въ желчи бо горести и союзѣ неправды зрю та сꙋща, *ὁρῶ σε ὄντα*, video te esse, Act. 8, 23. ѿ мног (corr. многих) лѣт сꙋща та сꙋдїю праведна ꙗзыкꙋ сему

мѹ свѣдꙑ (corr. свѣдꙑй) a multis annis te esse judicem (justum) genti huic sciens, Act. 24, 10. Sic Nestor мнаша кназа пришедша, advenisse; невидиши мѧ болнѹ сѹщѹ, me aegram esse. Nec desunt exempla, ubi Graecus Infinitivo, Slavus vero Gerundivo usus est: сѹть пѹтїе мнимы (corr. мнащїиса) прави сѹще (corr. бꙑти) мѹжѹ, δοκεῦσαι εἶναι, videntur rectae esse, Prov. 16, 25. мнѣтише же се сьн виде Dam. Apost. id est виде provида, Ostrog. мнаше же сон зрѣти, corr. видѣнїе зрѣти, ὅραμα βλέπειν, existimabat autem se visum videre, Act. 12, 9. мню бо се и аз дѹх божїи имꙑи Dam. Apost. πνεῦμα θεοῦ ἔχειν, puto autem me quoque spiritum dei habere, 1. Cor. 7, 40. Leviter differt Ostrog. мню бо са и аз дѹх божїи имѣа. At correcta pluribus: мнюса бо и аз дѹха божїа имѣти.

§. 51. Licet Gerundivorum ope membra duo aut plura in unum contrahantur ita, ut conjunctio и omnino superflua sit, tamen Slavus pleonasticum и in membro secundo non raro retinere solet: сразившимаса полкома и побѣди тиролпок олга Nestor. вшедже (corr. melius возшед) и преломль (corr. преломь) хлѣб и вкѹш, довольноже бесѣдовав даже до зорей (corr. зари) и тако изыде, ascendens (cum ascendisset) - satis-

que

que collocutus usque ad diluculum, sic profectus est, ἀναβάς δε — οὕτως ἐξῆλθεν.

§. 52. Rectio praepositionum partim a significatu earum, partim etiam a verbo quietem aut motum indicante pendet. Regunt itaque aliquae unum, aliae duos aut plures casus.

Unum casum regunt оу, до, съ de, съ cum, къ, ѡб, ѿ, въз, без, при, прѣз, чрез. Et quidem ѡб, въз, прѣз, чрез Accusativum:

ѡб нощ per noctem; ѡб он пол, ѡб онꙋ странꙋ in altera ripa, trans, ѡ сїю странꙋ pro ѡб сїю. Russi ѡб (pro ѡ) cum Locali construunt: ѡб нем in correcta Ezech. 17. 7. olim ѡ нем. Vide ѡ, quod ab ѡб omnino distinguendum est.

въз: благодать воз благодать χάριν ἀντὶ χάριτος, gratiam pro gratia, Joh. 1, 16. воздаша ми лꙋкавая воз благая, retribuebant mihi mala pro bonis, Psal. 34, 12. иже воздает злое воз доброе, correcta злая за благая, Prov. 17, 13. злая воз благая, corr. зл. за бл. 1 Reg. 25, 21. Confer Adverbia вскꙋю, вспять p. 455.

прѣз: прѣз все лѣто per totum annum. In Verbis compositis пре eundem casum regit: превезе их (та) рѣкꙋ, pro прѣз рѣкꙋ.

чрез: чрез естество, παρὰ φύσιν, praeter (contra) naturam, Rom. 11, 24. чрез все житїе Hebr. 2. 15. (olim по всемꙋ житїю). чрез вѣрꙋ, olim вѣрою, Ephes.

Ephes. 2, 8. чрез день; чрез дней тридесать, ubi чрез regit numerale тридесать, non Genit. дней; hic enim a numerali regitur. чрез него, чрез всѣх sunt Genitivi pro Accusativis. Supplet enim Genitivus in animatis etiam Accusativum, qui a praepositionibus regitur. Confer. p. 189.

Eundem casum regunt Adverbium мимѡ, сквозѣ (in Serb. Codd. скрозѣ), et particula съ comparandae quantitati serviens: проходащаго мимѡ оугл juxta angulum, corr. in Genit. оугла Prov. 7, 8. сквозѣ море, пꙋстыню, per mare, desertum; сквозѣ врата per portam; проидохом сквозѣ (Ven. скрозѣ) огнь и водꙋ transivimus per ignem et aquam, Psal. 64, 12. — аще ли не постигнет рꙋка ея съ агнеца, *τὸ ἱκανὸν εἰς ἀμνόν*, corr. аще же не ѡбращет р. ея довольнагѡ на агнца, quantum sufficit ad comparandum agnum, Levit. 12, 8. спостигнꙋти съ овцꙋ, corr. доволства имѣти на овцꙋ, *τὸ ἱκανὸν εἰς τὸ πρόβατον*. Lev. 5, 7. съ горсть не имый силы, *δράγμα*, tantum quantum pugillus, corr. рꙋколать имꙋщая силы, Oseae 8, 7.

§. 53. Genitivum regunt оу, до, съ de, ѿ, из, без: оу мене apud me, оу тебе, оу негѡ, оу бога, оу гд҇а милость, оу цара сѣдит, оу града. — до нб҇с ad coelos, до тебе; прїидоша до негѡ, *ἕως αὐτοῦ*, usque ad eum (corr. к немꙋ) Luc. 4, 42. до оумертвїа ирѡдова *ἕως*, usque ad obitum Herodis

rodis Matth. 2, 15. до три тысащ мѹж и жен cum Accusativo (nisi sit legendum до трїй, in Genit. pro трех). до внѣ града, ἕως ἔξω, usque foras civitatem Act. 21, 5. даже до вѣка, даже до дне сегѡ usque ad diem hanc; до вечера usque ad vesperum, ѿ восток слнца до запад хвално има гдне, ab ortu solis usque ad occasum laudabile nomen domini, ἀπὸ ἀνατολῶν — μέχρι δυσμῶν Psal. 112, 3. ѿ мала до велика; ѿ главы до ногѹ (Genit. dualis). — съ сребра своегѡ de argento suo; въстани съ постела (corr. с постели) твоеа surge de lecto tuo, (ἀνάστηθι καὶ στρῶσον σεαυτῷ, surge et sterne tibi). Act. 9, 34. свлечеса с риз. спадоша емѹ ѹжа желѣзнаа с рѹкѹ ceciderunt ei catenae de manibus, Act. 12, 7. снемше с древа, положиша во гробѣ deponentes (cum deposuissent) de ligno, posuerunt in monumento, Act. 13, 29. снидет с небесе, descendet de coelo, с горы de monte, с ѡбѣда, de prandio, a prandio.

Differt omnino с (de) ab из (ex), ut mirer has praepositiones a Grammaticis confundi potuisse. Ostrog. quidem polonizat subinde з pro с scribendo: Lev. 23, 17. з двѹ десатых частей (corr, ѿ двѹх десатиц), alibi et зъгоры pro с горы, imo etiam pro съ (cum): з веселїем cum laetitia Jud. 19, 4. At non licet из (ex) cum с (de), uti nec с (de) quod motum de loco, cum altero с (cum), quod societatem et conjunctionem indicat, confundere, quamquam с primum ab с altero non pronunciatione, sed solo significatu differat, a quo regimen diversorum casuum pendet.

ѿ

ѡт ab: ѿ мене, ѿ нас, ѿ негѡ, ѿ запада ab occasu, ѿ сѣвера a septemtrione; ѿ оуст моих. оуклониса ѿ всакого (corr. оуклонайса ѿ всакагѡ) зла Prov. 3, 7. ѿиде ѿ неа; ѿ вѣры ѿпадоша; изыдох ѿ оц҃а. избави нас ѿ лꙋкавагѡ. изми ма ѿ врагѡв моих. Composita Verba ex ѿ regere Genitivum, quin ѿ Substantivo praefigatur, supra §. 35. dictum est. тока слез моих не ѿвратиса, pro ѿ тока.

из ex: изыди из негѡ; изми первѣе бервно из очесе твоегѡ, ejice primum trabem ex oculo tuo Matth. 7, 5. изоуст (corr. изооуст) младенєц ex ore infantium. из рꙋкы; из домꙋ. изведе водꙋ из камене eduxit aquam de petra, ἐκ πέτρας, Psal. 77, 16. из дѣтска ab infantia, παιδιόθεν, Marc. 9, 21. Confer искони, ab initio, et alia adverbia ex из composita p. 435. Alternant subinde из et ѿ, uti ἐκ et ἀπὸ: из мертвых, ѿ мертвых, a mortuis. Hebr. 7, 5. Dam. Apost. из чрѣсл, ἐκ τῆς ὀσφύος, editi ѿ чресл.

без sine: без страха, без зла, без правды, без оц҃а вашегѡ, без дѣл закона. без оц҃а, без матере, без причта рода (Ostrog. родꙋ) sine patre, sine matre, sine genealogia Hebr. 7, 3. Confer Adverbia безпрестани, безꙋма, бесчинꙋ p. 436.

Adde pleraque Adverbia, quae praepositionum vices agunt et Genitivum petunt, uti внѣ, вон,

верхꙋ,

верхꙋ, близ, паче, прежде, ради, развѣ, кромѣ дѣла, дла, подлѣ, подолг, вмѣстѡ, внꙋтрь, вслѣд, вскрай, ѡкрест, посредѣ, обаполы.

